L. APULEYO

OPERA OMNIA

F. DE LETRAS

A
46
681

[illegible]
S A
E 46
T 681

A
3
49

B.9.23.

Del don. del Ch. Guerinet

L.

M

OPE

C

Curâ P

SIS

R

Acceſſit n

E

L

Ex o

Ap

538

L. APVLEII MADAVRENSIS OPERA OMNIA QVAE EXSTANT,

Emendata & aucta:

Curâ PETRI COLVI BRVGENSIS; cum eiuſdem ad omnia VBERIORIBVS NOTIS.

Acceſsit nunc primùm, inter alia, LIB. ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ, *ex bibliotheca* C. V. FRANCISCI NANSI.

BIBLIOTECA DE LA
FACULTAD DE LETRAS
- DE -
GRANADA

LVGDVNI BATAVORVM,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Franciſcum Raphelengium.
CIↃ. IↃ. LXXXVIII.

Contenta hac editione.

METAMORPHOSEON, *ſiue* DE ASINO AVREO *lib.* XI.

FLORIDORVM *lib.* IV.

DE DOGMATE PLATONIS *lib.* I.

DE PHILOSOPHIA *lib.* I.

DE DEO SOCRATIS *lib.* I.

APOLOGIA I. *&* II.

DE MVNDO *lib.* I.

ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ *lib.* I.

ΑΝΕΧΟΜΕΝΟΣ, *ex Menandro.*

FRAGMENTA ET TITVLI *librorum non exſtantium.*

PETRI COLVI ad omnia NOTÆ VBERIORES.

AD

ILLVSTREM

AMPLISSIMVMQVE V. AVGERIVM GISLENIVM BVSBEQVIVM.

NE viuam, BVSBEQVI vir Ampliſſime, ſi iſtius ſingularis humanitatis tuæ qua tu in bonos eruditoſq́ue omnes propẽſiſſimus ſemper, obliuiſci vnquam poſſum: vtpote quam & coram non ſemel dumtaxat admiratus ſum, & reapſe, nullo merito meo fateor, aliquãdo etiam expertus. Quare ſæpius animus mihi fuit teſtandæ voluntatis, qua debitum meum fateri vellem non ſoluere, nouare potius nomen quàm expungere. Et iam quidem cùm in L. APVLEIO emendando illuſtrandoq́ue aliquantulum ſubciſiuis horis laboraſſem, eamq́ue opellam reipublicæ noſtræ iuuandæ lucem adſpicere vellem; nemini potius alij quàm tibi eam,

quantulacunque quidem eſt, dandam dicandam exiſtimaui. Nam & plus ab homine quoque extraneo ignotoq́; mereantur illuſtres illæ paſſim celebreſque virtutes tuæ, perq́ue eas res geſtæ in rem totius olim Chriſtiani orbis. Quas non ego primus ſim qui commemorare velim, aut poſſim. Dixere enim de ijs iamdudum alij, quibus vberior ampliorq́ue dicendi copia eſt, & quorum in verbis auctoritas maior. Illud adhuc mirari ſatis nũquam potui, te, inter tot difficiles ſpinoſaſq́ue de rebus publicis curas, vegetam iſtam viridemq́ue ſenectutem tuam in amœnioribus Muſarũ pratis libenter reficere; immò etiam, rarum in tui ordinis viris hoc æuo exemplum, è quibuſque melioris notæ ſcriptorum lectis herbis verbiſq́ue, ad miſcendas diluendaſq́ue altiores auſterioreſque cogitationes illas, ſapidiorem quemlibet, vt ita dicam, colligere nonnũquam & exprimere ſuccum. Inter quos Apuleius noſter poſtremo loco locandus nequaquam videtur: ſcriptor guſtus nõ vul-

garis

garis, & reconditæ latentiſque doctrinæ. Quod te omnium minimè latet, Belgicæ noſtræ clariſſimum lumen, qui eum verè æſtimas, quia capis; & ab ineptis ſciolorum obſtrigillantium, quorum mos optima quæque, vtpote quæ non intelligunt, ſuggillare, potes vindicare calumnijs. Quocirca litterarium hoc munuſculum, primuſque iuuenantis ingenij noſtri fœtus non ingratus tibi, ſpero, erit: & vel Inuidiam ipſam non timebit,

Quæ ſibi BVSBEQVI *præſcripſit pagina nomen.*

Vale vir ter Maxime. Idib. Sextilib. CIↃ. IↃ. LXXXVII.

AD LECTOREM.

HAVD immeritò noſtro patrumq́; noſtrorum æuo doctiores viri L. Apuleium, ſcriptorem terſum & doctrinæ in moribus inq́; verbis antiquis reconditioris, maximi ſemper fecerunt. Vnde fit, vt poſt Philippi Beroaldi operã, ſuo noſtroq́; tempore certè non niſi laudabilem, ex tanta deinde Criticorũ manu neminem extitiſſe qui ei etiamnum deprauatiſsimo vmquam ſeriò manus admouerit, admirari ſæpius ſatis non potuerim. Cuius ego cùm iamdudum lectione etiam cumprimis caperer, ſed in eo mutila mendoſa multa ad quæ offenderem reperirem: editiones veteres aliquot conſulere inſtitui; ſi qua fortaſsis ex earum collatione variarumq́; lectionum inter ſe comparatione integriora reddi, coniecturiſq́; etiam nonnumquam iuuari poſſent. Et aliquãdiu quidem non ſine fructu hoc ſtudium noſtrum fuit; cùm acceſsit poſteà exaratum manu exemplar vetus CL. V. I. Lipſij, quod ipſe ab humaniſsimo doctiſsimoq́; viro Victore Giſelino noſtro donum acceperat. E quo ſtatim, ſimul atque comparare id ad editiones vulgatas cœpimus, multa quæ manca maculoſaq́; antè, feliciter ſatis in integrum à nobis reſtitui poſſe viſa ſunt. adeò vt in hoc cœpto pergeremus Lipſius ipſe ſæpius nos moneret,

moneret, & poſt etiam vt de noua Apuleij totius editione cogitare auderemus, auctor eſſet. Sed vt tibi, ſtudioſe Lector, diligentiæ operæq; in hoc ſcriptore noſtræ omnis planè conſtet ratio; en tibi editiones libroſq; varios quos inſpeximus, qui iſti. Primũ, Clariſſimi Lipſij membranaceus codex, in quo Floridorum & Metamorphoſeon libri toti, exceptis ijs pauciſq; alijs, quæ de Pſyche libro quarto, quinto, & ſexto narrantur. Romana editio quæ ante annos centumviginti, adnitente Cardinale Beſſarione, in lucẽ omniũ, ni fallor, prima venit. Veneta Lipſij, ante annos etiam cuſa centum: & Aldina quam humaniſſimus doctiſſimuſquè vir Bonauentura Vulcanius ſuppeditauit. Baſileēſis prima anni CIↃ. IↃ. XXXIII. *& altera quæ poſt vnà cum* Beroaldi *Commentarijs ibidem ex eadem officina prodijt, longè omnium, quantum quidem ad Floridorum reliquoſq; Philoſophicos libros attinet, emendatiſſima. Conſuluimus & Colonæi editionem, in qua de Aſino aureo libri ſolummodo erãt. Addidimus nunc primùm numquam totum editum antè libellum* ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ, *quem C. V. Franciſcus Nanſius ex locupletiſſima bibliotheca ſua nobis dedit, vt ipſemet olim in vſum ſtudioſæ iuuentutis vulgandum manu ſua deſcripſerat. item* ΑΝΕΧΟΜΕΝΟΝ, *carmen ludicrum verſum Latinè è Menandro, à* CL. *Bineto cum alijs quibuſdam*

aliorum Epigrammatis antè vulgatum. Fragmenta etiam Titulosq́; librorum aliorum eiuſdem auctoris noſtri, qui integri ad nos non pervenere, è veterum Grammaticorum aliorumq́; ſcriptis enotauimus. Quæ in ipſo contextu orationis, vt vocant, hîc à nobis emendata ſunt, ea pleraque ex fide ſcripti codicis, pauciora ab ingenio alyſq́; editionibus eſſe, ſcias velim. Quod te hîc ſemel monere volui, quia nō ſemper quam lectionē, & præcipuè cùm è libro ſcripto emendamus, ſecuti ſimus, in Notis noſtris indicauimus. in quibus hoc agimus, vt omnium librorum omnes variasq́; lectiones annotemus, emendationum noſtrarum rationem reddamus, & quantum poteſt obſcuriores locos, qui in hoc auctore multi, nonnunquam illuſtremus. Ideo omnia ſimul, bona mala, ſana non ſana annotamus, iudicioq́; tuo & oculis ſubiicimus; vt cuique liberum ſit quam lectionem velit vt veriorem amplecti, vel, pro captu ſuo, vt deteriorem reÿcere: aut etiam quamlibet aliam, ductu huius vel iſtius veteris corruptæq́; ſcripturæ, ſaniorem planioremq́; ex ingenio ſuo eruere. Nam vt bonam partem mendorum nos iam hinc ſuſtuliſſe quilibet æquus operæ noſtræ æſtimator facilè iudicabit: ſic nos etiamnum multa parum correcta aut integra, & in Philoſophicis libris præcipuè, reſtare ingenuè fatemur. Nec enim tot ineptarum inſulſarumq́; lectionum monſtris

expur-

expurgandis aut expugnandis hanc vicem nos tirones ſufficere potuimus. Sed hoc pro certo tibi perſuadeas velim, nos, vt hic ſcriptor magna ex parte emendatior nitidiorq́ quàm hactenus, ad te veniret, ex ſummis viribus adniſos eſſe: cum bona ſpe, fore vt hunc qualemcunq́ laborem noſtrum, Lector candide, boni conſulas. qua conditione, quiſquis es, iam is tuus eſt. Vale.

VITA L. APVLEII.

L APVLEIVS Madauræ, quæ ciuitas Africæ, in Numidiæ Gætuliæq; confinio, & antè ſub ditione Syphacis, deinde Maſſaniſſæ, pòſt colonia populi Romani ſplendidiſſima, honeſto ſatis loco natus fuit. Nam ibi patrem Theſeum habuit loco principe duumviralem, & honoribus alijs cunctis perfunctum: matrem verò Saluiam ab inclyto illo Plutarcho Cheronēſi, ac mox Sexto Philoſopho nepote eius genus ducentē. quem Sextum Philoſophum audiuiſſe Imperatorem Antoninum Philoſophum, in eius vita ſcribit Capitolinus. Quando natus fuerit, certò vel planè non conſtat. de quo tamē conijcere veriſimiliter poſſumus. Nam eum ſub Antonino Pio, Diuiſque fratribus, id eſt M. Antonino Philoſopho & L. Aurelio Vero præcipuè flo-

ruiſſe, argumentis ſatis certis colligere nobis datur. Meminit enim C. V. Lolliani Auiti, quem Diuorum fratrum imperio Bithyniæ præſidem fuiſſe, & Heluij Pertinacis ætate etiamnum vixiſſe, túc virum conſularem, ex Vlpiano noſtro eodemque Iulio Capitolino loco ſuo notauimus. Lollium quoque Vrbicum præfectum vrbis vocat, per quem, tunc legatú ſuum, Antoninum Pium Britannos debellaſſe, idem etiam hiſtoricus memoriæ prodidit. Scipioné Orphitum Africæ præſidem facere videtur, quem præfectum vrbis eiuſdem D. Pij æuo, & poſt, imperante Antonino Philoſopho, quamvis inter illos qui cum Fauſtina clandeſtinè ſolerent haberetur, tamen ad varios honores promotum, ex eodem ſcriptore cõſtat. qui etiam conſulatu functus circa idem tempus fuiſſe videtur. Scribunt enim Iuriſconſulti noſtri temporibus D. Marci Senatuſcõſultum factum Orphito & Rufo coſſ. quod Orphitianum, ab altero ſcilicet conſulum, dictú fuit. Sed & Ael. Lampridius etiam Orphitum cum Maximo, item cum Rufo ſub Commodo Imperatore conſulem fuiſſe notat. At fortaſſis plures Orphiti eodem illo æuo. de quo pluribus diſputare hoc loco non inſtituimus. Ex his omnibus dumtaxat obſeruare voluimus, quando Apuleius noſter natus videri poſſit: nimirum poſtremò D. Hadriani imperio, aut prætерpropter. Ab ineunte ætate ſtudijs ſemper addictiſſimus fuit. Nam pueritia eius Carthagini, iuuentus verò Athenis omne genus liberalibus imbuta fuit diſciplinis. vbi doctrinam Platonicam præcipuè ſecutus eſt, & adſecutus. Magno etiam cum labore, vtpote magiſtro nullo præeunte, Romæ Latinum ſermonem addidicit. vbi etiam tam peritus iuris Quiritium euaſit; vt aduocati munus obierit, & in foro cauſſas egerit.

rit. Sacris plurimis ſeſe in Græcia & alibi initiatum, immò ſacerdotem in prouincia Africa fuiſſe, ipſemet ſæpius indicat. quod & D. Auguſtinus alibi nòtat: qui eũ tunc & munera edidiſſe & venatores veſtiuiſſe ſcribit. Et circa id tempus Carthagini ex decreto ampliſſimi Ordinis ſtatua ex ære illi poſita fuit. Patrimonium ei ſatis amplum erat; niſi id diutinis ſtudijs & varijs longiſq; peregrinationibus modicè imminuiſſet. Vxorem habuit ex Oea, Africæ etiam ciuitate, Pudentillam nomine, quæ ſeſtertiûm quadragies poſſidebat. Quam ob rem tunc apud Cl. Maximum Africæ proconſulem Magicarum artium à Sicinio Æmyliano inſimulatus fuit; quod & Pudentillam viduam prouectioriſque ætatis feminam cantaminibus in amorem ſui pellexiſſet, & Pontianum priuignũ ſuum è medio ſuſtuliſſet. Quæ crimina à ſe alieniſſima, luculentiſſima Oratione oſtendit. Sed tamen etiam ipſe in Mileſijs ſuis, ſcripto quidem ludicro, Magicæ diſciplinæ ſeſe ſtudioſiſſimum amantiſſimumq́ue fuiſſe non ſemel dumtaxat indicat: & olim quoque Lactantij Auguſtini veterumq́ue aliorum patrum æuo talis audiebat; vt etiam Apollonio Tyaneo alijsq́ue principibus Magis adiungeretur: quorũ maiora quàm Chriſti domini noſtri Ethnici contendebant extitiſſe miracula. Æquæuos æqualeſq́ue ſuos, præter illos quos iam memorauimus, nominat Seuerianum Africæ proconſulem, Honorinumq́ue filium eius, & legatum; Strabonem Æmylianum Numantinum V.C. condiſcipulum ſuum, cui librum dedicare voluiſſe videtur; Clementem, Poëtam qui res geſtas Alexandri Magni carmine conſcribebat. Multa vorſa multa prorſa, multa Græca multa Latina oratione ſcripſit; quorum bona pars iniuria incuriaq́ue temporis intercidit.

cidit. Et quidem quæ integra ad nos perueniſſe cenſentur, ſunt hæc. Metamorphoſeon ſiue de Aſino aureo libri vndecim, Floridorum libri quatuor, de Dogmate Platonis vnus, de Philoſophia, de Deo Socratis, de Mundo, Περὶ ἑρμηνείας ſiue de Syllogiſmo Categorico, quem nunc primùm damus; Apologia prima, Apologia ſecunda, Ανεχόμενος, carmen ludicrum ex Menandro tralatum. Quorum Titulos dumtaxat Fragmentaque quædam è veterum Grammaticorum aliorumque ſcriptis enotare potuimus, iſta. Carmina varia, inter quæ Epigrammata multa amatoria, Epiſtolæ etiam, libri Ludicrorum, de Prouerbijs, de Arboribus, de Numeris, de Republica, Conuiuialium Quæſtionum, Naturalium Quæſtionum, Medicinalium, Hermagoras prior, Hermagoras poſterior, Phædo è Platone conuerſus, Epitomæ Hiſtoriarum, Hymnus & Dialogus in Æſculapium, Oratio pro ſtatua ſibi Oeæ locanda. De quibus omnibus alibi ſcripſimus. Et hæc de L. Apuleio noſtro Madaurenſi. Fuit & quidá alius Tiberij æuo Apuleius Celſus Centuripinus Siculus, medicus celebris, quem Scribonius Largus lib. de Compoſitione Medicamentorum præceptorem ſuum & Valentis vocat: Marcellus verò Empiricus, qui ſub Theodoſio Gratianoque vixit, inter medicinæ artis auctores Latinos recenſet. Hunc eumdem putem eſſe quem Palladius lib. de re Ruſtica laudat, & è quo Caſſianus Baſſus Geoponicων, quæ Imp. Conſtantini nomine paſſim circumferuntur, concinnator multa deſcripſit. Eſt & ſcriptum quoddam de Herbis, Apuleio adſcriptum, in poſteriorique editione Baſileenſi noſtri auctoris operibus reliquis adcuſum; quod potius Celſo illi medico tribuatur. Sed illud quidem mihi tale videtur, vt nec Auguſti

Tiberijúe

Tiberijúe ætate inoffenſo curſu elegantiæ Romanæ fluens æquor, nec Apuleiani ſermonis vberé lacinioſum'que torrenté, vt ita dicam, redolere videatur. Non bene illi etiam de ſtilo ſiloque orationis Apuleianæ iudicare videntur, qui ab eo Aſclepium Hermetis Triſmegiſti è Græco in Latinum conuerſum volunt, interq́; eius ſcripta numerare & excudere non dubitant; cum eo Dialogo, quantum ad verba & ad phraſes, vix quidquam in tota lingua Latina extet ineptius.

VETERVM SCRIPTORVM ALIQVOT DE APVLEIO SCRIPTISQVE EIVS TESTIMONIA.

Iul. Capitolinus Albino.

MAIOR *fuit dolor, quòd illum pro litterato laudandum plerique duxiſtis, cùm ille nænijs quibuſdam anilibus occupatus inter* MILESIAS *Punicas Apuleij ſui & ludicra litteraria conſeneſceret.*

Lactantius Diu. Inſtit. lib. v. cap. III.

Item cùm facta eius mirabiliter deſtrueret, nec tamen negaret; voluit oſtendere Apollonium vel paria vel etiam maiora feciſſe Mirum quòd Apuleium prætermiſit, cuius ſolent multa & mira commemorari.

Marcellinus ad D. Auguſtinum.

Sed tamen etiam ego in hac parte, quia plurimis quidquid reſcripſeris profuturũ eſſe confido, peccator acceſſerim; vt adeò vigilantius reſpõdere digneris, in quibus nihil aliud dominum quàm alij homines facere potuerunt feciſſe vel le-

giſſe

giſſe mentiuntur. Apollonium ſiquidem ſuum nobis & Apuleium, alioſq; Magicæ artis homines in medium proferunt, quorum maiora contendunt extitiſſe miracula.

D. Auguſtinus ad illum Epiſt. v.

Quis autem vel riſu dignum non putet, quòd Apollonium & Apuleium, ceteroſq; artium Magicarum peritiſsimos conferre Christo, vel etiam præferre conantur?

Et poſt:

Apuleius enim, vt de illo potiſsimùm loquamur, qui nobis Afris Afer eſt notior, non dico ad regnum, ſed nec ad aliquam quidem iudiciariam poteſtatē cum omnibus ſuis Magicis artibus potuit peruenire: honeſto patriæ ſuæ loco natus, & liberaliter educatus, magnaq; præditus eloquentia. An fortè iſta, vt Philoſophus, voluntate contempſit, qui ſacerdos prouinciæ pro magno fuit; vt munera ederet venatoreſq; veſtiret, & pro ſtatua ſibi apud Oeenſes locanda, ex qua ciuitate habebat vxorem, aduerſus contradictionē quorumdam ciuium litigaret? Quod poſteros ne lateret, eiuſdem litis Orationem ſcriptam memoriæ commendauit. Quod ergo ad iſtam terrenam pertinet felicitatem, fuit magnus quoad potuit. Vnde apparet eum nihil amplius fuiſſe, non quia noluit, ſed quia non potuit. Quamquam & aduerſus quoſdam qui ei Magicarum artium crimē intenderant eloquentiſsimè ſe defendit.

Idem ad Deogratias Epiſt. XLIX.

Et tamen ſi hoc quod de Iona ſcriptum eſt, Apuleius Madaurenſis vel Apollonius Tyaneus feciſſe diceretur, quorum multa mira nullo fideli auctore iactitant; quamuis & Dæmones nonnulla faciant Angelis ſanctis ſimilia, non veritate, ſed ſpecie, non ſapientia, ſed planè fallacia: tamen ſi de iſtis, vt dixi, quos Magos vel Philoſophos laudabiliter nominant, tale aliquid narraretur.

Idem

Idem de Ciuit. Dei lib. IV. cap. II.

Quæ vno loco Apuleius breuiter ſtringit in eo libro quem DE MVNDO *ſcripſit.*

Idem lib. VIII. cap. XII.

Recentiores tamen Philoſophi nobiliſſimi quibus Plato ſectandus placuit, noluerunt ſe dici Peripateticos aut Academicos, ſed Platonicos. Ex quibus ſunt valde nobilitati Græci, Plotinus, Iamblichus, Porphyrius: in vtraque autem lingua, id eſt, & Græca & Latina, Apuleius Afer extitit Platonicus nobilis.

Paulo poſt:

Hæc ſi ita ſunt, quæ licet apud alios quoque reperiantur, Apuleius tamẽ Platonicus Madaurenſis de hac re ſola vnum ſcripſit librum, cuius titulum eſſe voluit DE DEO SOCRATIS. *Vbi diſſerit & exponit, ex quo genere numinum numen ſibi Socrates habebat adiunctum & amicitia quadam conciliatum. à quo perhibetur ſolitus admoneri, vt deſiſteret ab agendo; quando id quod agere volebat proſperè non fuerat euenturum. Dicit enim apertiſſimè, & copioſiſſimè diſſerit, non eum Deum eſſe, ſed Dæmonem: diligenti diſputatione pertractans iſtam Platonis de Deorum ſublimitate, & Hominum humilitate, Dæmonum medietate ſententiam.*

Ibidem deinde:

Aut ergo fallitur Apuleius, & non ex iſto genere numinum habuit amicum Socrates: aut contraria inter ſe ſentit Plato, modò Dæmones honorando, modò eorum delicias à ciuitate bene morata remouendo: aut non eſt Socrati amicitia Dæmonis gratulanda. de qua vſqueadeò & ipſe Apuleius erubuit; vt de DEO SOCRATIS *prænotaret librum: quem, ſecundum ſuam diſputationem qua Deos à Dæmonibus tam diligenter copioſèq; diſcernit, non appellare* DE DEO, *ſed* DE DÆMONE *Socratis debuit. Maluit hoc in ipſa diſputatione quam in titulo libri ponere. Ita enim per*

ſanam

ſanam doctrinam quæ humanis rebus illuxit, omnes vel penè omnes Dæmonis nomen exhorrent, vt quiſque ante diſputationem Apuleij qua Dæmonum dignitas commendatur titulum libri DE DÆMONE SOCRATIS *legeret, nequaquam illum hominem ſanum fuiſſe ſentiret. Quid autem etiam ipſe Apuleius quod in Dæmonibus laudaret inuenit, præter ſubtilitatem & firmitatem corporum, & habitationis altiorem locum? Nam de moribus eorum, cùm de omnibus generaliter loqueretur, non ſolùm nihil boni dixit, ſed etiam plurimum mali. Deniq; lecto illo libro, prorſus nemo miratur, eos etiam ſcenicam turpitudinem in rebus diuinis habere voluiſſe: &, cùm Deos ſe putari vellent, Deorum criminibus oblectari potuiſſe. & quidquid in eorum ſacris obſcœna ſolemnitate, ſeu turpi crudelitate vel ridetur, vel horretur, eorum affectibus conuenire.*

Idem eod. lib. cap. XIX.

Poſtremò ipſe Apuleius numquid apud iudices Chriſtianos de Magicis artibus accuſatus eſt?

Et poſt:

Huius autem Philoſophi Platonici copioſiſſima & diſertiſſima extat Oratio qua crimen artium Magicarum à ſe alienum eſſe defendit: ſeq; aliter non vult innocentem videri, niſi ea negando quæ non poſſunt ab innocēte committi.

Idem lib. X. cap. XXVII.

Quanto humanius & tolerabilius cōſectaneus tuus Platonicus Apuleius errauit, qui tantūmodo Dæmones à Luna, &c.

Idem lib. XII. cap. X.

Vnde & Apuleius cùm hoc animantium genus deſcribit: Sigillatim, *inquit,* mortales, cunctim tamen vniuerſo genere perpetui.

Idem lib. XVIII. cap. XVIII.

Nam & nos cùm eſſemus in Italia, audiebamus talia de quadam regione illarum partium: vbi ſtabularias mulieres

imbutas

imbutas his malis artibus in caſeo dare ſolere dicebant quibus vellent ſeu poſſent viatoribus, vnde in iumenta illicò verterentur, & neceſſaria quæque portarent, poſtq; perfuncta opera iterum ad ſe redirent. nec tamen in eis mentem fieri beſtialem, ſed rationalē humanámq; ſeruari. Sicut Apuleius in libris quos ASINI AVREI *titulo inſcripſit, ſibi ipſi accidiſſe, vt accepto veneno, humano animo permanente, aſinus fieret, aut indicauit aut finxit.*

Commentator vetus Horatij ad Epod. XV.

Simili modo etiam Apuleius ſcribit DE ASINO AVREO, *animam ſuam fuiſſe in corpore aſini, meminiſſéq; ſe deuexiſſe plurima ſegmenta & onera in Ægyptum.*

Macrobius Saturnal. lib. VIII. cap. III.

Cùm ergo videas, mi Auiene, inſtituenda eſt enim adoleſcentia tua quæ ita docilis eſt, vt diſcendo præcipiat: cùm videas, inquam, anceps omne eſſe ſcommatum genus; ſuadeo in conuiuijs, in quibus Lætitiæ inſidiabitur Ira, ab eiuſmodi dictis faceſſas: & magis CONVIVIALES QVÆSTIONES *vel proponas vel ipſe diſſoluas. Quod genus veteres ita ludicrum non putarunt, vt & Ariſtoteles de ipſis aliqua cōſcripſerit, & Plutarchus, & veſter Apuleius.*

Seruius Honoratus, in VIII. Æneid.

Sunt enim numina aliqua tantùm Cæleſtia, aliqua tantùm terreſtria, aliqua Media; quos Deos Apuleius Medioxumos vocat, hoc eſt, qui ex hominibus Dij fiunt.

Sidon. Apollinaris, lib. II. Epiſt. ad Heſperium.

Siſque oppido meminens, quod olim Martia Hortenſio, Terentia Tullio, Calphurnia Plinio, Pudentilla Apuleio, Ruſticiana Symmacho, legentibus meditantibuſq; candelas & candelabra tenuerunt.

Idem lib. IV. ad Claudianum.

Si reare quemquam mortalium, cui tamen ſermocinari Latialiter cordi eſt, non pauere cum in examen aurium tua-

rum, quippe ſcriptus adducitur: tuarum, inquam, aurium, quarum peritiæ, ſi me decurſorum ad hoc æui temporum prærogatiua nō obruat, nec Frontanianæ grauitatis aut ponderis Apuleiani flumen æquiparem; cui Varrones, vel Atacinus vel Terentius, Plinij, vel auunculus vel Secundus, compoſiti, impræſentiarum ruſticabuntur.

Aurel. Caſſiodorus Dialecticæ compendio.

Tertiæ formulæ inueniuntur ſpecies ſex. quas omnes atque eius generis alia qui plenius noſſe deſiderat, legat librum Apuleij Madaurenſis, qui de hac re eleganter & copiosè diſſeruit.

Priſcianus lib. x.

Diſpeſco, diſpeſcui. quod ponit Apuleius in Dialogo qui eſt DE DEO SOCRATIS: Cum & habitacula ſumma ab infimis tanta intercapedine faſtigij diſpeſcant, *id eſt diſtent.*

Iſidorus Originum lib. II.

Has formulas Categoricorum ſyllogiſmorũ qui plenè noſſe deſiderat, librum legat qui inſcribitur ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ *Apuleij, & quæ ſubtilius ſunt tractata cognoſcet.*

Fulgentius Placiades de Priſco ſerm.

Apuleius ASINO AVREO *introducit ſororem Pſyches marito detrahentē dicere:* Patre meo ſeniorem maritum ſortita ſum, dein quouis pumilo pumiliorem, & cucurbita glabriorem.

Idem ibid.

Choragium, virginale funus vocatur. Apuleius METAMORPHOS. Choragio itaq; perfecto, domuitionem parant.

Idem ibid.

Edulium ad edendo dicitur prægustatiua comeſtio. Apuleius ASINO AVREO: Edulijs opiparè excepta. *Opiparè, id eſt, lautè & deliciosè.*

Idem

Idem Mytholog. lib. III. de Pſyche.

Apuleius in libris METAMORPHOSEON *hanc fabulam planiſsimè deſignauit.*

Et:

Sed quia hæc Saturantius & Apuleius penè duorũ continentia librorum tantam falſitatũ congeriẽ enarrauerit, &c.

Io. Salisberienſis de Nug. Curial.

lib. VI. cap. XXVII.

Et hic quidem non eſt meus ſermo, ſed quem omnium ſapientum cœtus concelebrat; & quem in libro qui inſcribitur DE DEO SOCRATIS *facile eſt inuenire. Cuius verba, propter elegantiam ſenſuum & orationis lepidam venuſtatem, curaui inſerere: vt his quæ ſcribuntur promptius adhibeatur fides, cùm de puriſsimo fonte maiorum eadem profluxiſſe conſtiterit. Ait itaque Apuleius: &c.*

Deinde:

Hæc Apuleius, eleganter quidem & ſplendidè.

Idem lib. VII. cap. VI.

Ex quibus valde nobilitati ſunt Græci, Plotinus, Iamblichus, & Porphyrius Catholicæ, vt dicitur, fidei peſsimus impugnator. In vtraque verò lingua, Græca ſcilicet & Latina, nobilis extitit Apuleius Afer: vir magnus inprimis, & qui venuſtate morum & dicẽdi copia Socraticum fontẽ & Platonicum torrentem facilè redoleat vel tenuiter ſapienti.

Idem lib. VIII. cap. X.

Verum quia Lætitiæ in conuiuijs frequenter inſidiatur Ira, ab eiuſmodi dictis temperandum eſt, & QVÆSTIONES CONVIVIALES *in omnes proponendæ ſunt aut ſoluendæ. Quod genus veteres ita ludicrum non putarunt; vt & Ariſtoteles aliqua de ipſis ſcripſerit, & Plutarchus, & Apuleius, cum Frontone.*

UNIVERSIDAD DE GRANADA
Hospital Real
Biblioteca

IN

PETRI COLVI BRVGENSIS APVLEIVM.

Λούκιος ὅνπερ ἔγραψεν Ὄνον λόγιός τε σοφός τε,
    Παλλαδίης σοφίης χρήσιμα πολλὰ ἔχει.
οὗτος Ὄνος μεγάλου κατέεσκε νόου τε πόνου τε·
    Κόλβιός οἱ πρόφρων ὤπασεν ἀμφότερον.
οὔ τοι Κόλβιος, ἀλλὰ Κολούϊος ἔσσεται οὗτος,
    Φλανδριακῶν νεαρὸς Βρουγίεων ἀκρέμων,
τοῦδε ὄνου τὰ νοσώδεα ἠδὲ κολούμενα γυῖα
    σπουδῇ ἀνορθώσας, καὶ παλάμῃσι σοφῆς.
οὐκ ὀνικῶς, μάλα δὴ νοϊκῶς πονικῶς τε, νοσοῦντα
    τόνδε πολυχρονίως, Κόλβιος ἠκέσατο.
οὐδ᾽ ἄρα τοῦτον Ὄνον μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅσσα Μαδαυρεὺς
    Λούκιος οὗτος ἑοῖς κάλλιπεν ὀψιγόνοις.
πρὸς δέ γε τοῖς προτέροις, βίβλον Περὶ ἑρμηνείας
    νῦν πρώτιστον ἐμῇ βιβλιοθήκῃ ἔδω.

Francisci Nanſii.

Χρύσεον Ἀπουληΐου τὸν πρίν ποτ᾽ Ὄνον τε νόον τε
    Χάλκεον λευγαλέος δῆρον ἔθηκε χρόνος·
Ες χρύσον δ᾽ αὖ πάλιν φρένας ὄλβιος ἐκπαράμειψε
    ΚΟΛΒΙΟΣ, ἐλλογίμων παῖς λόγιμος γονέων.
Χαῖρε πόνῳ. σὲ γὰρ οὗτος Ὄνος μεγ᾽ ὑπέρτερον αἴρει,
    Η πτερόεις ἵππος Βελλεροφοντιάδην.

Bon. Vulcanius Brugenſis.

Εἰς Ἀπουλεϊανὸν Ὄνον τὸν ὑπὸ Πέτρου τοῦ Κολβίου διορθωθέντα.

Κόλβιος Ἀονίδων ἱερὸν θάλος, εἶδεν ὀνάγροις
  Κείμενον ἐν μέσσοις τὸν Λιβύηθεν Ὄνον
Τὸν Χρύσεον, πολλοῖς γὰρ βεβρεγμένον ἔνθα καὶ ἔνθα
  Τέλμασιν, ὡς χρυσὸν συγκαταδῦντα λαθεῖν·
Αὐτίκα δὴ σχετλίῳ, μιν μείλιχος ἔτραπεν ὀργὰ
  Θῆρας ἀμυνέμεναι, καὶ ἀπὸ πηλὸν ἄγειν.
Θαῦμα δ' ὁρᾶν, κεφαλᾷ νεῖκος φέρει οἷον ἀταρβεῖ,
  Καρπαλιμὸν μόχθου κῆρ καθύπερθεν ἔχων·
Κόλβιος ἑλομένας τ' ὁπλὰς καὶ σχάσας ὀδόντων
  Δεινοτάτων ἀκμὰν, πότμον ἄλαλκεν Ὄνου·
Καὶ Νόον ἐξαῦτις τὸν Ὄνον κατέδειξε μεταστὰς,
  Βάρβαρον ἔκ τ' ἐλᾶν βόρβορον ἐξελάσας·
Νῦν σφετέροις στίλβοντα φάλοις, Μουσᾶν παρ' ὅμιλον
  Ἄγεν, Ἐλευθερίου καὶ ποτὶ στᾶσε Διός,
Πολλά μιν ὧν, χάριτές θ' ὅσσοις κ' ἀρχαῖα μέμηλε,
  Φύλλ' ἐπὶ καὶ στεφάνους δίσκετ' ἀεθλοφόρον.

Ἀδριανοῦ τοῦ Δαμμᾶνος.

In Apuleium, & Notas ad eum PETRI COLVI.

Idem Hadrianus Damman Gandauus.

QVID *murmuraret vulgus inelegans;*
Quidq́; expolitorum ordo celebrior
  MILESIARVM *de parente*
  Sciſceret, haud me animi feſellit.
Nugantis illud prolubium Ioci
Paſsim proteruo quod ſale temperat
  Humanitatis priſca, operta;

** 3 *Iudi-*

Iudicibus placet eruditis.
In moribus, dico, inq; vocabulis
Spectes vetuſtis; ingenium liquet
APVLEANVM, doctum, amœnum,
Cecropioq; madens lepôre.
Stilus, fatebor, turbidior fluit,
Næ dictionem prænimis anxiè,
Laborioſam dilegentis
Ex penore vlterioris æui!
At; Iupiter! quàm multa recondita,
Quàm magna lectori edit idoneo!
Et verba quiſquam mî negabit
Omnia pleraque conuenire
Narrationi, ſic propria vt proba?
Phraſis frequenti floret imaginum,
Et vocibus lenocinatur;
Sic mihi, ſic aliiſq; viſum.
Iam ſcriptionis cogitet iſtius
Miſcellum, & acris par Satyræ genus,
Qui rudere hunc debuccinauit
Barbaricæ vt Libyes onagrum.
Hic nonne cultus pinguior addecet?
Quæſitus? auro ſquallidus illito?
Varronis hoc Fragmenta docti
Quælibet ex Satyris reuincent.
Verſus (latentis quiddam aliud rei;)
Intercalantur lege volubiles
Solutiori; quid ſtupendum,
Si numero ſonat inſolenti?
Sed; Æſculapi Pæoniam & fidem!
Non ſic ruentes Hippolytum ſuæ
Quondam quadrigæ diſtulerunt,
Hunc vt APVLEIVM vacerræ.

Eſt, quem benigno lumine Delius,
Eſt, quem tuetur; quem decus vrbium
BRVGÆ ſuam ſpem gloriantur,
COLVIVS Aonidum propages:
Manus medentes COLVIVS applicat,
Succos remiſcens artis & ingenI,
Antiquitatiſq; efficaces,
Omnem & Apollinis officinam.
Eques, Senatus, Plebſq; Quiritium
Inſignior plauſum ingeminans; (NOTIS
Feliciter ſic COLVIANIS)
Omine, voce, manu renidet.

AD PETRVM COLVIVM
L. APVLEII opera omnia auctiora emendatioraque edentem.

QVI ſtadium properat pugil vnctus, & acer; auaro
Laudis Olympiacæ conſilio, atque animo:
Si Clauam Herculeâ nodoſam extundere dextra, Alludit ad cognomen COLVI, quod Hecticis clauã ſignificat.
Vncaq; Thyrſigenæ vindicet arma trucis:
Nónne erit ille aliјs ridendus? vbi ilia ducens
Flaccidus; inuiſam reptet ouantis humum?
Victaq; per timidas latebras ſua terga recondet;
Æſtuat alterius dum Thraſo inermis opus?
Et per teſqua fugax; omni ipſe recedat arena?
Amplius à ceſſo nec pede Agôna premet?
Sic certè, qui docte tuum tibi COLVI Apuleium
Eripere, & manibus vellere tentet iners:
Nil aget; imprudenſq; Afro cum Milite certans,
Tiro vaſrum imbellis non feret ingenium.
Quod cum nocturna verſas, & luce diurna;
Huic operam impendens, omne oleumq; tuum;

Fruſtrà

Fruſtrà alius palma hanc palmam extorquere parabit,
Debita vel capiti laurea ſerta tuo;
Auratáſue ſuas Afri, auribus addere inaures;
Aureus ipſe Aſinus ni velit eſſe nouus.
Et Metamorphoſi magnos vrgendo cachinnos,
Mittier ad crepidam ſutor ineptus amet.
Macte ergo; inſequitur tua dum faſtigia nemo,
Nemo parta tibi præmia vi rapiet.

THOMAS SCOTIVS.

L. APVLEII METAMORPHOSEON SIVE DE ASINO AVREO

LIBER PRIMVS.

AT ego tibi ſermone iſto Mileſio varias fabulas conſeram, aureſque tuas beniuolas lepido ſuſurro permulceam; modò ſi papyrum Aegyptiam tu argutia Nilotici calami inſcriptam nõ ſpreueris inſpicere. Figuras fortunaſque hominũ in alias imagines conuerſas, & in ſe rurſum mutuo nexu refectas, vt mireris, hic exordior. Quis ille, paucis accipe. Hymettos Attica, & Iſthmos Ephyræa, & Tænaros Spartiaca, glebæ felices æternum libris felicioribus conditæ, mea vetus proſapia eſt. Ibi, inquam, in Attide primis pueritiæ ſtipendiis merui: mox in vrbe Latia aduena ſtudiorũ Quiritiũ indigenam ſermonem ærumnabili labore, nullo magiſtro præeunte aggreſſus, excolui. En ecce præfamur veniam, ſi quid exotici ac forenſis ſermonis rudis locutor offendero. Iam hæc quidem ipſa vocis immutatio, deſultoriæ ſcientiæ ſtilo, quem acceſſimus, reſpondet. Fabulam Græcanicam incipimus. lector intende; lætaberis. Theſſaliam, nam & illic originis maternæ noſtræ fundamenta à Plutarcho illo inclyto, ac mox Sexto Philoſopho nepote eius prodita gloriam nobis faciunt: eam Theſſaliam ex negotio petebam. Poſtquam ardua montium, & lubrica vallium, & roſcida ceſpitum, & globoſa camporum emerſi; me equo indigena peralbo vehens, iam eo quoque admodum feſſo, vt ipſe etiam fatigationem ſedentariam inceſſus vegetatione diſcuterem, in pedes deſilio. equi ſudorem fronte curioſè exſico, aures remulceo, frenos detraho, in gra-

in gradum lenem ſenſim proueho; quoad laßitudinis incommodum alui ſolitum ac naturale præſidium eliquaret. Ac, dum is ientaculum ambulatorium, prataq; præterit, ore in latus detorto pronus allectat, duobus comitibus, qui fortè paululum proceſſerant, tertium me facio. Et, dum auſculto quid ſermonis agitaretur; alter exerto cachinno, Parce, inquit, in verba iſta hæc tam abſurda, tamq; immania mentiendo. Iſto accepto, ſititor alioqui nouitatis, Immo verò, inquam, impartite ſermone nō quidem curioſum, ſed qui velim ſcire vel cuncta, vel certè plurima: ſimul iugi, quod inſurgimus, aſperitudinem fabularum lepida iocunditas leuigabit. At ille qui cœperat, Næ, inquit, iſtud mendacium tam verum eſt, quàm ſi qui velit dicere, magico ſuſurramine amnes agiles reuerti, mare pigrum colligari, ventos inanimes expirare, Solem inhiberi, Lunam deſpumari, ſtellas euelli, diem tolli, noctem teneri. Tunc ego in verba fidentior, Heus tu, inquam, qui ſermonem ieceras priorem, ne pigeat te, vel tædeat reliqua pertexere. Et ad alium: Tu verò craßis auribus, & obſtinato corde reſpuis quæ forſitan verè perhibeantur. Minus herculè calles prauißimis opinionibus caputari mendacia, quæ vel auditu noua, vel viſu rudia, vel certè ſupra captum cogitationis ardua videantur. quæ ſi paulo accuratius exploraris, non modò compertu euidentia, verùm etiam factu facilia ſenties. Ego denique veſperna, dum polentæ caſeatæ offulam grandiorem in conuiuas æmulos contruncare geſtio, mollitie cibi glutinoſi faucibus inhærentis, & ima gula ſpiritus detinentis, minimò minus interij. Et tamē Athenis proximo, & ante Pœcilen porticum iſto gemino obtutu circulatorem aſpexi equeſtrem ſpatham præacutam mucrone infeſto deuoraſſe: ac mox eumdem inuitamento exiguæ ſtipis venatoriam lanceam, qua parte minatur exitium, in ima viſcera condidiſſe. Et ecce ponè lanceæ ferrum, quà bacillum inuerſi teli ad occipitium per in-

guinem ſubit, puer in mollitiem decorus inſurgit: inq; flexibus tortuoſis eneruam & exoſſam ſaltationem explicat, cum omnium qui aderamus admiratione. Diceres Dei medici baculo, quod ramulis ſemiamputatis nodoſum gerit, ſerpentem generoſum lubricis amplexibus inhærere. Sed iam cedo, tu ſodes, qui cœperas, fabulam remetire. Ego tibi ſolus hîc pro iſto credam, & quod ingreſſu primum fuerit ſtabulum, prandio participabo. Hîc tibi merces poſita eſt. At ille: Iſtud quidem quod polliceris, æqui boniq; facio. verùm, quod inchoaueram, porrò exordiar. Sed tibi prius deierabo Solem iſtum videntem Deum, me vera comperta memorare, nec vos vlterius dubitabitis, ſi Theſſaliam proximam ciuitatem perueneritis; quòd ibidem paſsim per ora populi ſermo iactetur, quæ palàm geſta ſunt. Sed vt prius noritis qui ſim, & cuiatis, & quo quæſtu teneam, audite. Ægienſis quidem ſum Aetneo melle, vel caſeo, & huiuſcemodi cauponarum mercibus per Theſſaliam, Aetoliam, Bœotiam vltrò citrò diſcurrens. Comperto itaque, Hypatæ, quæ ciuitas cunctæ Theſſaliæ antepollet, eſſe caſeum recentem, & ſciti ſaporis admodum commodo pretio diſtrahi, feſtinus adcucurri, id omne præſtinaturus. Sed, vt fieri aſſolet, ſiniſtro pede profectum me ſpes compendij fruſtrata eſt. Omne enim pridie Lupus negotiator magnarius coëmerat. Ergo igitur ineſſicaci celeritate fatigatus, commodùm veſpera oriente ad balneas proceſſeram. Ecce Socratem contubernalem meum conſpicio. humi ſedebat ſciſsili palliaſtro ſemiamictus, penè alius, lurore ac miſera macie deformatus: qualia ſolent Fortunæ deterrima ſtipes in triuijs erogare. Hunc talē, quamquam neceſſariū & ſummè agnitū, tamen dubia mente propius acceſsi. Hem, inquā, mi Socrates, quid iſtud? quæ facies? quod flagitiū? At verò domi tuæ iam defletus & conclamatus es. Liberis tuis tutores iuridici prouincialis decreto dati. vxor præſolutis feralibus officijs luctu & mœrore diuti-

no deformata, diſſletis pæne ad extremam captiuitatem oculis ſuis, domus infortunium nouarum nuptiarum gaudijs à ſuis ſibi parentibus hilarare compellitur. At tu hic laruale ſimulacrum cum ſummo dedecore noſtro viſeris. Ariſtomene, inquit, næ tu Fortunarum lubricas ambages, & inſtabiles incurſiones, & reciprocas viciſſitudines ignoras! Et cum dicto ſutili centunculo faciem ſuam, iamdudum punicantem præ pudore, obtexit; ita vt ab vmbilico pubetenus cetera denudaret. Nec denique perpeſſus ego tam miſerum ærumnæ ſpectaculum, iniecta manu vt adſurgat enitor. At ille, vt erat capite velato, Sine ſine, inquit, fruatur diutius tropæo Fortuna; quod fixit ipſa. Effeci ſequatur: & ſimul vnam è duabus lacinijs meis exuo, eúmque properè, veſtio dicam, an contego? & illico lauacro trado. quod vnctui, quod terſui opus ipſe præminiſtro: ſordium enormem eluuiem effrico. Probè curatum ad hoſpitiū, laſſus ipſe, fatigatum ægerrimè ſuſtinens perduco. lectulo refoueo, cibo ſatio, poculo mitigo, fabulis permulceo. Iam adlubentia procliuis eſt ſermonis & ioci, & ſcitum eſt cauillum: iam dicacitas tinnula; cùm ille imo de pectore cruciabilem ſuſpiritum ducens, dextra ſæuiente frontem replaudens, Me miſerum, infit: qui, dum voluptatem gladiatorij ſpectaculi ſatis famigerabilis conſector, in has ærumnas incidi. Nam, vt ſcis optimè, ſecundùm quæſtum Macedoniam profectus, dum menſe decimo ibidem attentus nummatior reuertor; modicò prius quàm Lariſſam accederem, per tranſitum ſpectaculum obiturus, in quadam auia & lacunoſa conualli à vaſtiſſimis latronibus obſeſſus, atque omnibus priuatus tandem euado: &, vtpote vltimè affectus, ad quamdam cauponam Meroen anum, ſed admodum ſcitulam, deuorto. eique cauſas & peregrinationis diuturnæ, & domuitionis anxiæ, & ſpoliationis diurnæ dum miſerè refero; me ſatis quàm humanè tractare adorta cœna grata atque gratuita, ac mox urigine percita, cubili ſuo

applicat.

applicat. Et ſtatim miſer, vt cum illa acquieui, ab vnico congreſſu annoſam ac peſtilentem contraho & ipſas etiam lacinias, quas boni latrones contegendo mihi conceſſerant, in eam contuli: operulas etiam, quas adhuc vegetus ſagariam faciens merebam; quò me ad iſtam faciem, quam paulo antè vidiſti, bona vxor & mala Fortuna perduxit. Pol quidem tu dignus, inquam, es extrema ſuſtinere, ſi quid eſt tamen nouiſſimo extremius, qui voluptatem Veneream, & ſcortum ſcorteũ Lari & liberis prætuliſti. At ille digitum à pollice proximum ori ſuo admouens, & in ſtuporem attonitus, Tace tace, inquit. & circumſpiciens tutamenta ſermonis, Parce, inquit, in feminam diuinam, ne quam tibi lingua intemperante noxam contrahas. Ain tandem! inquam: potens illa & regina caupona quid mulieris eſt? Saga, inquit, & diuinipotens cælum deponere, terram ſuſpendere, fontes durare, montes diluere, Manes ſublimare, Deos infimare, ſidera extinguere, Tartarum ipſum illuminare. Oro te, inquam, aulæum tragicum dimoueto, & ſiparium ſcenicum complicato: & cedo verbis communibus. Vis, inquit, vnum vel alterum, immò plurima eius audire facta? Nam, vt ſe ament efflictim non modò incolæ, verùm etiam Indi vel Æthiopes vtrique, vel ipſi Antichthones, folia ſunt artis, & nugæ meræ. Sed, quod in conſpectu plurium perpetrauit, audi. Amatorem ſuum, quòd vi aliam temeraſſet, vnico verbo mutauit in feram caſtorem: quòd ea beſtia captiuari metuens, ab inſequentibus repræciſione genitalium liberatur; vt illi quoque ſimile, quòd Venerem habuit in aliam, proueniret. Cauponem quoq. vicinum, atque ob id æmulum, deformauit in ranam. & nunc ſenex ille dolium innatans vini ſui aduentores priſtinos in fece ſubmiſſus officioſis ronchis raucus appellat. Alium de foro, quòd aduerſus eam locutus eſſet, in arietem deformauit. & nunc aries ille cauſas agit. Eadem amatoris ſui vxorem, quòd in eam dicaculè

probrum dixerat, iam in ſarcinā prægnationis obſepto vtero, & repigrato fœtu, perpetua prægnatione damnauit. Et, vt cuncti numerant, octo annorum onere miſella illa, velut elephantum paritura, diſtenditur. Quæ quum, ſubinde ac multi nocerentur, publicitus indignatio percrebuit; ſtatutumq́; eſt vt in eam die altera ſeueriſſimè ſaxorum iaculationibus vindicaretur. Quod conſilium virtutibus cantionum anteuortit. Et, vt illa Medea, vnius diecula à Creonte impetratis inducijs, totam eius domum, filiamq́; cum ipſo ſene flammis coronalibus deuſſerat: ſic hæc deuotionibus ſepulcralibus in ſcrobem procuratis, vt mihi temulenta narrauit proximè, cunctos in ſuis ſibi domibus tanta numinū violentia clauſit; vt toto biduo non clauſtra perfringi, non fores eueli, non denique parietes ipſi quiuerint perforari: quoad mutua hortatione conſonè clamitarent, quàm ſanctiſſimè deierantes, ſeſe neque ei manus admolituros; &; ſi qui aliud cogitarit, ſalutare laturos ſubſidium. Sic illa propitiata totam ciuitatem abſoluit. At verò cœtus illius auctorem nocte intempeſta, cum tota domo, id eſt, parietibus & ipſo ſolo, & omni fundamento, vt erat clauſa, ad centeſimum lapidem in aliam ciuitatem ſummo vertice montis exaſperati ſitam, & ob id ad aquas ſterilem tranſtulit. Et quoniā denſa inhabitantium ædificia locum nouo hoſpiti non dabant; ante portam proiecta domo diſceſſit. Mira, inquam, nec minus ſæua, mi Socrates memoras. Denique mihi quoq; nō paruam incuſſiſti ſollicitudinem, immò verò formidinem, iniecto non ſcrupulo, ſed lancea, ne quo numinis miniſterio ſimiliter vſa ſermones iſtos noſtros anus illa cognoſcat. Itaque maturius quieti nos reponamus: & ſomno leuata laſſitudine noctis, antelucio aufugiamus iſtinc quàm pote longiſſimè. Hæc adhuc me ſuadente, inſolita vinolentia ac diurna fatigatione pertentatus bonus Socrates, iam ſopitus ſtertebat altius. Ego verò adducta fore peſſulíſq́; firmatis, grabatulo etiam ponè

cardines

cardines ſuppoſito & probè aggeſto, ſuper eum me recipio. Ac primùm præ metu aliquantiſper vigilo, dein circa tertiam fermè vigiliam paululum conniueo. Commodùm quieueram: & repentè impulſu maiore, quàm vt latrones crederes, ianuæ reſerantur, immò verò fractu & euulſis funditùs cardinibus proſternuntur. Grabatulus alioqui breuiculus, & vno pede mutilus ac putris impetus tanti violentia proſternitur: me quoque euolutum & excuſſum humi recidens in inuerſum cooperit ac tegit. Tunc ego ſenſi naturaliter quoſdam affectus in contrarium prouenire. Nam vt lacrymæ ſæpiculè de gaudio prodeunt; ita & in illo nimio pauore riſum nequiui continere, de Ariſtomene teſtudo factus. Ac dum in infimum deiectus, obliquo aſpectu quid rei ſit grabatuli ſolertia munitus opperior; video mulieres duas altioris ætatis. Lucernam lucidam gerebat vna, ſpongiam & nudum gladium altera. Hoc habitu Socratem bene quietum circumſtetere. Infit illa cum gladio: Hic eſt, ſoror Panthia, carus Endymion: hic catamitus meus, qui diebus ac noctibus ætatulam meam illuſit: hic eſt qui meis amoribus ſubterhabitis, nō ſolùm me diffamat probris, verùm fugam inſtruit. At ego ſcilicet Vlyſſi aſtu deſerta vice Calypſonis æternā ſolitudinem flebo. Et porrecta dextera, meq́; Panthiæ ſuæ demonſtrato, At hic, inquit, bonus conſiliator Ariſtomenes, qui fugæ huius auctor fuit, & nunc morti proximus, iam humi proſtratus grabatulo ſuccubans iacet, & hæc omnia conſpicit, impunè ſe relaturū meas contumelias putat. Faxo eum ſerò, immò ſtatim, immò verò iamnunc, vt & præcedentis dicacitatis, & inſtantis curioſitatis pœniteat. Hæc ego vt accepi, ſudore frigido miſer perfluo, tremore viſcera quatior; vt grabatulus etiā ſuccuſſus & inquietus ſuper dorſum meum palpitando ſaltaret. At bona Panthia, Quin igitur, inquit, ſoror, hunc primū bacchatim diſcerpimus, vel, membris eius deſtinatis, virilia deſecamus? Ad hæc Meroë, ſic enim

reapſe nomen eius, tunc fabulis Socratis conuenire ſentiebam: Immò, ait, ſuperſit hic ſaltem, qui miſelli huius corpus parua contumulet humo. Et capite Socratis in alterum dimoto latus, per iugulum ſiniſtrum capulotenus gladium totum ei demergit, & ſanguinis eruptionem vtriculo admoto excipit diligenter; vt nulla ſtilla compareret vſquam. Hæc ego meis oculis aſpexi. Nam etiam, ne quid demutaret credo à victimæ religione, immiſſa dextera per vulnus illud ad viſcera penitus cor miſeri contubernalis mei Meroë bona ſcrutata protulit: cùm ille impetu teli præſecata gula, vocem, immò ſtridorem incertum per vulnus effunderet, & ſpiritum rebulliret. Quod vulnus, quàm maximè patebat, ſpongia offulciens Panthia: Heus tu, inquit, ſpongia, caue in mari nata, per fluuium tranſeas. His editis, ab imo remoto grabatulo, varicus ſuper faciem meam reſidentes veſicam exonerant; quoad me vrinæ ſpurciſſimæ madore perluerent. Commodùm limen euaſerant: & fores ad priſtinum ſtatum integræ reſurgunt; cardines ad foramina reſident; poſtes ad repagula redeunt; ad clauſtra peſſuli recurrunt. At ego, vt eram nuncetiam humi proiectus, inanis, nudus, & frigidus, & lotio perlitus, quaſi recens vtero matris editus, immò verò ſemimortuus, verùm etiam ipſe mihi ſuperuiuens & poſtumus, vel certè deſtinatæ iam cruci candidatus Quid, inquã, me fiet, vbi iſte iugulatus manè paruerit? Cui videbor veriſimilia dicere, proferens vera? Proclamares ſaltem ſuppetiatum, ſi reſiſtere vir tantus mulieri nequibas Sub oculis tuis homo iugulatur, & ſiles? Cur autem te ſimile latrocinium non peremit? Cur ſæua crudelitas, vel propter indicium ſceleris, arbitro pepercit? Ergo quoniam euaſiſti mortem, nunc illo redi. Hæc idemtidem mecum replicabam: & nox ibat in diem. Optimum itaque factum viſum eſt anteluculò furtim euadere, & viam, licet trepido veſtigio, capeſſere. Sumo ſarcinulam meam, &

ſubdita

ſubdita claui peſſulos reduco. At illæ probæ & fideles ianuæ, quæ ſua ſponte deſeratæ nocte fuerant, vix tandē & ægerrimè tunc clauis ſuæ crebra immiſſione pateſiunt. Et, Heus tu, vbi es? inquam, valuas ſtabuli abſolue: anteluciò volo ire. Ianitor ponè ſtabuli oſtium humi cubitans, & iamnunc ſemiſomnus, Quid tu, inquit, ignoras latronibus infeſtari vias, qui hoc noctis iter incipis? Hem, & ſi tu, alicuius facinoris tibi conſcius ſcilicet, mori cupis; nos cucurbitæ caput non habemus, vt pro te moriamur. Non longè, inquam, lux abeſt. Sed & præterea, quid viatori de ſumma pauperie latrones auferre poſſunt? An ignoras inepte, nudum nec à decem palæſtritis deſpoliari poſſe? Ad hæc ille marcidus & ſemiſopitus, in alterum latus euolutus, Vnde autem, inquit, ſcio, an conuectore illo tuo, cum quo ſerò deuerteras, iugulato, fugæ mandes præſidium? Illud horæ memini me, terra dehiſcente, ima Tartara, inq; his canem Cerberum prorſus eſurientem mei proſpexiſſe. Ac recordabar profectò, bonam Meroen non miſericordia iugulo meo perperciſſe, ſed ſæuitia cruci me reſeruaſſe. In cubiculum itaque reuerſus, de genere tumultuario mortis mecum deliberabam. Sed cùm nullum aliud telum mortiferum Fortuna, quàm ſolum mihi grabatulum ſubminiſtraret: Iam iam grabatule, inquam, animo meo cariſſime, qui mecum tot ærumnas exantlaſti, conſcius & arbiter quæ nocte geſta ſunt, quem ſolum in meo reatu teſtem innocentiæ citare poſſum: tu mihi ad Inferos feſtinanti ſubminiſtra telum ſalutare. Et cum dicto reſtim, qua erat intextus, aggredior expedire: ac tigillo quod feneſtræ ſubditum altrinſecus prominebat iniecta atque obdita parte funiculi, & altera firmiter in nodum coacta, aſcenſo grabatulo, ad exitium ſublimatus, & miſſo capite laqueum induo. Sed dum pede altero fulcimentum, quo ſuſtinebar, repello, vt ponderis deductu reſtis ad gulam adſtricta ſpiritus officia diſcluderet; repentè pútris alioquin & vetus funis dirumpitur.

rumpitur. Atq. ego de alto decidens, Socratem, nam iuxta me iacebat, ſuperruo, cumq́; eo in terram deuoluor. Et ecce in ipſo momento ianitor introrupit, exertè clamitans: Vbi es tu, qui alta nocte immodicè feſtinabas, & nunc ſtertis inuolutus? Ad hæc, neſcio an caſu noſtro, an illius abſono clamore experrectus Socrates, exurgit prior: &, Næ, inquit, meritò ſtabularios hos omnes hoſpites deteſtantur. Nam iſte curioſus dum importunè irrumpit, credo ſtudio rapiendi aliquid, clamore vaſto, marcidum alioqui, me altiſſimo ſomno excuſſit. Emergo lætus atque alacer, inſperato gaudio perfuſus: &, Ecce, inquam, ianitor fideliſſime, comes & pater meus, & frater meus, quem nocte ebrius occiſum à me calumniabaris. Et cum dicto Socratem deoſculabar amplexus. At ille, olore alioqui ſpurciſſimi humoris percuſſus quo me Lamiæ illæ infecerant, vehementer aſpernatur. Apagete, inquit, fœtorem extremæ latrinæ. Et cauſas cœpit huius oloris comiter inquirere. At ego miſer, adficto ex tempore abſurdo ioco, in alium ſermonem intentionem eius denuò diriuo: &, iniecta dextera, Quin imus, inquam, & itineris matutini gratiam capimus? Sumo ſarcinulam: & pretio manſionis ſtabulario perſoluto, capeſſimus viam. Aliquantulum proceſſeramus: & iam iubaris exortu cuncta colluſtrantur; & ego curioſe ſedulò arbitrabar iugulum comitis, qua parte gladium delapſum videram. & mecum, Veſane, aio, quin poculis & vino ſepultus extrema ſomniaſti. Ecce Socrates integer, ſanus, incolumis. Vbi vulnus? ſpongia vbi? poſtremò cicatrix tam alta, tam recens? Et ad illum, Næ meritò, inquam, medici fidi cibo & crapula diſtentos ſæua & grauia ſomniare autumant. Mihi denique, quòd poculis veſperi minus temperaui, nox acerba diras & truces imagines obtulit; vt adhuc me credam cruore eſſe humano aſperſum, atque impiatum. Ad hæc ille ſubridens, At tu, inquit, non ſanguine ſed lotio perfuſus es. Verumta-

men &

men & ipſe per ſomnium iugulari viſus ſum mihi. Nam & iugulum iſtum dolui, & cor ipſum mihi auelli putaui: & nunc etiam ſpiritu deficior, & genua quatior, & gradu titubo, & aliquid cibatus refouendo ſpiritu deſidero. En, inquam, paratum tibi adeſt ientaculum. Et cum dicto manticam meam humero exuo; caſeum cum pane properè ei porrigo: &, Iuxta platanum iſtam reſideamus, aio. Quo facto, & ipſe aliquid indidem ſumo. Eumq́; auidè eſitantem aſpiciens aliquanto intentiore acie, atque pallore buxeo deficientem video. Sic denique eum vitalis color turbauerat, vt mihi præ metu nocturnas etiã Furias illas imaginanti, fruſtulum panis, quod primum ſumpſeram, quamuis admodum modicum, medijs faucibus inhæreret, ac neque deorſum demeare neque ſurſum remeare poſſet. Nam & breuitas ipſa commeantium metum mihi cumulabat. Quis enim de duobus comitum alterum ſine alterius noxa peremptum crederet? Verùm ille, vt ſatis detruncauerat cibũ, ſitire impatienter cœperat. Nam & optimi caſei bonam partem auidè deuorauerat: & haud ita longè radices platani lenis fluuius in ſpeciem placidæ paludis ignauus ibat, argento vel vitro æmulus in colorem. En, inquam, explere latice fontis lacteo. Adſurgit: & oppertus paululũ planiorem ripæ marginem, complicitus in genua appronat ſe, auidus adfectans poculum. Nec dum ſatis extremis labijs ſummum aquæ rorem attigerat: & iugulo eius vulnus dehiſcit in profundum patorem, & illa ſpongia repentè de eo deuoluitur; eamq́; paruus admodum comitatur cruor. Denique corpus exanimatum in flumen pænè cernuat: niſi altero ego eius pede retento, vix & ægre ad ripam ſuperiorem attraxi. Vbi defletum pro tempore comitem miſellum arenoſa humo in amnis vicinia ſempiterna contexi. Ipſe trepidus, & eximiè metuens mihi, per diuerſas & auias ſolitudines aufugi: & quaſi conſcius mihi cædis humanæ, relicta patria & Lare, vl-

Lare, vltroneum exilium amplexus, nunc Ætoliam, nouo contracto matrimonio, colo. Hæc Ariſtomenes. At ille comes eius, qui ſtatim initiò obſtinata incredulitate ſermonem eius reſpuebat, Nihil, inquit, hac fabula fabuloſius, nihil iſto mendacio abſurdius. Et ad me conuerſus, Tu autem, inquit, vir, vt habitus & habitudo demonſtrant, ornatus, accedis huic fabulæ? Ego verò, inquam, nihil impoſsibile arbitror; ſed vtcunq; fata decreuerint, ita cuncta mortalibus prouenire. Nam & mihi & tibi, & cunctis hominibus multa vſuuenire mira, & penè infecta; quæ tamen ignaro relata fidem perdant. Sed ego huic & credo hercules, & gratas gratias memini, quod lepidæ fabulæ feſtiuitate nos auocauit: aſperam denique ac prolixam viam ſine labore & tædio euaſi. Quo beneficio etiam illum vectorem meum credo lætari, ſine fatigatione ſui me vſque ad iſtam ciuitatis portam, non dorſo illius, ſed meis auribus prouecto. Is finis nobis & ſermonis & itineris communis fuit. Nam comites vtriq. ad villulas proximas læuorſum abiere. Ego verò quod primùm ingreſſu ſtabulum conſpicatus ſum acceſsi, & de quadam anu caupona illico percontor: Eſtne, inquam, Hypata hæc ciuitas? Annuit. Noſtine Milonẽ quemdam è primoribus? Arriſit. Et verè, inquit, primus iſtic perhibetur Milo, qui extra vrbem totam, & pomerium colit. Remoto, inquam, ioco parens optima, dic oro & cuiatis ſit, & quibus deuerſetur ædibus. Videſne, inquit, extremas feneſtras, quæ foris vrbem proſpiciunt, & altrinſecus fores proximum reſpicientes angiportum? Inibi iſte Milo deuerſatur, ampliter nummatus, & longè opulentus, verùm extremæ auaritiæ, & ſordis infimæ, infamis homo: fœnus denique copioſum ſub arrabone auri & argenti crebiter exercens: exiguo Lare incluſus, & ærugini ſemper intentus; cum vxorem etiam calamitatis ſuæ comitem habeat. Neque præter vnicam paſcit ancillulam: & habitu mendico ſemper incedit.

incedit. Ad hæc ego riſu ſubijcio: Benignè, inquam, & perſpicuè Demeas meus in me conſuluit, qui peregrinantem cum tali viro conciliauit, in cuius hoſpitio nec fumi nec nidoris nebulam vererer. Et cum dicto modicò ſecus progreſſus, oſtium accedo, & ianuam firmiter oppeſſulatam pulſare vocaliter incipio. Tandem adoleſcentula quædam procedens, Heus tu, inquit, qui tam fortiter fores verberaſti, ſub qua ſpecie mutuari cupis? An tu ſolus ignoras, præter aurum argentúmque nullum nos pignus admittere? Meliora, inquam, ominare: & poſt reſponde. Dic oro an intra ædes herum tuum offenderim? Planè, inquit: ſed quæ cauſa quæſtionis huius? Litteras ei à Corinthio Demea ſcriptas ad eum reddo. Dum annuntio, inquit, hæc, ibidem opperitor. Et cum dicto rurſum foribus oppeſſulatis, intrò capeſſit. Modicò deinde regreſſa, patefactis ædibus, Rogat te, inquit. Intuli me: eúmque accubantem exiguo admodũ grabatulo, & commodùm cœnare incipientem inuenio. Aſſidebat pedes vxor, & menſa vacua poſita. cuius monſtratu: En, inquit, hoſpitium. Bene, ego: & ilicò ei litteras Demeæ trado. Quibus properiter lectis, Amo, inquit, meum Demeam, qui mihi tantũ conciliauit hoſpitem. Et cum dicto iubet vxorem decedere, vtq; in eius locum aſſideam iubet. méque etiamnunc verecundia cunctantem arrepta lacinia detrahens, Aſſide, inquit, iſtic. nam præ metu latronum nulli eſt ſibula; anne ſufficientem ſupellectilem parare nobis licet? Feci. Et ſic: Ego te, inquit, etiam de iſta corporis ſpecioſa habitudine, déque hac virginali prorſus verecundia, generoſa ſtirpe proditum & rectè coniicerem. Sed & meus Demeas eadem litteris pronuntiat. Ergo breuitatem gurguſtioli noſtri ne ſpernas peto. Erit tibi adiacẽs & ecce illud cubiculum, honeſtum receptaculum. fac libenter deuerſeris in noſtro. Nam & maiorem domum dignatione tua feceris: & tibi ſpecimen glorioſum arrogaris, ſi contentus

Lare

lare paruulo, Theſei illius cognominis patris tui virtutes æmulaueris, qui non eſt aſpernatus Hecales anus hoſpitium tenue. Et vocata ancillula: Fotis, inquit, ſarcinulas hoſpitis ſuſceptas cum fide conde in illud cubiculum: ac ſimul è promptuario oleum vnctui, & lintea terſui, & cetera huc eidem vſui profer ocyter; & hoſpitem meum produc ad proximas balneas, ſatis arduo itinere atque prolixo fatigatus eſt. His ego auditis, mores atque parſimoniam ratiocinans Milonis, volénſque me artius ei conciliare, Nihil, inquam, rerum iſtarum, quæ itineris vbique nos comitantur, indigemus. Sed & balneas facilè percontabimur. Planè quod eſt mihi ſummè præcipuum, equo, qui me ſtrenuè peruexit, fœnum atque ordeum, acceptis iſtis numulis, tu Fotis emito. His actis, & rebus meis in illo cubiculo conditis, pergens ipſe ad balneas, vt prius aliquid nobis cibatui proſpicerem, forum cupedinis peto: inq; eo piſcatum opiparem expoſitum video. Et percontato pretio, quòd centum numis indicaret aſpernatus, viginti denarios præſtinaui. Inde me commodùm egredientem continuatur Pythias, condiſcipulus apud Athenas Atticas meus; qui me poſt aliquantum multum temporis amanter agnitum inuadit, amplexúſque ac comiter deoſculatus: Mi Luci, ait, ſat pol diu eſt, quòd interuiſimus te. At hercules exinde cum à magiſtro digreſſi ſumus. Quæ autem tibi cauſa peregrinationis huius? Craſtino die ſcies, inquam. Sed quid iſtud? voti gaudeo. Nam & lixas & virgas, & habitum prorſus magiſtratui congruentem in te video. Annonam curamus, ait, & ædilem gerimus; &, ſi quid obſonare cupis, vtique cõmodabimus. Abnuebam: quippe qui iam cænæ affatim piſcatum proſpexeramus. Sedenim Pythias, viſa ſportula, ſuccuſſiſque in aſpectum planiorem piſcibus, At has quiſquilias quanti paraſti? Vix, inquam, piſcatori extorſimus accipere viginti denarios. Quo audito, ſtatim arrepta dextra

poſt li-

poſtliminiò me in forum cupedinis reducens, Et à quo, inquit, iſtorum nugamenta hæc comparaſti? Demonſtro ſeniculum in angulo ſedentem. Quem confeſtim pro ædilitatis imperio voce aſperrima increpans, inquit: Iam iam nec amicis quidem noſtris, vel omnino vllis hoſpitibus parcitis? Quid tam magnis pretijs piſces friuolos venditatis, & florem Theſſaliæ regionis inſtar ſolitudinis & ſcopuli edulium caritate deducis? ſed non impunè. Iam enim ſaxo ſcias, quemadmodum ſub meo magiſterio mali debeant coërceri. Et profuſa in medium ſportula, iubet officialem ſuum inſuper piſces inſcendere, ac pedibus ſuis totos obterere. Qua contentus morum ſeueritudine meus Pythias, ac mihi vt abirem ſuadens, Sufficit mihi, ô Luci, inquit, ſeniculi tanta hæc cõtumelia. His actis conſternatus, ac prorſus obſtupidus, ad balneas me refero, prudentis condiſcipuli valido conſilio & numis ſimul priuatus & cæna: lautusqúe ad hoſpitium Milonis, ac dehinc cubiculo, me reporto. Et ecce Fotis ancilla, Rogat te, inquit, hoſpes. At ego iam inde Milonis abſtinentiæ cognitor, excuſaui comiter: quòd viæ vexationem non cibo, ſed ſomno cenſerem diluendam. Iſto accepto pergit ipſe, & iniecta dextra, clementer me trahere adoritur. Ac dum contor, dum modeſtè renitor; Non prius, inquit, diſcedam, quàm me ſequaris. Et dictum iureiurando ſecutus, iam obſtinationis ſuæ me ingratis obedientem perducit ad illum ſuum grabatulum. & reſidenti, Quàm ſaluè agit, inquit, Demeas noſter? quid vxor, quid liberi, quid vernaculi? Narro ſingula. Percontatur accuratius cauſas etiam peregrinationis meæ. quas vbi probè protuli; iam & de patria noſtra, & eius primoribus, ac denique de ipſo præſide ſcrupuloſiſſimè explorans, vbi me poſt itineris tam ſæui vexationem, ſentit fabularum quoque ſerie fatigatum, in verba media ſomnulentum deſinere, ac nequidquam defectum iam in certa verborum ſalebra balbutire;

butire; tandem patitur cubitum concedere. Euaſi aliquando rancidi ſenis loquax & famelicum conuiuium, ſomno, non cibo grauatus : cœnatus ſolis fabulis. Et in cubiculum reuerſus, optatæ me quieti reddidi.

L. APVLEII
METAMORPHOSEON
SIVE
DE ASINO AVREO
LIBER SECVNDVS.

VT primùm nocte diſcuſſa, Sol nouus diem fecit, & ſomno ſimul emerſus & lectulo, anxius alioquin, & nimis cupidus cognoſcendi quæ rara miraq; ſunt: reputanſq; me media Theſſaliæ loca tenere, quò artis Magicæ natiua cantamina totius orbis conſono ore celebrentur, fabulamq; illam optimi comitis Ariſtomenis de ſitu ciuitatis huius exortam, ſuſpenſus alioquin & voto ſimul & ſtudio; curioſè cuncta conſiderabam. Nec fuit in illa ciuitate, quod aſpiciens, id eſſe crederem quod eſſet, ſed omnia prorſus ferali murmure in aliam effigiem tranſlata; vt & lapides quos offenderem, de homine duratos, & aues quas audirem, indidem plumatas, & arbores quæ pomerium ambirent, foliatas ſimiliter, & fontanos latices de corporibus humanis fluxos crederem. Iam ſtatuas & imagines inceſſuras, parietes locuturos, boues & id genus pecua dictura præſagium; de ipſo vero cælo, & iubaris orbe ſubitò venturum oraculum. Sic attonitus, immò verò cruciabili deſiderio ſtupidus, nullo quidem initio vel omnino veſtigio cupidinis meæ reperto,

cuncta circuibam. Tamen dum luxu temulento ſimilis oſtiatim ſingula pererro, repentè me neſcius forum cupedinis intuli. Et ecce mulierem quampiam frequenti ſtipatam famulatione ibidem gradientem accelerato veſtigio comprehendo. Aurum in gemmis, & in tunicis, ibi inflexum, hic intextum matronam profectò confitebatur. Huius adhærebat lateri ſenex, iam grauis in annis. qui vt primùm me conſpexit: Eſt, inquit, hercules hic Lucius: & offert oſculum. & ſtatim, incertum quidnam, in aurem mulieris obgannijt. Quin, inquit, etiam, ipſe parentem tuam accedis & ſalutas? Vereor, inquam, ignotæ mihi feminæ. Et ſtatim rubore ſuffuſus reiecto capite reſtiti. At illa obtutum in me conuerſa, En, inquit, ſanctiſsimæ Saluiæ matris generoſa probitas. ſed & cetera corporis inexplicabiliter ad regulam, qua diligenter aliquid adfingunt, ſunt congruentia. Inenormis proceritas, ſucculenta gracilitas, rubor temperatus, flauum & inaffectatum capillitium; oculi cæſij quidem, ſed vigiles, & in aſpectus micantes prorſus aquilinos, quoquò verſum floridi: ſpecioſus & immeditatus inceſſus. Et adiecit: Ego te, Luci, meis iſtis manibus educaui: quidni? parentis tuæ, non modò ſanguinis, verùm alimoniarum etiam ſocia fui. Nam ex familia Plutarchi ambæ prognatæ ſumus, & eamdem nutricem ſimul bibimus, & in nexu germanitatis vnà coaluimus; nec aliud nos quàm dignitas diſcernit: quod clariſsimas illa, ego priuatas nuptias fecimus. Ego ſum Byrrhena illa, cuius fortè ſapiculè nomen inter tuos frequentatum educatores retines. Accede itaque hoſpitium fiducia, immò verò iam tuum proprium Larem. Adhæc ego, iam ſermonis ipſius mora rubore digeſto, Abſit, inquam, parens, vt Milonem hoſpitem ſine vlla querella deſeram. Sed planè, quod officijs integris poteſt effici, curabo ſedulò. Quotiens itineris huius ratio naſcetur, numquam erit vt non apud te deuortar. Dum hunc & huiuſmodi ſermonem altercamur,

paucis admodum cōſectis paſsibus, ad domum Byrrhenæ peruenimus. Atria longè pulcerrima, columnis quadriſariam per ſingulos angulos ſtantibus, attollebant ſtatuas Palmaris deæ. facies quaqua pinnis explicitis ſine greſſu pilæ volubilis, inſtabile veſtigium plantis roſcidis decitantes, nec vt maneāt inhærēt; & iam volare creduntur. Ecce lapis Parius in Dianam factus tenet libratā totius loci medietatem: ſignum perfectè luculentum, veſte reflatum, procurſu vegetum, introeuntibus obuium, & maieſtate numinis venerabile. Canes vtrimqueſecus Deæ latera muniunt; qui canes & ipſi lapis erant. His oculi minantur, aures rigent, nares hiant, ora ſæuiunt. &, ſicunde latratus de proximo ingruerit, eum putabis de faucibus lapidis exire. &, in quo ſummū ſpecimen operæ fabrilis egregius ille ſignifex prodidit, ſublatis canibus in pectus arduis pedes imi reſiſtunt, currunt priores Ponè tergum Deæ ſaxum inſurgit, in ſpeluncæ modum muſcis & herbis, & folijs & virgulis, & ſicubi pampinis, & arbuſculis alibi de lapide florētibus. ſplendet intus vmbra ſigni de nitore lapidis. Sub extrema ſaxi margine poma & vuæ faberrimè politæ dependent, quas ars æmula naturæ veritati ſimiles explicuit. putes ad cibum inde quædam, cùm muſtulentus auctumnus maturum colorem afflauerit, poſſe decerpi. Et, ſi fontes, qui Deæ veſtigio diſcurrentes in lenem vibrantur vndam, pronus aſpexeris, credes illos, vt vite pendentes racemos, inter cetera veritatis, nec agitationis officio carere Inter medias frondes lapidis Actæon ſimulachrum, curioſo obtutu in dorſum proiectus, iam in ceruum ferinus, & in ſaxo ſimul & in fonte loturam Dianam opperiens viſitur. Dum hæc idemtidem rimabundus eximiè delector: Tua ſunt, inquit, Byrrhena, cuncta quæ vides. Et cum dicto ceteros omnes ſermone ſecreto decedere præcepit. Quibus diſpulſis omnibus, Per hāc, inquit, Deam ô Luci cariſsime, vt anxiè tibi metuo, & vtpote pignori meo, longè prouiſum cupio.

Caue

Caue tibi, ſed caue fortiter à malis artibus, & facinoroſis illecebris Pamphiles illius, quæ cum Milone iſto, quem dicis hoſpitem, nupta eſt. Maga primi nominis, & omnis carminis ſepulcralis magiſtra creditur; quæ ſurculis & lapillis, & id genus friuolis inhalatis, omnem iſtam lucem mundi ſideralis imis Tartari & in vetuſtum chaos mergit. Nam cùm quemquam conſpexerit ſpecioſæ formæ iuuenem, venuſtate eius ſumitur, & illico in eum & oculum & animum detorquet. Serit blanditias, inuadit ſpiritum. Amoris profundi pedicis æternis alligat. Tunc minus morigeros & viles faſtidiens, in ſaxa & in pecua, & quoduis animal puncto reformat: alios verò prorſus extinguit. Hæc tibi trepido, & cauenda cenſeo. Nam & illa vrit perpetuum, & tu per ætatem & pulcritudinem capax eius es. Hæc mecum Byrrhena ſatis anxia. At ego curioſus alioquin, vt primùm artis Magicæ ſemper optatum nomẽ audiui; tantum à cautela Pamphiles abſui, vt etiam vltro geſtirem tali magiſterio me volens ampla cum mercede tradere, & prorſus in ipſum Barathrum ſaltu concito præcipitare. Feſtinus denique & vecors animi, manu eius velut cathena quadam memet expedio: &, SALVE properè addito, ad Milonis hoſpitium perniciter euolo. Ac dum amenti ſimilis accelero veſtigium; Age, inquam, ô Luci euigila, & tecum eſto. Habes exoptatam occaſionem, & voto diutino poteris fabulis miſeris explere pectus. Aufer formidines puerileis; cominus cum re ipſa gnauiter congredere; & à nexu quidem Venereo hoſpitis tuæ tempera, & probi Milonis genialem torum religioſus ſuſpice. Verùm enimuerò Fotis famula petatur annixè, nam & forma ſcitula, & moribus ludicra, & prorſus argutula eſt. Veſperi quoque cum ſomno concederes, & in cubiculũ te duxit comiter, & blandè lectulo collocauit, & ſatis amanter cooperuit: & oſculato tuo capite, quàm inuita diſcederet vultu prodidit; denique ſæpe retrorſa reſpiciens ſubſtitit.

ſtitit. QVOD BONVM FELIX ET FAVSTVM. Itaque, licet ſalutare non erit, Fotis illa tentetur. Hæc mecum ipſe diſputans fores Milonis accedo, & , quod aiunt, pedibus in ſententiam meam vado. Nec tamē domi Milonem, vel vxorem eius offendo, ſed tantùm caram meam Fotidem: quæ ſuis dominis parabat viſcum fartim conciſum & pulpā fruſtatim collectam ad paſcua virulenta. & quidem naribus iam mihi ariolabar tucetum perquàm ſapidiſsimum. Ipſa linea tunica mundulè amicta & ruſſea faſciola prænitente altiuſculè ſub ipſas papillas ſuccintula, illud cibarium vaſculum floridis palmulis rotabat in circulum, & in orbis flexibus crebra ſuccutiens, & ſimul membra ſua leniter illubricans, lumbis ſenſim vibrantibus, ſpinam mobilem quatiens placidè, decenter vndabat. Iſto aſpectu defixus obſtupui, & mirabundus ſteti. ſteterunt & membra quæ iacebant antè. Et tandem ad illam, Quàm pulcrè, quamq́; feſtiuè, inquam, Fotis mea, ollulam iſtam cum natibus intorques? quàm mellitum pulmentum apparas? Felix, & certius beatus, cui permiſeris illuc digitum intingere. Tunc illa lepida alioquin & dicacula puella, Diſcede, inquit, miſelle, quàm procul à me foculo diſcede. Nam ſi te vel modicè meus igniculus afflauerit, vreris intimè, nec vllus extinguet ardorem tuum, niſi ego; quæ dulcè condiens, & ollam & lectulum ſuauè quatere noui. Hæc dicens, in me reſpexit, & riſit. Nec tamen ego prius inde diſceſsi, quàm diligenter omnem eius exploraſſem habitudinem. Sed quid ego de ceteris aio? cùm ſemper mihi vnica cura fuerit caput capillumq́; ſedulò & publicè & prius intueri, & domi poſtea perfrui? Sicq́; iudicij huius apud me certa & ſtatuta ratione, vel quod præcipua pars iſta corporis in aperto & perſpicuo poſita prima noſtris luminibus occurrit; & quòd in ceteris membris floridæ veſtis hilaris color, hoc in capite nitor natiuus operatur. Denique pleræque indolem gratiasq́; ſuas probaturæ, lacinias

omnes

omnes exuunt, amicula dimouent: nudam pulcritudinem ſuam præbere ſe geſtiunt, magis de cutis roſeo rubore quàm de veſtis aureo colore placituræ. At verò, quod nefas dicere, neque ſit huius rei vllum tam dirum exemplum, ſi cuiuslibet eximiæ pulcerrimæq́; feminæ caput capillo exſpoliaueris, & faciem natiua ſpecie nudaueris; licet illa cælo deiecta, mari edita, fluctibus educata, licet, inquam, Venus ipſa fuerit, licet omni Gratiarũ choro ſtipata, & toto Cupidinum populo comitata, & baltheo ſuo cincta, cinnama fragrans, & balſama rorans, calua proceſſerit: placere nõ poterit nec Vulcano ſuo. Quid cum capillis color gratus, & nitor ſplendidus illucet, & contra Solis aciem vegetus fulgurat, vel placidus renitet, ac in contrariam gratiam variat aſpectum? & nunc vt aurum coruſcans in leuem deprimitur vmbram; nunc coruina nigredine cærulos columbarum colli floſculos æmulatur; vel nunc guttis Arabicis obunctus, & pectinis arguti dente tenui diſcriminatus, & ponè verſum coarctus, amatoris oculis occurrens, inſtar ſpeculi, reddit imaginẽ gratiorem? Quid? cum frequenti ſobole ſpiſſus cumulat verticem, vel prolixa ſerie porrectus dorſa permanat? Tanta denique eſt capillamenti dignitas, vt, quamuis auro, veſte, gemmis, omniq́; cetero mundo exornata mulier incedat; tamen niſi capillum diſtinxerit, ornata non poſſit abire. Sed in mea Fotide, non operoſus, ſed inordinatus ornatus addebat gratiam. Vberes enim crines, leniter emiſſos, & ceruice dependulos, ac deinde per colla diſpoſitos, ſenſimq́; ſinuato patagio reſidentes, pauliſper ad finem conglobatos in ſummum verticem nodus adſtrinxerat. Nec diutius quiui tantum cruciatum voluptatis eximiæ ſuſtinere. ſed pronus in eam, qua fine ſummum cacumen capillus aſcendit, mellitiſſimum illud ſauium impreſſi. Tum illa ceruicem intorſit, & ad me conuerſa limis & morſicantibus oculis ait: Heus tu ſcholaſtice, dulce & amarum guſtulum carpis. Caue ne nimia mel-

nia mellis dulcedine diutinam bilis amaritudinem contrabas. Quid iſtic, inquam, eſt, mea feſtiuitas, cùm ſim paratus, vel vno ſauiolo interim recreatus, ſuper iſtum ignem porrectus aſſari? Et cum dicto artius eam complexus, cœpi ſauiari. Iamq; æmula libidine in amoris parilitatem congermaneſcenti mecum; iam patentis oris inhalatu cinnameo, & occurſantis linguæ illiſu nectareo prona cupidine adlubeſcente: Pereo, inquam, immò iamdudum perij, niſi tu propitiaris. Ad hac illa, rurſum me deoſculato, Bono animo eſto, inquit. Nam ego tibi mutua voluntate mancipata ſum. nec voluptas noſtra differetur vlterius, ſed prima face cubiculum tuum adiero. Abi ergo, ac te præpara. tota enim nocte tecum fortiter & ex animo prœliabor. His & talibus obgannitis ſermonibus inter nos, diſceſſum eſt. Commodùm meridies acceſſerat: & mittit mihi Byrrhena xeniola, porcum opimum, & quinq; gallinulas, & vini cadum in ætate pretioſi. Tunc ego vocata Fotide, Ecce, inquam, Veneris hortator & armiger Liber aduenit vltro. vinum iſtud ſorbeamus hodie omne; quod nobis reſtinguat pudoris ignauiam, & alacrem vigorem libidinis incutiat. hac enim ſitarchia nauigium Veneris indiget ſola; vt in nocte peruigili & oleo lucerna & vino calix abundet. Diem ceterum lauacro, ac dein cænæ dedimus. Nam Milonis boni concinnaticiam menſulam rogatus accubueram, quàm pote tutus ab vxoris eius aſpectu, Byrrhenæ monitorum memor. & perinde in eius faciem oculos meos ac ſi in Auernum lacum formidans deieceram. Sed aſſiduè reſpiciens præminiſtrantem Fotidem, inibi recreabar animo. Cùm ecce iam veſpera lucernam intuens Pamphile, Quàm largus, inquit, imber aderit craſtino! Et percontanti marito qui comperiſſet iſtud? reſpondit ſibi lucernam prædicere. Quod dictum ipſius Milo riſu ſecutus, Grandem, inquit, iſtam lucernæ Sibyllam paſcimus, quæ cuncta cæli negotia, & Solem ipſum de ſpecula cande-

labri

labri contuetur. Ad hæc ego ſubiiciens, Sunt, aio, prima huiuſce diuinationis experimenta: nec mirum. Licet modicum iſtum igniculum, & manibus humanis laboratũ, memorem tamen illius maioris & cæleſtis ignis, velut ſui parentis, quid eſſet editurus in ætheris vertice, diuino præſagio & ipſum ſcire, & nobis enuntiare. Nam & Corinthi nunc apud nos paßim Chaldæus quidam hoſpes miris totam ciuitatem reſponſis turbulentat, & arcana fatorum ſtipibus emerendis edicit in vulgum. qui dies copulam nuptialem adfirmet; qui fundamenta mœnium perpetuet; qui negotiatori commodus; qui viatori celebris; qui nauigiis opportunus: mihi denique prouentum huius peregrinationis inquirenti multa reſpondit, & oppidò mira & ſatis varia. Nunc enim gloriam ſatis floridã, nunc hiſtoriam magnam, & incredendam fabulam, & libros me facturũ. Ad hæc renidens Milo, Qua, inquit, corporis habitudine præditus, quóue nomine nuncupatus hic iſte Chaldæus eſt? Procerus, inquã, & ſuffuſculus, Diophanes nomine. Ipſe eſt, ait, nec vllus alius. Nam & hic apud nos multa multis ſimiliter effatus, non paruas ſtipes, immò verò mercedes optimas conſecutus, Fortunam ſcæuam, an ſæuam verius dixerim, miſer incidit. Nam die quadam, cùm frequentis populi circulo ſeptus, coronæ circumſtantium fata donaret, Cerdo quidam nomine negotiator acceßit, eum diem commodũ peregrinationi cupiens. Quem cùm electum deſtinaſſet illi, iam depoſita crumena, iam profuſis numulis, iam dinumeratis centum denariis, quos mercedem diuinationis auferret; ecce quidam de nobilibus adoleſcentulus à tergo arrepens, eum lacinia prehendit, & conuerſum amplexus oſculatur artißimè. At ille vbi primùm conſauiatus eum, iuxta ſe vt aßideret effecit; attonitus eſt repentinæ viſionis ſtupore, & præſentis negotij, quod gerebat, oblitus, infit ad eum: Quàm olim equidem exoptatus nobis aduenis? Reſpõdit ad hæc ille alius:

Commodùm veſpera oriente. Sed viciſsim tu quoque frater mihi memora, quemadmodum exinde, vt de Euboea inſula feſtinus enauigaſti, & maris & viæ confeceris iter. Adhæc Diophanes ille Chaldæus egregius, mente viduus, necdum ſuus, Hoſtes, inquit, & omnes inimici noſtri, tam duram, immò verò Vlyſſeam peregrinationem incidãt. Nam & nauis ipſa, qua vehebamur, variis turbinibus procellarũ quaſſata, vtroque regimine amiſſo, ægrè ad vlterioris ripæ marginem detruſa, præceps demerſa eſt: & nos, omnibus amiſſis, vix enatauimus. Quodcumque vel ignotorum miſeratione, vel amicorum beniuolentia extraximus, id omne latrocinalis inuaſit manus: quorum audaciæ repugnans etiam cui nomen eſt Ariſuatus, vnicus frater meus, ſub iſtis oculis miſer iugulatus eſt. Hæc eo adhuc narrante mœſto, Cerdo ille negotiator correptis numulis ſuis, quos diuinationis mercedi deſtinauerat, protinus aufugit. Ac dehinc, tunc demum Diophanes expergitus, ſenſit impudentiæ ſuæ labem: cùm etiam nos omnes circumſecus in clarum cachinnũ videret effuſos. Sed tibi planè, Luci domine, ſoli omnium Chaldæus ille vera dixerit; ſisq; felix, & iter dexterũ porrigas. Hæc Milone diutinè ſermocinante, tacitus ingemiſcebam: mihiq; non mediocriter ſuccenſebam, quod vltro inducta ſerie importunarum fabularum, partem bonam veſperæ, eiusq; gratiſsimũ fructum amitterem. Et tandem denique deuorato pudore, ad Milonem aio: Ferat ſuam Diophanes ille Fortunam, & ſpolia populorum rurſum conferat mari pariter ac terræ: mihi verò fatigationis heſternæ etiamnunc ſaucio, da veniam maturiùs concedam cubitum. Et cum dicto faceſſo, & cubiculum meum contendo. Atque illic deprehendo epularũ diſpoſitiones ſatis concinnas. Nam & pueris extra limen, credo vt arbitrio nocturni gannitus ablegarentur, humi quàm procul diſtratum fuerat. & grabatulum meum aſsiſtit menſula cœnæ totius honeſtas reli-

quias

quias tolerans; & calices boni, iam infuſo latice ſemipleni, ſolam temperiem ſuſtinentes: & lagena iuxtà orificio ceſſim dehiſcente pateſcens, facilis hauritu, prorſus gladiatoriæ Veneris antecænia. Commodùm cubueram: & ecce Fotis mea, iam domina cubitũ reddita, iacta proximat roſa ſerta, & roſa ſoluta in ſinu tuberante. Ac me preſſim deoſculato, & corollis reuincto, ac flore proſperſo, arripit poculum: ac deſuper aqua calida iniecta, porrigit bibam, idq; modicum. Prius quàm totum exorberem, clementer inuadit: ac relictum paululatim labellis minuens, meq; reſpiciens, ſorbillat dulciter: ſequens & tertium inter nos viciſſim & frequens alternat poculum. Cùm ego iam vino madens, nec animo tantùm, verùm etiam corpore ipſo ad libidinem inquietus alioquin & petulans, etiam ſaucius pauliſper inguinum fine, lacinia remota, impatientiam Veneris Fotidi meæ monſtrans: Miſerere, inquam, & ſubueni maturius. Nam, vt vides, prælio, quod nobis ſine feriali officio indixeras, iam proximante vehementer intentus, vbi primam ſagittam ſæui Cupidinis in ima præcordia mea delapſam excepi, arcum meum & ipſe vigor attendit. & oppidò formido ne neruus rigoris nimietate rumpatur. Sed, vt mihi morem plenius geſſeris, in effuſum laxa crinem, & capillo fluenter vndante, ede complexus amabiles. Nec mora, cùm cibariis vaſculis raptim remotis, laciniis cunctis ſuis renudata, crinibusq; diſſolutis ad hilarem laſciuiam, in ſpeciem Veneris, quæ marinos fluctus ſubit, pulcrè reformata; pauliſper etiam glabellum fœminal roſea palmula potius obumbrans de induſtria, quàm tegens verecundia, Præliare, inquit, & fortiter præliare. Nec enim tibi cedam, nec terga vortam. Comminus in aſpectum ſi vir es, dirige; & graſſare nauiter, & occide moriturus. Hodierna pugna non habet miſſionem. Hæc ſimul dicens, inſcenſo grabatulo, ſuper me ſenſim reſidens, ac crebro ſubſiliens, lubricisq; geſtibus mobilem ſpinam quatiens,

tiens, pendulæ Veneris fructu me ſatiauit; vſque dum laßis animis, & marcidis artubus deſatigati, ſimul ambo corruimus inter mutuos amplexus animas anhelantes. His & huiuſcemodi colluctationibus ad confinia lucis vſque peruigiles egimus, poculis interdum laßitudinem refouentes, & libidinem incitantes, & voluptatem integrantes. Ad cuius noctis exemplar ſimiles aſtruximus alias pluſculas. Fortè quadam die mecum magnopere Byrrhena contendit apud eam cænulæ intereſſem: &, cùm impendiò excuſarem, negauit veniam. Ergo igitur Fotis erat adeunda, deq́; nutu eius conſilium, velut auſpicium, petendum. Quæ, quamquam inuita quod à ſe vngue latius digrederer, tamen comiter amatoriæ militiæ breuem commeatum indulſit. Sed heus tu, inquit, caue regrediare cæna maturius. Nam veſana factio nobilißimorum iuuenũ pacem publicã infecit: & paßim trucidatos per medias plateas videbis iacere. nec præſidis auxilia longinqua leuare ciuitatem tanta clade poſſunt. Tibi verò Fortunæ ſplendor, inſidias contemptus etiam peregrinationis poterit afferre. Fac ſine cura, ſis inquam, Fotis mea. Nam præter quòd epulis alienis voluptates meas anteferrem, metum etiam iſtum tibi demam maturata regreßione. Nec tamen incomitatus ibo. nam gladio ſolito cinctus altrinſecus, ipſe ſalutis meæ præſidia geſtabo. Sicq́ue paratus cænæ me committo. Frequens ibi numerus epulonũ, &, vtpote apud primatem feminam, flos ipſe ciuitatis. Et opipares cibi, & ebore nitentes lecti, aureis veſtibus intecti; ampli calices, variæ quidem gratiæ, ſed pretioſitatis vnius. Hic vitrum fabrè ſigillatum, ibi cryſtallum impunctum; argentum alibi clarum, & aurum fulgurans, & ſuccinũ mirè cauatum in lapides, vt bibas: & quidquid fieri non poteſt, ibi eſt. Diribitores pluſculi, ſplendidè amicti: fercula copioſa. puellæ ſcitulè miniſtrantes, pueri calamiſtrati pulcrè induſiati, gemmas formatas in pocula vini vetuſti frequenter offerentes.

Iam

Iam illatis luminibus epularis ſermo percrebuit : iam riſus adfluens, & ioci liberales, & cauillus hincinde. Tum infit ad me Byrrhena : Quàm commodè verſaris in noſtra patria? Quod ſciam, templis & lauacris, & ceteris operibus lõgè cunctas ciuitates antecellimus. vtenſilibus præterea pollemus affatim. Certè libertas otioſa, & negotioſo quidem aduenæ Romana frequentia; modeſto verò hoſpiti quies villatica: omni deniq. prouinciæ voluptarij ſeceſſus ſumus. Ad hæc ego : Vera memoras, nec vſquam gentium magis me liberum quàm hic fuiſſe credidi. Sed oppidò formido cæcas & ineuitabiles latebras Magicæ diſciplinæ. nam ne mortuorum quidem ſepulcra tuta dicuntur: ſed & buſtis & rogis reliquiæ quædam, & cadauerum præſegmina ad exitiabiles viuentium Fortunas petuntur. Et cantatrices aniculæ in ipſo momento choragij funeris, perpeti celeritate alienam ſepulturam anteuortunt. His meis addidit alius: Immò verò iſtic nec viuentibus quidem vllis parcitur. Et neſcio qui ſimile paſſus, ore vndique omnifariam deformato truncatus eſt. Inter hæc, per conuiuium totum inlicentioſus cachinnus effunditur : omniumq; ora & obtutus in vnum quempiam angulo ſecubantem conferuntur. Qui cunctorum obſtinatione confuſus, indigna murmurabundus, cùm vellet exurgere: Immò, mi Telephron, Byrrhena inquit & ſubſiſte pauliſper, & more tuæ vrbanitatis fabulã illam tuã remetire; vt & filius meus iſte Lucius lepidi ſermonis tui perfruatur comitate. At ille: Tu quidẽ domina, ait, in officio manes ſanctæ tuæ bonitatis; ſed ferenda non eſt quorumdam inſolentia. Sic ille commotus. Sed inſtantia Byrrhenæ, quæ cum adiuratione ſuæ ſalutis ingratis cogebat effari, perfecit vt vellet. Ac ſic aggeratis in cumulum ſtragulis, & effultus in cubitum, ſuberectusq; in torum, porrigit dexteram, & inſtar oratorum conformat articulum; duobusq; infimis concluſis digitis, ceteros eminentes porrigit, & infeſto pollice clemen-

clementer ſubrigens, infit : Thelephron pupillus ego Mileto profectus ad ſpectaculũ Olympicũ, cùm hæc etiam loca prouinciæ famigerabilis adire cuperem, peragrata cuncta Theſſalia, fuſcis auibus Lariſſam acceſsi. Ac dum ſingula pererrans, tenuato admodũ viatico, paupertati meæ fomenta conquiro; conſpicor medio foro procerum quemdam ſenem. inſiſtebat lapidem, claraq́; voce prædicabat, SI QVI MORTVVM SERVARE VELLET, DE PRETIO LICERETVR. Et ad quempiam prætereuntium, Quid hoc, inquam, cõperior? hiccine mortui ſolent aufugere? Tace, reſpondit ille. Nam oppidò puer, & ſatis peregrinus es, meritoq́; ignoras Theſſaliæ te conſiſtere, vbi ſagæ mulieres ora mortuorũ paſsim demorſicãt: eaq́; ſunt illis artis magicæ ſupplementa. Contra ego, Et quæ tu, inquam, dic ſodes cuſtodela iſta feralis? Iamprimùm, reſpondit ille, perpetẽ noctem eximiè vigilandũ eſt, exertis & inconniuis oculis ſemper in cadauer intentis; nec acies vſquã deuertenda, immò ne obliquãda quidem. Quippe cùm deterrimæ verſipelles, in quoduis animal ore conuerſo, latenter obrepant; vt ipſos etiam oculos Solis & Iuſtitiæ facilè fruſtrentur. Nam & aues, & vrſum, canes & mures, immò verò etiam muſcas induunt. Tunc diris cantaminibus ſomno cuſtodes obruunt. Nec quiſquam definire poterit, quantas latebras nequiſsimæ mulieres pro libidine ſua comminiſcuntur. Nec tamen huius tam exitiabilis operæ merces amplior, quàm quaterni vel ſeni fermè offeruntur aurei. Ehem, & quod pænè præterieram, ſi qui non integrum corpus manè reſtituerit, quidquid inde decerptum diminutumq́; fuerit, id omne de facie ſua deſectum ſarcire compellitur. His cognitis, animũ meum commaſculo: & illico accedens præconem, Clamare, inquam, iam deſine. Adeſt cuſtos paratus: cedo præmium. Mille, inquit, numi deponentur tibi. Sed heus iuuenis, caue diligenter vt primatis ciuitatis huius filij cadauer à malis Harpyiis

probè

probè cuſtodias. Ineptias, inquam, mihi narras, & nugas meras. Vides hominem ferreum, & inſomnem, certè perſpicaciorem ipſo Lynceo, vel Argo, & oculeum totum. Vix finieram: & illicò me produxit ad domum quampiam, cuius ipſis foribus obſeptis, per quamdam breuem poſticulam introuocat me, & conclaue quoddam obſeratis liminibus. vmbroſam demonſtrat matronam flebilem, fuſca veſte contectam. quam propter adſiſtens, Hic, inquit, auctoratus ad cuſtodiam mariti tui fidenter acceßit. At illa, crinibus antependulis hinc inde dimotis, etiam in mærore luculentam proferens faciem, meq́; reſpectans, Vide, oro, inquit, quàm expergitè munus obeas. Sine cura ſis, inquam; modò corollarium idoneum compares. Quo placito, ocyter ſurrexit, & ad aliud me cubiculum inducit. Ibi corpus ſplendentibus linteis coopertum, introductis quibuſdam ſeptem teſtibus, manu reuelat; & diutinè viſu præfleto, obteſtata fidem præſentium, ſingula demonſtrat anxiè, membra contecta de induſtria quodam tabulis prænotante. Ecce, inquit, naſus integer, incolumes oculi, ſaluæ aures, illibatæ labiæ, mentũ ſolidum. VOS IN HANC REM BONI QVIRITES TESTIMONIVM PERHIBETOTE. Et cum dicto, conſignatis illis tabulis, faceßit. At ego, Iube, inquam, domina cuncta quæ ſunt vſui neceſſaria, nobis exhiberi. At quæ, inquit, iſta ſunt? Lucerna, aio, prægrandis, & oleum ad lucem luci ſufficiens, & calida cum œnophoris & calice, cænarumq́; reliquiis diſcus ornatus. Tunc illa capite quaſſanti, Abi, inquit, fatue, qui in domo funeſta cænas & partes requiris; in qua totiugis iam diebus ne fumus quidem viſus eſt vllus. An iſtic comiſſatum te veniſſe credis? Quin ſumis potius loco congruentes luctus & lacrymas? Hæc ſimul dicens, reſpexit ancillam: &, Myrrhene, inquit, lucernam & oleum trade confeſtim. Et incluſo cuſtode cubiculo protinus faceßit. Deſolatus ad cadaueris ſolatium, perfrictis

oculis & obarmatis ad vigilias, animum meum permulcebam cantationibus. Cùm ecce crepuſculum, & nox prouecta, & nox altior, & deinde concubia altiora, & iam nox intempeſta, mihiq́ oppidò formido cumulatior quidem: cum repentè introrepens muſtela contra me cōſtitit, obtutumq́ acerrimum in me deſtituit; vt tantillulum animalis præ nimia ſui fiducia mihi turbauerit animum. Denique ſic ad illam: Quin abis, inquam, impurata beſtia, teq́ ad tui ſimiles muſculos recondis, antequam noſtri vim præſentariam experiaris? quin abis? Terga vortit, & cubiculo protinus exterminatur. Nec mora, cùm me ſomnus profundus in imum Barathrū repentè demergit; vt ne deus quidem Delphicus ipſe facilè diſcerneret, duobus nobis iacentibus, quis eſſet magis mortuus. Sic inanimis & indigens alio cuſtode pæne, ibi non eram. Commodùm noctis inducias cantus perſtrepebat criſtatæ gallorum cohortis. Tandem expergitus, & nimio pauore perterritus, cadauer accurro; &, admoto lumine, reuelataq́ eius facie, rimabar ſingula, quæ cuncta conuenerant. Ecce vxor miſella flens, cum heſternis teſtibus introrupit anxia; &, ſtatim corpori ſuperruens, multumq́ ac diu deoſculata, ſub arbitrio luminis recognoſcit omnia. Et conuerſa, Philodeſpotum requirit actorem: & ei præcipit bono cuſtodi redderet ſine mora præmium. Et oblato ſtatim, Summas, inquit, tibi iuuenis gratias agimus: & hercules ob ſedulum iſtud miniſterium, inter ceteros familiares dehinc numerabimus. Ad hæc ego inſperato lucro diffuſus in gaudium, & in aureos refulgētes, quos idemtidem manu mea ventilabam, attonitus, Immò, inquam, domina, de famulis tuis vnum putato; &, quoties operam noſtram deſiderabis, fidenter impera. Vix effatum me ſtatim familiares omnes nefarium execrati, raptis cuiuſquemodi telis, inſequuntur. Pugnis ille malas offendere, ſcapulas alius cubitis impingere, palmis infeſtis hic latera ſuffodere; calcibus

inſul-

inſultare, capillos diſtrahere, veſtem diſcindere. Sic in modum ſuperbi iuuenis Adoni, vel muſteſuatis pipletis laceratus atque diſcerptus, domo proturbor. Ac, dum in proxima platea refouens animum, infauſti atque improuidi ſermonis mei ſerò reminiſcor: dignum me pluribus etiam verberibus fuiſſe meritò conſentio. Ecce iam vltimùm defletus atq. conclamatus proceſſerat mortuus, ritúq; patrio, vtpote vnus de optimatibus, pompa funeris publici ductabatur per forum. Occurrit ad latus quidam mæſtus in lacrymis, genialem canitiem reuellens ſenex: &, manibus ambabus inuadens torum, voce contenta quidem, ſed aſsiduis ſingultibus impedita, Per fidem veſtram, inquit, Quirites, per pietatem publicam, perempto ciui ſubſiſtite, & extremum facinus in nefariam ſceleſtamq; iſtam feminam ſeueriter vindicate. Hæc enim, nec vllus alius, miſerum aduleſcentem ſororis meæ filium in adulteri gratiam, & ob prædam hereditariam extinxit veneno. Sic ille ſenior lamentabiles queſtus ſingulis inſtrepebat. Sæuire vulgus interdum, & facti veriſimilitudine ad criminis credulitatem impelli. Conclamant ignem, requirunt ſaxa; paruulos ad exitium mulieris hortantur. Emeditatis ad hæc illa fletibus, quamqúe ſanctiſsimè poterat, adiurans cuncta numina, tantum ſcelus abnuebat. Ergo igitur ſenex ille: Veritatis arbitrium in diuinam prouidentiam reponamus. Zachlas adeſt Aegyptius, propheta primarius, qui mecum iamdudum grandi præmio pepigit, reducere ab inferis ſpiritum, corpusqúe iſtud poſtliminio mortis animare. Et cum dicto iuuenem quempiam linteis amiculis intectum, pedesqúe palmeis baxeis Indutum, & aduſque deraſo capite, producit in medium. Cuius diu manus deoſculatus, & ipſa genua contingens, Miſerere, ait, ſacerdos: miſerere per cæleſtia ſidera, per Inferna numina, per naturalia elementa, per nocturna ſilentia, & adepta Coptica, & per incrementa Nilotica, &

arcana

arcana Memphitica, & ſiſtra Phariaca. Da breuem Solis vſuram, & in æternum conditis oculis modicam lucem infunde. Non obnitimur, nec terræ rem ſuam denegamus; ſed ad vltionis ſolatium, exiguum vitæ ſpatium deprecamur. Propheta ſic propitiatus, herbulam quampiam ter ob os corporis, & aliam pectori eius imponit. Tunc orientem obuerſus, & incrementa Solis auguſti tacitus imprecatus, venerabilis ſcenæ facie ſtudia præſentium ad miraculum tantum certatim adrexit. Immitto me turbæ ſocium, & ponè ipſum lectulum editiorem quemdam lapidem inſiſtens, cuncta curioſis oculis arbitrabar. Iam tumore pectus extolli; iam ſalubris vena pulſari; iam ſpiritu corpus impleri: & adſurgit cadauer, & profatur adoleſcens: Quid, oro, me poſt Lethæa pocula, iam Stygijs paludibus innatantem, ad momentariæ vitæ reducitis officia? Deſine iam, precor, deſine: ac me in meam quietem permitte. Hæc audita vox de corpore. Sed aliquanto propheta commotior, Quin refers, ait, populo ſingula, tuæq; mortis illuminas arcana? An non putas, deuotionibus meis poſſe Diras inuocari? poſſe tibi laſſa membra torqueri? Suſcipit ille de lectulo, & vno congeſtu populum ſic adorat: Malis nouæ nuptæ peremptus artibus, & addictus noxio poculo, torum repentè adultero mancipaui. Tunc vxor egregia capit præſentem audaciam, & mente ſacrilega coarguenti marito reſiſtens altercat. Populus æſtuat, diuerſa tendentes. hi peſſimam feminam viuentem ſtatim cum corpore mariti ſepeliendam; alij, mendacio cadaueris fidem non habendam. Sed hanc contationem ſequens adoleſcẽtis ſermo diſtinxit. nam rurſus altius ingemiſcens, Dabo, inquit, dabo vobis intemeratæ veritatis documenta perlucida, & quod prorſus alius nemo cognouerit, indicabo. Tunc digito me demonſtrans: Nam cùm corporis mei cuſtos hic ſagaciſſimus, exertam mihi teneret vigiliam; cantatrices anus, exuuijs meis imminentes, atque ob id reformatæ

fruſtra

fruſtra ſæpius, cùm induſtriam ſedulam eius fallere nequiſſent: poſtremò iniecta ſomni nebula, eoq́; in profundam quietem ſepulto, me nomine ciere nō prius deſierunt, quàm dum hebetes artus & membra frigida pigris conatibus ad artis Magicæ nituntur obſequia. Hic, vtpote viuus quidem, ſed tantum ſopore mortuus, quod eodē mecum vocabulo nuncupetur, ad ſuum nomen ignarus exurgit: & in exanimis vmbræ modum vltroneus gradiens, quamquam foribus cubiculi diligenter occluſis, per quoddam foramē proſectis naſo prius, ac mox auribus, vicariam pro me lanienam ſuſcitauit. Vtq́; fallaciæ reliqua conuenirent, ceram in modū proſectarum formatam aurium ei applicant examuſſim, naſoq́; ipſius ſimilem comparant. Et nunc adſiſtit miſer hic præmium non induſtriæ, ſed debilitationis conſecutus. His dictis perterritus, tentare Fortunam aggredior. Iniecta manu naſum prehendo, ſequitur: aures pertracto, deruunt. Ac dum directis digitis, & detortis nutibus præſentium denotor, dum riſus ebullit; inter pedes circumſtantium frigido ſudore defluens euado. Nec poſtea debilis, ac ſic ridiculus, Lari me patrio reddere potui: ſed capillis hincinde laterum deiectis, aurium vulnera celaui; naſi verò dedecus linteolo iſto preſſim adglutinato decenter obtexi. Cùm primùm Telephron hanc fabulam poſuit, compotores vino madidi rurſum cachinnum integrant. Dumq́; bibere ſolitariū poſtulant, ſic ad me Byrrhena: Solemnis, inquit, dies à primis cunabulis huius vrbis conditæ craſtinus aduenit, quo die ſoli mortalium ſanctiſſimum deum Riſum hilaro atque gaudiali ritu propitiamus. Hunc tua præſentia nobis efficiet gratiorem. Atque vtinam aliquid de proprio lepôre lætificum honorando Deo comminiſcaris, quo magis pleniusq́; tanto numini litemus. Bene, inquam: & fiet, vt iubes. Et vellem hercules materiam reperire aliquam, quam deus tantus affluenter indueret. Poſt hæc, monitu famuli mei, qui noctis admonebat, iam & ipſe

crapula diſtentus protinus exurgo : & appellata properè Byrrhena, titubante veſtigio domuitionem capeſſo. Sed cùm primam plateam vadimus, vento repentino lumen, quo nitebamur, extinguitur; vt vix improuidæ noctis caligine liberati digitis pedum detunſis ob lapides, hoſpitium defeſsi rediremus. Dumq́; iam iunctim proximamus, ecce tres quidam vegetis & vaſtulis corporibus fores noſtras & ſummis viribus irruentes, ac ne præſentia quidem noſtra tantillum conterriti, ſed magis magisq́; cum æmulatione virium crebrius inſultantes; vt nobis, ac mihi potiſsimum, non immeritò latrones eſſe, & quidem ſæuiſsimi viderentur. Statim denique gladium, quem veſte mea contectum ad hos vſus extnleram, ſinu liberatum arripio. Nec cunctatus, medios latrones inuolo: ac ſingulis, vt quemque colluctantem offenderam, altiſsimè demergo; quoad tandem ante ipſa veſtigia mea, vaſtis & crebris perforati vulneribus, ſpiritum efflauerint. Sicq́ue præliatus, iam tumultu eo Fotide ſuſcitata, patefactis ædibus anhelans, & ſudore perlitus, irrepo: meq́ue ſtatim, vtpote pugnantium latronum in vicem Geryoneæ cædis fatigatum, lecto ſimul & ſomno tradidi.

L. APV-

L. APVLEII METAMORPHOSEON SIVE DE ASINO AVREO

LIBER TERTIVS.

COMMODVM punicantibus phaleris Aurora roſeum quatiens lacertum, cælum inequitabat: & me ſecuræ quieti reuulſum, nox diei reddidit. Aeſtus inuadit animum vel veſpertini recordatione facinoris. Complicitis denique pedibus, ac palmulis inter alternas digitorum viciſsitudines ſuper genua connexis, ſic grabatum coſsim inſidens, vbertim flebam: iam forum & iudicia, iam ſententiam, ipſum denique carnificem imaginabundus. An mihi quiſquam tam amicus, tamq; beniuolus iudex obtinget, qui me ternæ cædis cruore perlitum & tot ciuium ſanguine delibutum, innocentem pronuntiare poterit? Hanc illam mihi glorioſam peregrinationem fore Chaldæus Diophanes obſtinatè prædicabat. Hæc idemtidem mecū replicans, fortunas meas eiulabam. Quati fores interdum, & frequenti clamore ianuæ noſtræ perſtrepi. Nec mora, cum magna irruptione patefactis ædibus, magiſtratibus, eorumq; miniſtris, & turbæ miſcellaneæ cūcta completa. Statimq; lictores duo de iuſſu magiſtratuū immiſſa manu trahere me ſanè non renitentem. Ac dum primum angiportum inſiſtimus, ſtatim ciuitas omnis in populum effuſa mira denſitate nos inſequitur. Et quamquam capite in terram, immò ad ipſos Inferos iam deiecto, mæſtus incederem; obliquato tamen aſpectu rem admirationis maximæ conſpicio. Nam inter tot milia populi circumſedentis, ne-

tis, nemo prorſus, qui non riſu dirumperetur, aderat. Tandem pererratis plateis omnibus, & in modum eorum qui luſtralibus piamentis minas portentorum hoſtiis circumforaneis expiant, circumductus angulatim, forum, eiusq; tribunal aſtituor. Iamq; ſublimi ſuggeſtu magiſtratibus reſidentibus, iam præcone publico ſilentium clamante, repentè cuncti conſona voce flagitant, propter cœtus multitudinem, quæ preſſuræ nimia denſitate periclitaretur, iudicium tantum theatro redderetur. Nec mora, cùm paßim populus procurrens, caueæ cōſeptum mira celeritate compleuit: aditus etiam, & tectum omne fartim ſtipauerant. Plerique columnis implexi, alij ſtatuis dependuli, nonnulli per feneſtras & lacunaria ſemiconſpicui, miro tamen omnes ſtudio viſendi, pericula ſalutis negligebant. Tunc me per proſcenium medium velut quandam victimam publica miniſteria perducunt, & orcheſtræ mediæ ſiſtunt. Sic rurſum præconis amplo boatu citatus accuſator quidam ſenior exurgit, & ad dicendi ſpatium vaſculo quodam in vicem coli graciliter fiſtulato, ac per hoc guttatim defluo, infuſa aqua, populum ſic adorat: Neque parua res, ac præcipuè pacem ciuitatis cunctæ reſpiciens, & exemplo ſerio profutura tractatur, Quirites ſanctißimi. Quare magis congruit ſedulò ſingulos atque vniuerſos vos pro dignitate publica prouidere, ne nefarius homicida tot cædiū lanienam, quam cruenter exercuit, impunè commiſerit. Nec me putetis priuatis ſimultatibus inſtinctum, odio proprio ſæuire. Sum namque nocturnæ cuſtodiæ præfectus: nec in hodiernū credo quemquam peruigilem diligentiam meam culpare poſſe. Rem denique ipſam, & quæ nocte geſta ſunt, cum fide proferam. Nam cùm ferè iam tertia vigilia ſcrupuloſa diligentia cuncta ciuitatis oſtiatim ſingula conſiderans circumirem; conſpicio iſtum crudelißimum iuuenem mucrone diſtricto paſſim cædibus operantem: iamq; tris numero ſæuitia eius interemptos,

teremptos, ante pedes ipſius ſpirantes adhuc corporibus in multo ſanguine palpitantes. Et ipſe quidem cõſcientia tanti facinoris meritò permotus, ſtatim profugit: & in domum quamdam præſidio tenebrarum elapſus, perpetem noctem delituit. Sed prouidentia Deûm, quæ nihil impunitum nocentibus permittit, priuſquam iſte clandeſtinis itineribus elaberetur, manè præſtolatus, ad grauiſſimum iudicij veſtri ſacramentum eum curaui producere. Habetis itaque reum tot cædibus impiatum, reum coram deprehenſum, reum peregrinum. Conſtanter itaque in hominem alienum ferte ſententias de eo crimine, quod etiam in veſtrum ciuem ſeueriter vindicaretis. Sic profatus accuſator acerrimus, immanem vocem repreſſit. Ac me ſtatim præco, ſi quid ad ea reſpondere vellem, iubebat incipere. At ego nihil tunc temporis amplius quàm flere poteram, non tam mehercules truculentã accuſationem intuens, quàm meam miſeram conſcientiam. Sed tamen oborta diuinitùs audacia, ſic ad illa: Nec ipſe ignoro, quàm ſit arduum, trinis ciuium corporibus expoſitis, eum qui cædis arguatur, quamuis vera dicat, & de facto confiteatur vltro, tamẽ multitudini tantæ quod ſit innocens perſuadere. Sed, ſi pauliſper audientiam publicam mihi tribuerit humanitas, facilè vos edocebo me diſcrimen capitis non meo merito, ſed rationabilis indignationis euentu fortuito tantam criminis inuidiam fruſtra ſuſtinere. Nam cùm à cænà me ſerius aliquanto reciperem, potulentus alioquin, quod planè verum crimen non diffitebor, ante ipſas fores hoſpitij, ad bonum autem Milonem ciuem veſtrum deuorto, video quoſdam ſæuiſſimos latrones aditum tentantes, & domus ianuas cardinibus obtortis euellere geſtientes; clauſtriſq; omnibus, quæ accuratiſſimè adfixa fuerant, violenter euulſis, ſecum iam de inhabitantium exitio deliberantes. Vnus denique & manu promptior, & corpore vaſtior, his affatibus ceteros incitabat: Heus pueri, inquit, ma-

vibus animis, & viribus alacribus dormientes aggrediamur. 182 Omnis ſcontatio, ignauia omnis faceſſat è pectore. ſtricto mucrone per totam domum cædes ambulet. Qui ſopitus iacebit, trucidetur; qui repugnare tentauerit, feriatur. Sic ſalui recedemus, ſi ſaluum in domo neminem reliquerimus. Fateor, Quirites: extremos latrones, boni ciuis officium arbitratus, ſimul eximiè metuens & hoſpitibus meis & mihi, gladiolo, qui me propter huiuſmodi pericula comitabatur, armatus, fugare atq. proterrere aggreſſus ſum. At illi barbari prorſus, & immanes homines, neq; fugam capeſſunt; &, cùm me viderent in ferro, tamen audaciter reſiſtunt. Dirigitur præliaris acies. Ipſe denique dux & ſignifer ceterorum, validiſsimè viribus aggreſſus, illico manibus ambabus 183 capillo abreptũ, ac retroflexum, effligere lapide geſtit. quem dum ſibi porrigi flagitat, certa manu percuſſum feliciter proſterno. Ac mox alium, pedibus meis mordicus inhærentem, per ſcapulas ictu temperato, tertiumq; improuidè occurrentem, pectore offenſo, perimo. Sic pace vindicata, domoq; hoſpitis ac ſalute communi protecta, non tantùm impunem me, verùm etiam laudabilem publicè credebam fore: qui ne tantillo quidem vnquã crimine poſtulatus, ſed probè ſpectatus apud meos, inſuper innocentiam commodis cunctis 184 antetuleram. Nec poſſum reperire, cur iſtius vltionis, qua contra latrones deterrimos commotus ſum, nunc iſtum reatum ſuſtineam; cùm nemo poſsit monſtrare, vel priuatas inter nos inimicitias præceſsiſſe, ac ne omnino mihi notos illos latrones vſquam fuiſſe. Vel certè vlla præda monſtretur, cuius cupidine tantum flagitium credatur admiſſum. Hæc profatus, rurſum lacrymis obortis, porrectiſq; in preces manibus: Per publicam miſericordiam, per pignorum caritatem, mæſtus tunc hos tunc illos deprecabar. Cumq; iam humanitate commotos, miſericordia fletuum affectos omnes ſatis crederem: Solis & Iuſtitiæ teſtatus oculum, caſumq;

præſen-

præſentem meum commendans Deûm prouidentiæ, paulo altius aſpectu relato, conſpicio prorſum totum populum: riſu cachinnabili diffluebant: nec ſecus illum bonum hoſpitem, parentemq́ meum Milonem riſu maximo diſſolutum. At tunc ſic tacitus mecum, En fides, inquam, en conſcientia. Ego quidem pro hoſpitis ſalute & homicida ſum, & reus capitis inducor. at ille non contentus quòd mihi nec adſiſtendi ſolatium perhibuit, inſuper exitium meum cachinnat. Inter hæc quædam mulier per medium theatrum lacrymoſa & flebilis, atra veſte contecta, paruulum quemdam ſinu tolerans decurrit: ac ponè eam anus alia pannis horridis obſita, paribusq́ mæſta fletibus, ramos oleagineos vtræque quatientes. quæ circumfuſæ lectulum, quo peremptorum cadauera contecta fuerant, plangore ſublato ſe lugubriter eiulantes: Per publicam miſericordiam, per commune ius humanitatis, aiunt, miſeremini indignè cæſorum iuuenum, noſtræq́ viduitati ac ſolitudini de vindicta ſolatium date. Certè paruuli huius in primis annis deſtituti fortunis ſuccurrite, & de latronis huius ſanguine legibus veſtris & diſciplinæ publicæ litate. Poſt hæc magiſtratus qui natu maior, adſurgit, & ad populum talia: De ſcelere quidem, quod ſeriò vindicandum, nec ipſe qui commiſit, poteſt diſſiteri; ſed vna tantum ſubſiciua ſollicitudo nobis relicta eſt, vt ceteros ſocios tanti facinoris requiramus. Nec enim veriſimile eſt hominem ſolitarium tres tam validos euitaſſe iuuenes. Prohinc tormentis veritas eruenda. Nam & qui comitabatur eum puer, clanculo profugit; & res ad hoc deducta eſt, vt per quæſtionem ſceleris ſui participes indicet: vt tam diræ factionis formido funditùs perimatur. Nec mora, cum ritu Græcienſi ignis & rota, tum omne flagrorũ genus inferuntur. Augetur oppidò, immò duplicatur mihi mæſtitia, quòd integro ſaltem mihi mori nõ licuerit. Sed anus illa, quæ ſuis fletibus cuncta turbauerat, Prius, inquit,

optimi ciues, quam latronem iſtum miſerorum pignorum meorum peremptorem cruci adfigatis, permittite corpora necatorum reuelari; vt & formæ ſimilis, & ætatis contemplatione magis magiſq; ad iuſtam indignationem arrecti, pro modo facinoris ſæuiatis. His dictis applauditur: & illico me magiſtratus ipſum iubet corpora, quæ lecto fuerant poſita, mea manu detegere. Luctantem me, ac diu renuentem præcedens facinus inſtaurare noua oſtenſione, lictores iuſſu magiſtratuum quàm inſtantiſſimè compellunt: manum denique ipſam, eregionè lateris tundentes, in exitium ſuum ſuper ipſa cadauera porrigunt. Euictus tandem neceſſitate ſuccumbo: &, ingratis licet, arrepto pallio, retexi corpora. Dij boni, quæ facies rei? quod monſtrum? quæ Fortunarum mearum repentina mutatio? Quamquam enim iam in peculio Proſerpinæ, & Orci familia numeratus, ſubitò in contrariam faciem obſtupefactus hæſi. Nec poſſum nouæ illius imaginis rationem idoneis verbis expedire. Nam cadauera illa iugulatorum hominum erant tres vtres inflati, variiſq; ſecti foraminibus, &, vt veſpertinum prælium meum recordabar, his locis hiantes, quibus latrones illos vulnerañeram. Tunc ille quorumdam aſtu pauliſper cohibitus riſus, liberè iam exarſit in plebem. Hi gaudij nimietate gratulari; illi dolorem vẽtris manuum compreſſione ſedare. Et certè lætitia delibuti, meq; reſpectantes, cuncti theatro faceſſunt. At ego, vt primùm illam laciniam prehenderam, fixus in lapide ſteti gelidus, nihil ſecius quàm vna de ceteris theatri ſtatuis vel columnis. Nec prius ab Inferis emerſi, quàm Milo meus hoſpes acceſſit. &, iniecta manu, me renitentem, lacrymiſq; rurſum promicantibus crebrà ſingultientem clementi violentia ſecum attraxit; & obſeruatis viæ ſolitudinibus per quoſdam amfractus domum ſuam perduxit: mæſtumq; me, atque etiamtunc trepidum variis ſolabatur aſfatibus. Nec tamen indignationem iniuriæ, quæ inhæſerat

altius

altius meo pectori, vllo modo permulcere quiuit. Ecce illico etiam magiſtratus ipſi cum ſuis inſignibus domum noſtram ingreſsi, talibus me monitis delinire geſtiunt: Neque tuæ dignitatis, vel etiam proſapiæ tuorum ignari ſumus, Luci domine. nam & prouinciam totam inclytæ veſtræ familiæ nobilitas complectitur. Ac ne iſtuc, quod vehementer ingemiſcis, contumeliæ cauſa perpeſſus es. Omnem igitur de tuo pectore præſentem triſtitudinem mitte & angorem animi depelle. Nam luſus iſte, quem publicè gratiſsimo deo Riſui per annua reuerticula ſolemniter celebramus, ſemper commenti nouitate floreſcit. Iſte deus auctorem ſuum propitius vbique comitabitur amanter, nec vnquam patietur vt ex animo doleas; ſed frontem tuam ſerena venuſtate lætabit aſsiduè. At tibi ciuitas omnis pro iſta gratia honores egregios offeret. Nam & patronum ſcripſit, &, vt in ære ſtet imago tua decreuit. Adhæc dicta ſermonis vicem refero. Tibi quidem, inquam, ſplendidiſsima & vnica Theſſaliæ ciuitas, honorum talium parem gratiam memini. Verùm ſtatuas & imagines dignioribus, meiſqúe maioribus reſeruare ſuadeo. Sic pudenter allocutus, & pauliſper hilaro vultu renidens, quantumqúe poteram lætiorem me refingens, comiter abeuntes magiſtratus appello. Et ecce quidam intròcurrens famulus, Rogat te, ait, tua parens Byrrhena, & conuiuij cui te ſerò deſponderas, iam appropinquantis admonet. Ad hæc ego formidans, & procul perhorreſcens etiam ipſam domũ eius, Quàm vellem, inquam, parens iuſsis tuis obſequium commodare, ſi per fidem liceret id facere. Hoſpes enim meus Milo per hodierni diei præſentiſsimũ numen adiurans effecit, vt eius hodiernæ cænæ pignerarer: nec ipſe diſcedit, nec me digredi patitur. Proin epulare vadimonium differamus. Hæc adhuc me loquente, manu firmiter iniecta Milo, iuſsis balnearibus adſequi, producit ad lauacrum proximum. At ego vitans oculos omnium, & quem ipſe fabricaueram,

caueram, riſum obuiorum declinans, lateri eius adambulabam obtectus. Nec quî lauerim, qui terſerim, quî domum rurſum reuerterim, præ rubore memini. Sic omnium oculis, nutibus, ac denique manibus denotatus, impos animi ſtupebam. Raptim denique paupertina Milonis cœnula perfunctus, cauſatusq; capitis acrem dolorem, quem mihi lacrymarum adſiduitas incuſſerat, cubitum venia facilè tributa concedo. Et abiectus in lectulo meo, quæ geſta fuerant ſingula mæſtus recordabar. quoad tandem Fotis mea, dominæ ſuæ cubitu procurato, ſui longè diſſimilis aduenit. Non ex læta facie, nec ſermone dicaculo, ſed vultuoſam frontem rugis inſurgentibus aſſeuerabat. Cunctanter ac timidè denique ſermone prolato, Ego, inquit, ipſa confiteor vltro, ego tibi cauſa huius moleſtiæ fui. Et cum dicto lorum quempiam ſinu ſuo depromit, mihiq; porrigens, Cape, inquit, oro te, de perfida muliere vindictam: immò verò licet maius quoduis ſupplicium ſume. Nec tamen me putes, oro, ſponte angorem iſtum tibi concinnaſſe. Dij mihi melius, quàm vt mei cauſa vel tantillũ ſcrupulũ patiare. Ac ſi quid aduerſi tuum caput reſpicit, id omne protinus meo luatur ſanguine. Sed quòd alterius rei cauſa facere iuſſa ſum, mala quadam mea ſors in tuam recidit iniuriam. Tunc ego familiaris curioſitatis admonitus, factiq; cauſam deliteſcentem nudari geſtiens, ſuſcipio: Omniũ quidem nequiſſimus, audaciſſimusq; lorus iſte, quem tibi verberandæ deſtinaſti, prius à me conciſus atq. laceratus interibit ipſe, quàm tuam plumeam lacteámque contingat cutem. Sed mihi cum fide memora, quod tuum factum ſcæuitas conſecuta in meũ conuertit exitium. Adiuro enim tuum mihi cariſſimum caput, nulli me prorſus, ac ne tibi quidem ipſi adſeueranti poſſe credere, quòd tu quidquam in meam cogitaris perniciem. Porrò meditatus innoxios caſus incertus, vel etiam aduerſus culpæ non poteſt adiicere. Cum iſto fine ſermonis oculos Fotidis meæ vdos

ac tre-

ac tremulos, & prona libidine marcidos, iamiamq́; ſemiadopertulos admiſsis & ſorbillantibus ſuauijs ſitienter hauriebam. Sic illa lætitia recreata, Patere, inquit, oro, prius fores cubiculi diligenter occludam; ne ſermonis elapſi profana petulantia committam grande flagitium. Et cum dicto peſſulis iniectis, & vncino firmiter immiſſo, ſic ad me reuerſa, colloq́; meo manibus ambabus implexa, voce tenui, & admodum diminuta: Paueo, inquit, & formido ſolidè domus huius operta detegere, & arcana dominæ meæ reuelare ſecreta. Sed melius de te, doctrinaq́; tua præſumo; qui præter generoſam natalium dignitatem, præter ſublime ingenium, ſacris pluribus initiatus, noſti ſanctam ſilentij fidem. Quæcunque igitur commiſero huius religioſi pectoris tui penetralibus, ſemper hæc intra conſeptum clauſa cuſtodias oro; & ſimplicitatem relationis meæ, tenacitate taciturnitatis tuæ remunerare. Nam me, quæ ſola mortalium noui, vis amoris, quo tibi teneor, indicare compellit. Iam ſcies omnem domus noſtræ ſtatum: iam ſcies dominæ meæ miranda ſecreta; quibus obaudiunt Manes, turbantur ſidera, coguntur numina, ſeruiunt elementa. Nec vnquam magis artis huius violentia nititur, quàm cum ſcitulæ formulæ iuuenem quempiam libenter aſpexit. quod quidem ei ſolet crebriter euenire. Nunc etiam aduleſcentē quemdam Boëtium ſummè decorum efflictim deperit, totiusq́; artis manus, machinas omnes ardenter exercet. Audiui veſperi, meis his, inquam, auribus audiui, quòd, ni celerius Sol cælo ruiſſet, noctiq́; ad exercēdas illecebras magiæ maturius ceſſiſſet, ipſi Soli nubilam caliginem & perpetuas tenebras comminantem. Hunc iuuenem, cum è balneis rediret ipſa, tonſtrinæ reſidentem heſterna die fortè conſpexit: ac me capillos eius, qui iam cæde cultrorum deſecti humi iacebant, clanculò præcepit ferre. Quos me ſedulò furtimq́ue colligentem tonſor inuenit; &, quod alioqui publicitus maleficæ diſci-

plinæ

plinæ perinfames ſumus, arreptam inclementer increpat: Tu ne vltima non ceſſas ſubinde lectorum iuuenum capillamenta ſurripere? Quod ſcelus niſi tandem deſines, magiſtratibus te conſtanter obiiciam. Et verbum facto ſecutus, immiſſa manu ſcrutatus è mediis papillis meis iam capillos abſconditos, iratus arripuit. Quo geſto grauiter affecta, mecumq; reputans dominæ meæ mores, quod huius rei repulſa ſatis acriter commoueri, meq; verberare ſæuiſſimè conſueuit; iam de fuga conſilium tenebam: ſed iſtud quidem tui contemplatione abieci ſtatim. Verùm cùm triſtis inde diſcederem, ne prorſus vacuis manibus redirem; conſpicio quemdam forſiculis attondentem caprinos vtres. Quos cùm probè conſtrictos, inflatosq;, & iam pendentes cernerem; capillos eorum humi iacentes, flauos, ac per hoc illi Bœotio iuueni conſimiles, pluſculos aufero: eosq; dominæ meæ, diſſimulata veritate, trado. Sic noctis initio, priuſquam cæna te reciperes, Pamphile mea, iam vecors animi, tectum ſcindulare conſcendit, quod altrinſecus ædium patore perflatili nudatum, ad omnis orientales ceterosq; aſpectus peruium, maximè his artibus ſuis commodum ſecretò colit. Priusq; apparatu ſolito inſtruxit feralem officinam, omne genus aromatis, & ignorabiliter laminis literatis, & infelicium nauium durantibus clauis defletorum, ſepultorum etiam, cadauerum expoſitis multis admodum membris. hic nares & digiti, illic carnoſi claui pendentium; alibi trucidatorum ſeruatus cruor, & extorta dentibus ferarum trunca caluaria. Tunc decantatis ſpirantibus fibris, litat vario latice. nunc rore fontano, nunc lacte vaccino, nunc melle montano. libat & mulſa. Sic illos capillos in mutuos nexus obditos, atque nodatos, cum multis odoribus dat viuis carbonibus adolendos. Tunc protinus inexpugnabili Magicæ diſciplinæ poteſtate, & cæca numinum coactorum violentia, illa corpora quorum fumabant ſtridentes capilli, ſpiritum mu-

tuantur

tuantur humanum, & ſentiunt, & audiunt, & ambulant: &, qua nidor ſuarum ducebat exuuiarum veniunt; &, pro illo iuuene Bœotio aditum geſtientes, fores inſiliunt. Cùm ecce crapula madens, & obſcuræ noctis deceptus caligine, audacter mucrone diſtricto, in inſani modum Aiacis armatus, non vt ille viuis pecoribus infeſtus, tota laniauit armenta; ſed longè fortius, qui tres inflatos caprinos vtres exanimaſti: vt ego te proſtratis hoſtibus ſine macula ſanguinis, nō homicidam nunc, ſed vtricidam amplecterer. Ac ſic lepido ſermone Fotidis inuicem cauillatus, Ergo igitur iam & ipſe poſſum, inquam, mihi primam iſtam virtutis adoreā, ad exemplum duodeni laboris Herculei numerare, vel trigemino corpori Geryonis, vel triplici formæ Cerberi totidem peremptos vtres coæquando. Sed vt ex animo tibi volens omne delictum, quo me tantis angoribus implicaſti, remittam; præſta quod ſummis votis expoſtulo: & dominam tuam, cùm aliquid huius diuinæ diſciplinæ molitur, oſtende: cùm Deos inuocat; certè eam reformatam videam. Sum namque coràm Magiæ noſcendæ ardentiſſimus cupitor. quamquam mihi nec ipſa tu videare talium rerum rudis, vel expers. Scio iſtud, & planè ſentio; cùm, ſemper alioqui ſpretorem matronalium amplexuum, ſic tuis iſtis micantibus oculis, & rubentibus bucculis, & renidentibus crinibus, & hiantibus oſculis, & flagrantibus papillis, in ſeruilem modum addictum, atq. mancipatum teneas volentem. Iam denique nec Larem requiro, nec domuitionem paro, & nocti iſti nihil antepono. Quàm vellem, inquit illa, præſtare tibi ô Luci, quod cupis: ſed propter inuidos mores, in ſolitudinem ſemper abſtruſa, & omniū præſentia viduata ſolet ſecū huiuſmodi perficere. Sed tuū poſtulatū præponam periculo meo, idq; obſeruatis opportunis temporibus ſedulò perficiam; modò, vt initio præfata ſum, rei tantæ fidem ſilentiumq; tribue. Sic nobis gannientibus libido mutua & animos ſi-

mos ſimul & membra ſuſcitat. omnibus abiectis amiculis, hactenus denique intecti bacchamur in venerem; cum quidem mihi iam fatigato de propria liberalitate Fotis puerile obtulit corollarium. Iamque luminibus meis vigilia marcidis infuſus ſopor, etiam in altum diem nos attinuit. Ad hunc modum tranſactis voluptariè paucis noctibus, quadam die percita Fotis, ac ſatis trepida me accurrit: indicatque dominam ſuam, quòd nihil etiamtunc in ſuos amo-
212 res ceteris artibus promoueret, nocte proxima in auem ſeſe pluſaturam, atque ad ſuum cupitum ſic deuolaturam: proin memet ad tantæ rei ſpeculam cautè præpararem. Iamque circa primam noctis vigiliam, ad illud ſuperius cubiculum ſuſpenſo & inſono veſtigio me perducit. Ipſa per rimam oſtiorũ quampiam iubet ſpectare: quæ ſic geſta ſunt. Iam primùm omnibus laciniis ſe deueſtit Pamphile, &, arcula quadam recluſa, pyxides pluſculas inde depromit. de quis vnius operculo remoto, atque indidem egeſta vnguedi-
213 ne, diuq; palmulis ſuis adfricata, ab imis vnguibus ſeſe totam aduſque ſummos capillos perlinit: multumq; cum lucerna ſecretò collocuta, membra tremulo ſuccuſſu quatit. Quis leuiter fluctuantibus, promicant molles plumulæ, creſcunt & fortes pinnulæ, duratur naſus incuruus; coguntur vngues adunci. fit bubo Pamphile. Sic, edito ſtridore querulo, iam ſui periclitabunda paulatim terra reſultat; mox in altum ſublimata, forinſecus totis alis euolat. Et illa quidem
214 magnis ſuis artibus volens reformatur. At ego nullo decantatus carmine, præſentis tantũ facti ſtupore defixus, quiduis aliud magis videbar eſſe quàm Lucius. Sic exterminatus ani-
215 mi attonitus in amentiam, vigilans ſomniabam: defrictis adeo diu pupillis, an vigilarem ſcire quærebam. Tandem denique reuerſus ad ſenſum præſentium, arrepta manu Fotidis, & admota meis luminibus, Patere, oro te, inquã, dum dictat occaſio, magno & ſingularis me affectionis tuæ fructu

perfrui;

perfrui;& impartire nobis vnctulum indidem, per iſtas tuas papillas, mea mellitula: tuumq́; mancipium irremunerabili beneficio ſic tibi perpetuò pignera; ac iam perfice, vt meæ Veneris Cupido pinnatus aſsiſtam tibi. An, inquit, vulpinaris amaſio, meq́; ſponte aſciam cruribus meis illidere compellis? ſiccine me vix à lupis conſeruo Theſſalis. Hunc alitem factum vbi quæram? videbo quando? A me ſcelus iſtud depellant cælites, inquam: vt ego quamuis ipſius aquilæ ſublimis volatibus toto cælo peruius, & ſupremi Iouis certus nuntius, vel lætus armiger, tamen non ad meum nidulum poſt illam pinnarum dignitatem ſubinde deuolem? Adiuro per dulcem iſtum capilli tui nodulum, quo meum vinxiſti ſpiritum, me nullam aliam meæ Fotidi malle. Tunc etiam iſtud meis cogitationibus occurrit, cùm ſemel auem talem perunctus induero, domus omnis procul me vitare debere. Quàm pulcrè enim, quamq́; feſtiuo matronæ perfruentur amatore bubone? Quid! quòd iſtas nocturnas aues, cùm penetrauerint Larem quempiam, ſollicitè prehenſas foribus videmus adſigi; vt, quòd infauſtis volatibus familiæ minantur exitium, ſuis luant cruciatibus. Sed, quod ſciſcitari pænè præterii, quo dicto, factòue rurſum exutis pinnulis illis, ad meum redibo Lucium? Bono animo es, quod ad huius rei curam pertinet, ait. Nam mihi domina ſingula monſtrauit, quæ poſſunt rurſus in facies hominum tales figuras reformare. Nec iſtud factum putes vlla beniuolentia, ſed vt ei redeunti medela ſalubri poſſem ſubſiſtere. Specta denique quàm paruis, quamq́; futilibus tanta res procuretur herbulis. Anethi modicum cnm lauri foliis immiſſum rore fontano datur lauacrum, & poculum. Hæc idemtidem adſeuerans, ſumma cum trepidatione irrepit cubiculum, & pyxidem depromit arcula. Quam ego amplexus, ac deoſculatus prius, vtq́; mihi proſperis faueret volatibus deprecatus, abiectis properè laciniis totis, auidè manus immerſi; &, haurito pluſculo vncto, cor-

cto corporis mei membra perfricui. Iamq; alternis conatibus libratis brachiis, in auem ſimilem geſtiebam. Nec vllæ plumulæ, nec vſquam pinnulæ; ſed planè pili mei craſſantur in ſetas, & cutis tenella duratur in corium; & in extimis palmulis, perdito numero, toti digiti coguntur in ſingulas vngulas; & de ſpinæ meæ termino grandis cauda procedit. Iam facies enormis, & os prolixum, & nares hiantes, & labiæ pendulæ. Sic & aures immodicis horripilant auctibus. Nec vllum miſeræ reformationis video ſolatium, niſi quod mihi iam nequeunti tenere Fotidem, natura creſcebat. Ac dum ſalutis inopia cuncta corporis mei conſiderans, nõ auem me, ſed aſinum video. Querens de facto Fotidis, ſed iam humano geſtu ſimul & voce priuatus, quod ſolum poteram, poſtrema deiecta labia, humidis tamen oculis obliquùm reſpiciens, ad illam tacitus expoſtulabam. Quæ vbi me primùm talem aſpexit, percuſsit faciem ſuam manibus infeſtis: &, Occiſa ſum miſera, clamauit. Me trepidatio ſimul & feſtinatio feſellit, & pyxidũ ſimilitudo decepit. Sed bene, facilior quòd reformationis huius medela ſuppeditat. Nam roſis tantum demorſicatis exibis aſinum, ſtatimq; in meum Lucium poſtliminiò redibis. Atque vtinam de more veſperi paraſſem nobis corollas aliquas, nec moram talem patereris vel noctis vnius. Sed primo diluculo remedium feſtinabitur tibi. Sic illa mærebat. Ego verò quamquam perfectus aſinus, & pro Lucio iumentum, ſenſum tamen retinebam humanum. Diu denique ac multum mecum ipſe deliberaui, an nequiſsimam facinoroſiſsimamq; feminam illam ſpiſsis calcibus feriens, & mordicùs adpetens necare deberem. Sed ab incepto temerario melior me ſententia reuocauit; ne morte multata Fotide, ſalutares mihi ſuppetias rurſus extinguerem. Deiecto itaque & quaſſanti capite, ac demuſſata temporali contumelia, duriſsimo caſui meo ſeruiens, ad equum illum vectorem meum probiſsimum in ſtabulum concedo:

vbi alium etiam Milonis quondam hoſpitis mei aſinum ſtabulantem inueni. Atque ego rebar, ſi quod ineſſet mutis animalibus tacitum ac naturale ſacramentum, agnitione ac miſeratione quadam inductum equum illum meum, hoſpitium ac loca lautia mihi præbiturũ. Sed prò Iupiter Hoſpitalis, & Fidei ſecreta numina! præclarus ille vector meus cum aſino capita conferunt, in meamq́ perniciem illico conſentiunt: &, verentes ſcilicet cibariis ſuis, vt me præſepio videre proximantem, deiectis auribus iam furentes, infeſtis calcibus inſequuntur. & abigor quàm procul ab ordeo quod appoſueram veſperi meis manibus illi gratiſſimo famulo. Sic affectus atque in ſolitudinem relegatus, angulo conceſſeram ſtabuli. Dumq́ de inſolentia collegarum meorum mecum cogito, atque in alterum diem auxilio roſario Lucius de nouo futurus, equi perfidiæ vindictam meditor; reſpicio pilæ mediæ, quæ ſtabuli trabes ſuſtinebat, in ipſo ferè meditullio Eponæ deæ ſimulacrum reſidens ædiculæ, quod accuratè corollis roſeis equidem recentibus fuerat ornatum. Denique agnito ſalutari præſidio, pronus ſpei, quantum extenſis primoribus pedibus adniti poteram, inſurgo validè: & ceruice prolixa nimium, & porrectis labiis, quanto maximè niſu poteram, corollas appetebam. Quod me peſſima ſcilicet ſorte conantem, ſeruulus meus, cui ſemper equi cura fuerat mandata, repentè conſpiciens, indignatus exurgit; &, Quo vſque tandem, inquit, cantherium patiemur iſtum, paulo antè cibariis iumentorum, nunc etiam ſimulacris Deorum infeſtum? Quin iam ego iſtum ſacrilegum, debilem claudumq́ reddam. Et, ſtatim telum aliquod quærens inuenire, faſcem lignorũ poſitum offendit; rimatuſq́ frondoſum fuſtem cunctis vaſtiorem, non prius miſerum me tundere deſiit, quàm ſonitu vehementi, & largo ſtrepitu percuſſis ianuis, trepido etiam rumore viciniæ conclamantis latrones, profugit territus. Nec mora, cùm vi patefactis ædibus, glo-

bus latronum inuadit omnia, & ſingula domus membra cingit armata factio: & auxiliis hinc inde conuolantibus, obſiſtit occurſus hoſtilis. Cuncti gladiis ac facibus inſtructi noctem illuminant. coruſcat in modum ortiui Solis, ignis & mucro. Tunc horreum quoddam ſatis validis clauſtris obſeptum, obſeratumq́;, quod mediis ædibus conſtitutum gazis Milonis fuerat refertum, ſecuribus validis aggreſsi diffindunt. Quo paſsim recluſo totas opes vehunt: raptimq́; conſtrictis ſarcinis ſinguli partiuntur. Sed geſtaminum modus numerum gerulorum excedit. Tunc opulentiæ nimiæ nimio ad extremas incitas deducti, nos duos aſinos, & equum meum, productos è ſtabulo, quantum poſſunt grauioribus ſarcinis onerant, & domo iam vacua minantes baculis exigunt: vnoq́; de ſociis ad ſpeculandum, qui de facinoris inquiſitione nuntiaret, relicto, nos crebrò tundentes per auia montiũ ducunt cõcitos. Iamq́; rerũ tantarum pondere, & montis ardui vertice & prolixo ſatis itinere, nihil à mortuo differebã. Sed mihi ſerò quidẽ, ſedulò tamen ſubuenit ad auxiliũ ciuile decurrere, &, interpoſito venerabilis Principis nomine, tot ærumnis me liberare. Cùm deniq́; iam luce clariſsima, vicum quempiam frequentem & nundinis celebrem præteriremus, inter ipſas turbellas Græcorum, gemino ſermone nomen auguſtum Cæſaris inuocare tentaui: &, O quidem tantum diſertum ac validum clamitaui: reliquum autem Cæſaris nomen enuntiare non potui. Aſpernati latrones clamorem abſonum meum, cædentes hinc inde miſerum corium, nec cribris iam idoneum relinquunt. Sed tandem mihi inopinatam ſalutem Iupiter ille tribuit. Nam dum multas villulas & caſas amplas præterimus, hortulum quemdam proſpexi ſatis amœnum; in quo præter ceteras gratas herbulas, roſæ virgines matutino rore florebant. His inhians, & ſpe ſalutis alacer ac lætus, propius acceſsi. Dumq́; iam labiis vndantibus affecto, conſilium me

ſubit

ſubit longe ſalubrius: ne, ſi rurſum aſino remoto prodirem in Lucium, euidens exitium inter manus latronum offenderem, vel artis Magicæ ſuſpicione, vel indicij futuri criminatione. Tunc igitur à roſis, & quidem neceſſariò, temperaui: & caſum præſentem tolerans, in aſini faciem fœna rodebamus.

L. APVLEII
METAMORPHOSEON
SIVE
DE ASINO AVREO
LIBER QVARTVS.

DIEM fermè circa medium, cùm iam flagrantia Solis caleret, in pago quodam apud notos ac familiares latronibus ſenes deuertimus: ſic enim primus aditus & ſermo prolixus, & oſcula mutua quamuis aſino, ſentire præſtabant. Nam & rebus eos quibuſdam dorſo meo depromptis munerabantur; & ſecretis gannitibus, quòd eſſent latrocinio partæ, videbantur indicare. Iamq; nos omni ſarcina læuigatos, in pratum proximum paſſim libero paſtui tradidere. nec me cum aſino vel equo meo compaſcuus cœtus attinere potuit, adhuc inſolitum alioqui prandere fœnum. Sed planè ponè ſtabulũ proſpectũ hortulũ iam fame perditus fidenter inuado: & quamuis crudis oleribus, affatim tamen ventrem ſagino. Deosque comprecatus omnes, cuncta proſpectabam loca, ſicubi fortè cõterminus in locis candens reperirem roſarium. Nam & ipſa ſolitudo iam mihi bonam fiduciam tribuebat, ſi deuius & protectus, abſconditus, ſumpto remedio, de iumenti quadru-

pedis incuruo gradu rurſum erectus in hominem, inſpectante nullo, reſurgerem. Ergo igitur cùm in iſto cogitationũ ſalo fluctuarem, aliquanto longius video frondoſi nemorũ conuallem vmbroſam; cuius inter varias herbulas & latiſſima vireta, fulgentium roſarum niueus color renitebat. Iamq́ apud mea non vſquequaque ferina præcordia, Veneris & Gratiarũ lucum illũ arbitrabar: cuius inter opaca ſecreta, floris genialis regius nitor relucebat. Tunc inuocato hilaro atque proſpero Euentu, cùrſu me concito proripio; vt herculè ipſe ſentirem non aſinum me, verùmetiam equum curulem nimia velocitate refectum. Sed agilis atque præclarus ille conatus Fortunæ meæ ſæuitatem anteire non potuit. Iam enim loco proximus, non illas roſas teneras & amœnas, madidas diuini roris & nectaris, quas rubi felices, beatæ ſpinæ, generant, at ne conuallem quidem vſque iam, niſi tantum ripæ fluuialis marginem denſis arboribus ſeptam video. Hæ arbores in lauri faciem prolixè foliatæ, pariunt in modum floris inodori porrectos caliculos modicè punicantes: quos equidem fragrantis, minimè rureſtri vocabulo vulgus indoctum roſas laureas appellant; quarumq́ cuncto pecori cibus letalis eſt. Talibus fatis implicitus, etiam ipſam Salutem recuſans, ſponte illud venenum roſarium ſumere geſtiebam. Sed dum contanter accedo decerpere, iuuenis quidam, vt mihi videbatur, hortulanus, cuius omnia prorſus olera vaſtaueram, tanto damno cognito, cum grandi baculo furens decurrit; arreptúmque me totum plagis obtundit aduſque vitæ ipſius periculum: niſi tandem ſapienter alioquin ipſe mihi tuliſſem auxilium. Nam lumbis eleuatis in altum, pedũ poſterioribus calcibus iactatis in eum crebriter, iam multato grauiter, atque iacente contra procliue montis attigui, fuga me liberaui. Sed illico mulier quæpiam, vxor eius ſcilicet, ſimul eum proſtratum & ſemianimem ex edito deſpexit, eiulabili cum plangore ad eum ſtatim proſilit;

proſilit; vt ſui videlicet miſeratione mihi præſens crearet exitium. Cuncti enim pagani fletibus eius exciti, ſtatim conclamant canes, vtq; ad me laniandum rabie perciti ferrent impetum, paßim cohortantur. Tunc igitur proculdubio iam morti proximus, cùm viderem canes modò magnos, & numero multos, & vrſis ac leonibus ad compugnandum idoneos, in me conuocatos exaſperari; è re nata capto conſilio, fugam deſino, ac me retrorſus celeri gradu rurſus in ſtabulum, quò deuerteramus, recipio. At illi canibus iam ægrè cohibitis, arreptum me, loro quàm valido ad anſulam quamdam deſtinatum rurſum cædendo confeciſſent profectò: niſi dolore plagarum aluus artata, crudiſquè illis oleribus abundans, & lubrico fluxu ſaucia, fimo fiſtulatim excuſſo, quoſdam extremi liquoris aſpergine, alios putore nidoris fœtidi à meis iam quaßis ſcapulis abegiſſem. Nec mora, cùm iam in meridiem prono iubare, rurſum nos, & præcipuè me longè grauius onuſtum producunt illi latrones ſtabulo. Iamquè confecta bona parte itineris, & via ſpatio defectus, & ſarcinæ pondere depreſſus, ictibusquè fuſtium fatigatus, atq; etiam vngulis extritis iam claudus & titubans, riuulum quemdam ſerpentis leniter aquæ propè inſiſtens, ſubtilem occaſionem feliciter nactus, cogitabam totum memet flexis ſcitè cruribus pronum abiicere; certus atque obſtinatus, nullis verberibus ad egrediendum exurgere: immò etiam paratus nō fuſti tantùm, ſed machæra percuſſus occumbere. Rebar enim iam me prorſus exanimatum ac debilem mereri cauſſariam mißionem: certè latrones partim impatientia moræ, partim ſtudio feſtinatæ fugæ, dorſi mei ſarcinam duobus ceteris iumentis diſtributuros, mèque in altioris vindictæ vicem, lupis & vulturiis prædam relicturos. Sed tam bellum conſilium meum prauertit Sors deterrima. Namque ille alius aſinus, diuinato & antecapto meo cogitatu, ſtatim ementita laßitudine, cum rebus totis

offunditur: iacensq; in mortuum non fuſtibus, non ſtimu-
lis, ac ne caudæ quidem & auribus, cruribusq; vndiqueuer-
ſum eleuatis tentauit exurgere; quoad tandem poſtumæ ſpei
fatigati, ſecumque collocuti, ne tamdiu mortuo, immò verò
lapideo aſino ſeruientes fugam morarentur, ſarcinis eius
mihi equoq; diſtributis, diſtricto gladio poplites eius totos
amputant. Ac paululum à via retractum, per altiſsimum
præceps in vallem proximam etiamnunc ſpirantem præcipi-
tant. Tunc ego miſeri commilitonis mei Fortunam cogi-
tans, ſtatui iam dolis abiectis & fraudibus, aſinum me bo-
næ frugi dominis exhibere. Nam & ſecum eos animaduer-
teram colloquentes, quod in proximo nobis eſſet habenda
manſio, & totius viæ finis quieta; eorúmque eſſet ſedes illa
& habitatio. Clementi denique tranſmiſſo cliuulo, perue-
nimus ad locum deſtinatum. Vbi rebus totis diſſolutis, atq;
intus conditis, iam pondere liberatus, laſsitudinem, vice laua-
cri, pulueris volutatibus digerebam. Res ac tempus ipſum
locorum & ſpeluncæ illius, quam latrones inhabitabant,
deſcriptionem exponere flagitant. Nam & meum ſimul pe-
riclitabor ingenium. & faxo vos quoque, an mente etiam
ſenſuq; fuerim aſinus, ſedulò ſentiatis. Mons horridus, ſil-
ueſtribusq; frondibus vmbroſus, & inprimis altus fuit. Hu-
ius per obliqua deuexa, qua ſaxis aſperrimis & ob id inac-
ceſsis cingitur, conualles lacunoſæ cauæq; nimium, ſpinetis
aggeratæ, & quaquauerſus repoſitæ, naturalem tutelam
præbentes ambiebant. De ſummo vertice fons affluens bullis
ingentibus ſcaturibat, perq; prona delapſus euomebat vn-
das argenteas. iamq; riuulis pluribus diſperſus, ac valles il-
las amnibus ſtagnantibus irrigans, in modum ſtipati maris,
vel ignaui fluminis cuncta cohibebat. Inſurgit ſpeluncæ, quà
margines montanæ deſinunt, turris arduo caule firma, ſo-
lidis cratibus, ouili ſtabulatione commoda, porrectis vndi-
que lateribus. Ante fores exigui tramites, vice ſtructi parie-
tis, at-

tis, attenduntur. ea tu, bono certè meo periculo, latronum dixeris atria. Nec iuxtà quidquam, quàm parua caſula cannulis temerè contecta: quo ſpeculatores è numero latronum, vt poſtea comperi, ſorte ducti noctibus excubabant. Ibi cùm ſinguli direpſiſſent ſtipatis artubus, nobis ante ipſas fores loro valido deſtinatis, anum quamdam curuatam graui ſenio, cui ſoli ſalus atque tutela tot numero iuuenum cõmiſſa videbatur, ſic infeſti compellabant: Etiamne tu buſti cadauer extremum, & vitæ dedecus primum, & Orci faſtidium ſolum, ſic nobis otioſa domi reſidens luſitabis? nec noſtris tam magnis, tamqúe periculoſis laboribus ſolatium de tam ſera refectione tribues? quæ diebus ac noctibus nil quidquam rei quàm merum ſæuienti ventri tuo ſoles auiditer ingurgitare. Tremens ad hæc & ſtridenti vocula pauida ſic anus: At vobis, fortiſſimi fideliſſimiqúe mei ſoſpitatores iuuenes, affatim cuncta ſuaui ſapore percocta pulmenta præſto ſunt. panis numeroſus, vinum probè calicibus effricatis affluenter immiſſum, &, ex more, calida tumultuario lauacro veſtro præparata. In fine ſermonis huius, ſtatim ſeſe deueſtiunt: nudatiqúe, & flammæ largiſſimæ vapore recreati, calidaq́; perfuſi, & oleo peruncti, menſas dapibus largiter inſtructas accumbunt. Commodùm cubuerant: & ecce quidam longè plures numero iuuenes adueniunt alij, quos incontanter adæquè latrones arbitrarere. Nam & ipſi prædas aureorum argenteorumq́; nummorum, ac vaſculorum, veſtiſq́; ſericæ & intextæ filis aureis inuehebant. Hi ſimili lauacro refecti, inter foros ſociorum ſeſe reponunt: nunc ſorte ducti, miniſterium faciunt. Eſtur ac potatur; pulmentis aceruatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingeſtis. Clamore ludunt, ſtrepitu cantillant, conuiciis iocantur: ac iam cetera ſemiferis Lapithis Thebanis, Centauriſqúe ſimilia. Tunc inter eos vnus, qui robore cæteros anteibat, Nos quidem, inquit, Milonis Hypatini domum

mum fortiter expugnauimus. Præter tantæ Fortunæ copiam, quam noſtra virtute nacti ſumus, & incolumi numero caſtra noſtra petiuimus; &, ſi quid ad rem, octo pedibus auctiores remeauimus. At vos qui Bœotias vrbes appetiſtis, ipſo duce veſtro fortiſsimo Lamatho diminuti, debilem numerum reduxiſtis: cuius ſalutem meritò ſarcinis iſtis, quas aduexiſtis, omnibus certè antetulerim. Sed illum quidem vtcunque nimia virtus ſua peremit. Inter inclytos reges ac duces præliorum tanti viri memoria celebrabitur. Enim vos bonæ frugi latrones inter furta parua atque ſer-
255 uilia, timidiculè per balneas & aniles cellulas reptantes, ſcrutariam facitis. Suſcipit vnus ex illo poſteriore numero: Tú ne ſolus ignoras, longè faciliores ad expugnandum domus eſſe maiores? quippe, quòd licet numeroſa familia latis deuerſetur ædibus, tamen quiſque magis ſuæ ſaluti quàm domini cõſulat opibus. frugi autem & ſolitarij homines Fortunam paruam, vel certè ſatis amplam diſsimulanter obtectam, protegunt acrius, & ſanguinis ſui periculo muniunt. Res ipſa denique fidem ſermoni meo dabit. Vix enim The-
256 bas Heptapylos acceſsimus, quod eſt huic diſciplinæ primarium ſtudium: ſed, dum ſedulò Fortunam inquirebamus
257 popularem, nec nos denique latuit Chryſeros quidam numularius, copioſæ pecuniæ dominus; qui metu officiorum ac munerum publicorum, magnis artibus magnam diſsimulabat opulentiam. denique ſolus ac ſolitarius parua, ſed ſatis munita, domuncula contentus, pannoſus alioquin ac ſordibus, aureos folles incubabat. Ergo placuit, ad hunc primum
258 ferremus aditum, vt contempta pugna manus vnicæ, nullo negotio cunctis opibus otioſè potiremur. Nec mora, cùm noctis initio foribus eius præſtolamur: quas nec ſubleuare, neque dimouere, ac nec perfringere quidem nobis videbatur; ne valuarum ſonus cunctam viciniam noſtro ſuſcitaret exitio. Tunc itaque ſublimis ille vexillarius noſter Lama-

thus, ſpectata virtutis ſuæ fiducia, quà claui immittendæ foramen patebat ſenſim immiſſa manu, clauſtrum euellere geſtiebat. Sed dudum ſcilicet omnium bipedum nequiſſimus Chryſeros, vigilans, & ſingula rerum ſentiens, lenem gradum & obnixum ſilentium tolerans, paulatim adrepit; grandíque clauo manum ducis noſtri repentè niſu fortiſſimo ad oſtij tabulam offigit: &, exitiabili nexu patibulum relinquens, gurguſtioli ſui tectum aſcendit; atque inde contentiſſima voce clamitans, rogánſque vicinos, & vnumquemque proprio nomine ciens, & ſalutis communis admonens, diffamat incendio repentino domum ſuam poſſideri. Sic, vnuſquiſque proximi periculi confinio territus, ſuppetiatum decurrunt anxij. Tunc nos in ancipiti periculo conſtituti, vel opprimendi noſtri, vel deſerendi ſocij, medium è re nata validum eo volente comminiſcimus. Anteſignani noſtri partem, qua manus humerum ſubit, ictu per articulum medium temperato, prorſus abſcidimus; atque ibi brachio relicto, multis laciniis offulto vulnere, ne ſtillæ ſanguinis veſtigium proderent, ceterùm Lamathum raptim reportamus. Ac dum trepidi regionis vrgemur graui tumultu, & inſtantis periculi metu terremur ad fugam; nec vel ſequi properè, vel remanere tutò poteſt: vir ſublimis animi, virtutiſq; præcipuus, multis nos affatibus, multiſq; precibus quæſens adhortatur, Per dextram Martis, per fidem ſacramenti, bonum commilitionem cruciatu ſimul & captiuitate liberaremus. Cur enim manu, qua rapere & iugulare ſola poſſet, fortem latronem ſuperuiuere? Sat ſe beatum, qui manu ſocia volens occumberet. Cumq; nulli noſtrûm ſpontale parricidium ſuadens, perſuadere poſſet: manu reliqua ſumptum gladium ſuum, diuq; deoſculatus, per medium pectus ictu fortiſſimo tranſadigit. Tunc nos magnanimi ducis vigore venerato, corpus reliquum veſte linea diligenter conuolutum, mari celandum commiſimus.

Et nunc iacet noſter Lamathus elemento toto ſepultus. Et ille quidem dignum virtutibus ſuis vitæ terminum poſuit. Enimuerò Alcimus ſolertibus cœptis, tamen ſæuum Fortunæ nutum non potuit abducere. Qui cùm dormientis anus perfracto tuguriolo conſcendiſſet cubiculum ſuperius, iamq́ue protinus oblißis faucibus interſtinguere eam debuiſſet; prius maluit rerum ſingula per latiorem feneſtram forinſecus nobis ſtilis rapienda diſpergere. Cumq́; iam cuncta rerum gnauiter emolitus, nec toro quidem aniculæ quieſcentis parcere vellet, eaq́ue lectulo ſuo deuoluta, veſtem ſtragulam ſubductā ſcilicet iactare ſimiliter deſtinaret; genibus eius profuſa ſic nequißima illa deprecatur: Quid oro, fili, paupertinas, pannoſasq́; reculas miſerrimæ anus donas vicinis diuitibus, quorum hæc feneſtra domum proſpicit? Quo ſermone, callido deceptus aſtu, & vera quæ dicta ſunt credens Alcimus; verens ſcilicet ne & ea quæ prius miſerat, quæq́ue poſtea miſſurus foret, non ſociis ſuis, ſed in alienos Lares iam certus erroris abiiceret, ſuſpendit ſe feneſtra, ſagaciter perſpecturus omnia: præſertim domus attiguæ, quam dixerat illa, fortunas arbitraturus. Quod eum ſtrenuè quidem, & ſatis improuidè conantem, ſenile illud facinus quamquam inualido, repentino tamen, & inopinato pulſu nutantem ac pendulum, & in proſpectu alioquin attonitum, præceps inegit. Qui præter altitudinem nimiam, ſuper quemdam etiam vaſtißimum lapidem propè iacentem decidens, perfracta diffiſſaq́; crate coſtarum, riuos ſanguinis vomens, primitùs narratis nobis quæ geſta ſunt, non diu cruciatus, vitam euaſit. Quem prioris exemplo ſepulturæ traditum, bonum ſecutorem Lamatho dedimus. Tunc orbitatis duplici plaga petiti, iamq́; Thebanis conatibus abnuentes, Plateas proximam conſcendimus ciuitatem. Ibi famam celebrem quemdam nomine Democharem munus editurum gladiatorium deprehendimus. nam & genere primarius vir, & opi-

& opibus pluribus, & liberalitate præcipuus, digno fortunæ ſuæ ſplendore publicas voluptates inſtruebat. Quis tantus ingenij, quis facundiæ, qui ſingulas ſpecies apparatus multiiugi verbis idoneis poſſit explicare? Gladiatores iſti famoſæ manus; venatores illi probatæ pernicitatis: alibi noxij, perdita ſecuritate, ſuis epulis beſtiarum ſaginas inſtruentes. Confixilis machinæ ſublicæ turres tabularum nexibus, inſtar circumforaneæ domus, floridæ picturæ, decora futuræ venationis receptacula. Qui præterea numerus, quæ facies ferarum? nam præcipuo ſtudio forenſi etiam aduexerat generoſa illa damnatorum capitum funera. Sed præter ceteram ſpecioſi muneris ſupellectilem, totis vtcunque patrimonij viribus immanis vrſæ comparabat numerum copioſum. Nam præter domeſticis venationibus captas, præter largis emtionibus partas, amicorum etiam donationibus variis certatim oblatas, tutela ſumptuoſa ſollicitè nutriebat. Nec ille tam clarus, tamque ſplendidus publicæ voluptatis apparatus Inuidiæ noxios effugit oculos. Nam diutinæ captiuitate fatigatæ ſimul, & æſtiua flagrantia maceratæ, pigra etiam ſeſſione languidæ, repentina correptæ peſtilentia, pænè ad nullum rediere numerum. Paſſim per plateas plurima cerneres iacere ſemiuiuorum corporũ ferina naufragia. Tunc vulgus ignobile, quos inculta pauperies ſine delectu ciborum, tenuato ventri cogit ſordentia ſupplementa & dapes gratuitas cõquirere, paſſim iacentes epulas accurrere. Tunc è re nata ſubtile conſilium ego & iſte Babulus tale comminiſcimur. Vrſam, quæ ceteris ſarcina corporis præualebat, quaſi cibo parandam portamus ad noſtrum receptaculum; eiusq; probè nudatum carnibus corium, ſeruatis ſollerter vnguibus, ipſo etiam beſtiæ capite adusque confinium ceruicis ſolido relicto, tergum omne raſura ſtudioſa tenuamus: & minuto cinere perſperſum, Soli ſiccandum tradimus. Ac, dum cæleſtis vaporis flammis examurcatur, nos in-

nos interdum pulpis eius valenter ſaginantes, ſic inſtan
militiæ diſponimus ſacramentum: vt vnus è numero noſtro,
non qui corporis adeò, ſed animi robore ceteris antiſtaret,
atque is inprimis voluntarius, pelle illa contectus, vrſæ ſub-
iret effigiem, domumq́; Democharis illatus per opportuna
noctis ſilentia nobis ianuæ faciles præſtaret aditus. Nec pau-
cos fortiſsimi collegij ſolers ſpecies ad munus obeundum a-
rexerat. Quorum præ ceteris Thraſileō factionis optione de-
lectus, ancipitis machinæ ſubit aleam. Iamq́; habili corio, &
mollitie tractabili, vultu ſereno ſeſe recondit. Tunc tenui
ſarcimine ſummas oras eius adæquauimus; &, iuncturæ ri-
mam, licet gracilem, ſetæ circumfluentis denſitate ſepimus:
ad ipſum confinium gulæ, qua ceruix fuerat execta, Thraſi-
leonis caput ſubire cogimus; paruisq́; reſpiratui circa nares
& oculos datis foraminibus, fortiſsimum ſocium noſtrum
prorſus beſtiam factum, immittimus caueæ, modico præſti-
natæ pretio: quam conſtanti vigore feſtinus irrepſit ipſe.
Ad hunc modum prioribus inchoatis, ſic reliqua fallacia
peregimus. Sciſcitati nomen cuiuſdam Nicanoris, qui gene-
re Thracio proditus ius amicitiæ ſummum cum illo Demo-
chare colebat, litteras affingimus, vt venationis ſuæ primi-
tias bonus amicus videretur ornādo muneri dedicaſſe. Iamq́;
prouecta veſpera abuſi præſidio tenebrarum, Thraſileonis ca-
ueam Demochari cum literis illis adulterinis offerimus. qui
demiratus beſtiæ magnitudinem, ſuiq́; contubernalis oppor-
tuna liberalitate lætatus, iubet nobis protinus gaudij ſui ge-
rulis, decem aureos, vt ipſe habebat, è ſuis loculis adnume-
rari. Tunc, vt nouitas conſueuit ad repentinas viſiones ani-
mos hominum pellere, multi numero mirabundi ad beſtiam
confluebant. quorum ſatis callenter curioſos aſpectus Thra-
ſileon noſter impetu minaci frequenter inhibebat. Conſona-
qúe ciuium voce ſatis felix ac beatus Demochares ille ſæpe
celebratus, quod, poſt tantam cladem ferarum, nouo pro-
uentu

uentu quoquomodo Fortunæ reſiſteret. Iubet noualibus ſuis confeſtim beſtiam ire: iubet ſumma cum diligentia reportari. Sed ſuſcipiens ego, Caueas, inquam, domine, flagrantia Solis & itineris ſpatio fatigatam, cœtui multarum, &, vt audio, non rectè valentium committere ferarum. Quin potius domus tuæ patulum ac perflatilem locum, immò & lacu aliquo conterminum refrigerantemq; proſpicis? An ignoras hoc genus beſtiæ lucos conſitos, & ſpecus roridos, & colles frigidos, & fontes amœnos ſemper incubare? Talibus monitis Demochares perterritus, numerumq; perditorum ſecum recenſens, non difficulter adſenſus, vt ex arbitrio noſtro caueam locaremus facilè permiſit. Sed & nos, inquam, parati ſumus hic ibidem pro cauea iſta excubare noctes; vt æſtus & vexationis incommodo beſtiæ fatigatæ & cibum tempeſtiuum, & potum ſolitum accuratius offeramus. Nihil indigemus labore iſto veſtro, reſpondit ille. iam penè tota familia per diutinam conſuetudinem nutriendis vrſis exercitata eſt. Pòſt hic VALE facto, diſceſſimus: & portam ciuitatis egreſſi, monumentum quoddam conſpicamur procul à via, remoto & abdito loco poſitum. Ibi capulos carie & vetuſtate ſemitectos, quis inhabitabant puluerei & iam cineroſi mortui, paſſim ad futuræ prædæ receptacula reſeramus: &, ex diſciplina ſectæ ſeruato noctis illunio tempore, quo ſomnus obuius impetu primo corda mortalium validius inuadit ac premit, cohortem noſtram gladiis armatam ante ipſas fores Democharis, velut expilationis vadimonium, ſiſtimus. Nec ſecius Thraſileon examuſſim capto noctis latrocinali momento, prorepit cauea: ſtatimq; cuſtodes, qui propè ſopiti quieſcebant, mox ad vnum omnes, etiam ianitorem ipſum, gladio conficit, clauiq; ſubtracta, fores ianuæ repandit; nobiſq; promptè conuolantibus, & domus alueo receptis, demonſtrat horreum, vbi veſpera ſagaciter argentum copioſum recondi viderat. Quo

protinus

protinus perfracto conſertæ manus violentia, iubeo ſingu commilitonum aſportare quantum quiſque poterat a vel argenti, & in illis ædibus fideliſsimorum mortuorum cultare properè, rurſum concito gradu recurrentes ſarcin iterare: quod enim ex vſu foret omnium, me ſolum re ſtentem pro domus limine, cuncta rerum exploraturum ſ licitè, dum redirent. Nam & facies vrſæ, mediis ædibus d currentis, ad proterrendos, ſi qui de familia fortè vigil ſent, videbatur opportuna. Quis enim, quamuis fortis intrepidus, immani forma tantæ beſtiæ, noctu præſertim viſitata, non ſe ad fugam ſtatim concitaret? non, obd cellæ peſſulo, pauens & trepidus, ſeſe cella cohiberet? H omnibus ſalubri conſilio rectè diſpoſitis, occurrit ſcæu Euentus. Namque, dum reduces ſocios noſtros ſuſpenſus op perior, quidam ſeruulus, ſtrepitu ſcilicet diuinitùs inqui tus, proſerpit leniter; viſaq; beſtia, quæ liberè diſcurren totis ædibus commeabat, premens obnixum ſilentium, ve ſtigium ſuum replicat: &, vtcunque cunctis in domo viſ pronuntiat. Nec mora, cùm numeroſæ familiæ frequenti domus tota completur. Tædis, lucernis, cereis, ſebaceis, no cturni luminis inſtrumentis clareſcunt tenebræ. Nec inei mis quiſquam de tanta copia proceſsit, ſed ſinguli fuſtibu lanceis, diſtrictis denique gladiis armati, muniunt aditus Nec ſecus canes etiam venaticos, auritos illos & horrico mes, ad comprimendam beſtiam cohortantur. Tunc ego ſenſim, gliſcente adhuc illo tumultu, retrogradi fuga dom faceſſo: ſed planè Thraſyleonē mirè canibus repugnantem, latens ponè ianuam ipſe proſpicio. Quanquam enim vit metas vltimas obiret, non tamen ſui, noſtriq;, vel priſtin virtutis oblitus, iam faucibus ipſis hiantis Cerberi reluctabat. Scenam denique quam ſponte ſumpſerat, cum anim retinens, nunc fugiens, nunc reſiſtens, variis corporis ſu ſcemis ac motibus tandem domo prolapſus eſt. Nec tame

quamuis

quamuis publica potitus libertate, ſalutem fuga quærere potuit. Quippe cuncti canes de proximo angiportu ſatis feri, ſatiſq; copioſi, venaticis illis, qui cõmodùm domo ſimiliter inſequentes proceſſerant, ſeſe commiſcent agminatim. Miſerum funeſtumq; ſpectatum aſpexi, Thraſyleonem noſtrum cateruis canum ſæuientium cinctum atque obſeſſum, multiſq; numero morſibus laniatum. Denique tanti doloris impatiens, populi circumfluentis turbulis immiſceor; &, in quo ſolo poteram celatũ auxilium bono ferre commilitoni, ſic indaginis principes dehortabar: O grande, inquam, & extremum flagitium! magnam & verè pretioſam perdimus beſtiam. Nec tamen noſtri ſermonis artes infeliciſſimo profuere iuueni. Quippe quidam procurrens è domo procerus & validus, incõtanter lanceam mediis iniecit vrſæ præcordiis: nec ſecus alius. Ecce plurimi, iam timore diſcuſſo, certatim gladios & iam de proximo congerunt. Enimuerò Thraſyleon, egregium decus noſtræ factionis, tandem immortalitate digno illo ſpiritu expugnato magis, quàm patientia, neque clamore, ac nec vlulatu quidem, fidem ſacramenti prodidit: ſed iam morſibus laceratus, ferroq; laniatus, obnixo mugitu & ferino fremitu præſentem caſum generoſo vigore tolerans, gloriam ſibi reſeruauit, vitam fato reddidit. Tanto tamen terrore, tantaq; formidine cœtum illum turbauerat, vt vſque diluculum, immò & in multum diem, nemo quiſquam fuerit auſus, quamuis iacentem, beſtiam vel digito contingere: niſi tandem pigrè ac timidè quidam lanius paulò fidentior, vtero beſtiæ reſecto vrſæ magnificum deſpoliauit latronem. Sic etiam Thraſyleon nobis perimitur; ſed à gloria non periuit. Confeſtim itaque conſtrictis ſarcinis illis, quas nobis ſeruauerant fideles illi mortui, Plateæ terminos cito gradu deſerentes, iſtud apud noſtros animos identidem reputabamus, meritò nullam Fidem in vita reperiri; quod ad Manes iam & mortuos

odio

odio perſidiæ noſtræ demigrauit. Sic onere vecturæ, ſimul & aſperæ viæ toti fatigati, tribus comitum deſideratu, iſtas quas videtis prædas adueximus. Poſt iſtum ſermonis terminum, poculis aureis memoriæ deſunctorum commilitonum vino mero libant; dehinc, canticis quibuſdam Marti deo blanditi, paululum conquieſcunt. Etenim nobis anus illa recens ordeum affatim, & ſine vlla menſura largita eſt, vt equus quidem meus tanta copia, & quidem ſolus potitus, Saliares ſe cœnaſſe cœnas crederet. Ego verò quamquam aliâs ordeum tunſum minutatim, & diutina reſectione virulentum ſemper eſerim; rimatus angulum, quo panis reliquiæ totius multitudinis congeſtæ fuerant, fauces diutina fame ſaucias & araneantes vehementer exerceo. Et ecce nocte promota, latrones expergiti caſtra commouent: inſtructique variè, partim gladiis armati, in lemures reformant, concito ſe gradu proripiunt. Nec me tamen inſtanter ac fortiter manducantem, vel ſomnus imminens impedire potuit. Et quamquam prius, cùm eſſem Lucius, vnico vel ſecundo pane contentus menſa decederem; tunc ventri tam profundo ſeruiens, iam fermè tertium qualum rumigabam. Huic me operi attentum clara lux oppreſſit. Tandem denique aſinali verecundia ductus, ægerrimè tamen digrediens, riuulo proximo ſitim lenio. Nec mora, cùm latrones vltro anxij atque ſoliciti remeant, nullam quidem prorſus ſarcinam, vel omnino licet vilem laciniam ferentes, ſed tantùm gladiis, totis manibus, immò factionis ſuæ cunctis viribus, vnicam virginem filo liberali, &, vt matronatus eius indicabat, ſummatem eius regionis, puellam mehercules & aſino tali concupiſcendam, mærentem, & crines cum veſte ſua lacerantem, aduehebant. Eam ſimul intra ſpeluncam, verbis quæ dolebat, minora facientes, ſic alloquuntur: Tu quidem ſalutis & pudicitiæ ſecura, breuem patientiam noſtro compendio tribue, quos ad iſtam ſectam

paupertatis neceßitatis adegit. Parentes autem tui de tanto ſuarum diuitiarum cumulo, quamquam ſatis cupidi, tamen ſine mora parabunt ſcilicet idoneam ſui ſanguinis redemptionem. His & ſimilibus blatteratis, nequidquam dolor ſedatur puellæ. Quidni? quæ, inter genua ſua depoſito capite, ſine modo flebat. At illi introuocatæ anui præcipiunt, aßidens eam blando, quantum poſſet, ſolaretur alloquio: ſeqúe ad ſectæ ſueta conferre. Nec tamen puella quiuit vllis aniculæ ſermonibus, ab inceptis fletibus auocari: ſed, altius eiulans ſeſe, & aßiduis ſingultibus ilia quatiens, mihi etiam lacrymas excußit. at ſic, An ego, inquit, miſera, tali domo, tanta familia, tam caris vernulis, tam ſanctis parentibus deſolata & infelicis rapinæ præda, & mancipium effecta, inq; iſto ſaxeo carcere ſeruiliter clauſa, & omnibus delitiis, quis innata atque innutrita ſim, priuata, ſub incerta ſalutis & carnificinæ laniena, inter tot ac tales latrones & horrendum gladiatorum populum, vel fletum deſinere, vel omnino viuere potero? Lamentata ſic, & animi dolore, & faucium tendore, & corporis laßitudine iam fatigata, marcentes oculos dimiſit ad ſoporem. Iam commodum conniuerat: nec diu, cum repentè lymphatico ritu ſomno recuſſa, longeq; vehementius afflictare ſeſe, & pectus etiam palmis infeſtis tundere, & faciem illam luculentam verberare incepit: &, aniculæ, quamquam inſtantißimè cauſas noui & inſtaurati mæroris requirenti, ſic adſuſpirans altius, inſit: Hem nunc certè, nunc maximè funditus perij; nunc ſpei ſalutiferæ renuntiaui. Laqueus, aut gladius, aut certè præcipitium proculdubio capeſſendum eſt. Ad hæc anus ſubiratior, dicere eam ſæuiore iam vultu iubebat, quid malùm fleret? vel quid repentè poſtliminio preſſæ quietis lamentationes licentioſas refricaret? Nimirum, inquit, tanto compendio tuæ redemtionis defraudare iuuenes meos deſtinas? Quod ſi pergis vlterius, iam facto lacrymis iſtis, quas

paruipendere latrones conſueuere, inſuperhabitis, viuæ ex-
urere. Tali puella ſermone deterrita, manúq; eius exoſcu-
lata, Parce, inquit, mi parens; & duriſſimo caſui meo, pi-
tatis humanæ memor, ſubſiſte paulului. Nec enim, v
293 *reor, æuo longiore maturæ tibi, in iſta ſancta canitie miſe-*
ratio prorſus exaruit. Specta denique ſcenam meæ calami-
tatis. Speciosus adoleſcens inter ſuos principalis, quem f
lium publicum omnis ſibi ciuitas cooptauit, meus alioqui
conſobrinus, tantulo triennio maior in ætate, qui mecum
primis ab annis nutritus & adultus, indiuiduo contubern
domuſculæ, immò verò cubiculi toriq;, ſanctæ caritatis af-
fectione mutuò mihi pignoratus, votis que nuptialibus pa-
cto iugali pridem deſtinatus, conſenſu parentum tabul
etiam maritus nuncupatus ad nuptias, officio frequenti co-
294 *gnatorum & affinium ſtipatus, templis & ædibus public*
victimas immolabat. Domus tota lauris obſita, tædis lucid
conſtrepebat Hymenæum. Tunc me gremio ſuo mater inſe-
lix tolerans, mundo nuptiali decenter ornabat: mellitiſ
fauis crebiter ingeſtis, iam ſpe futura liberorum votis an-
295 *xiis propagabat. Cum inruptionis ſubitæ gladiatorum im-*
petus ad belli faciem ſæuiens, nudis & incertis mucronib
coruſcans, non cædi, non rapinæ manus afferunt; ſed denſ
conglobatoq; cuneo cubiculum noſtrum inuadunt protinu
Nec vllo de familiaribus noſtris repugnante, ac ne tantillu
quidem reſiſtente, miſeram, exanimem ſæuo pauore, trep
296 *do de medio matris gremio rapuere. Sic inſtar Athracis, v*
Pirithoi, vel Proteſilai, deſpectæ diſturbatæq; nuptiæ. S
ecce ſæuiſſimum omnium. nuncetiam redintegratur, imm
verò cumulatur infortunium meum. Nam viſa ſum mih
de domo, de thalamo, de cubiculo, de toro denique ipſo vio-
297 *lenter extracta per ſolitudines auias infortunatiſſimi mari-*
ti nomen inuocare: eumq;, vt primùm meis amplexibus vi-
duatus eſt, adhuc vnguentis madidum, coronis floridum

conſ-

conſequi veſtigio me, pedibus fugientem alienis. Vtq; clamore percito formoſæ raptum vxoris conquerens, populi teſtatur auxilium; quidam de latronibus importunæ perſecutionis indignatione permotus, ſaxo grandi pro pedibus arrepto, miſellum iuuenem maritum meum percuſſum interemit. Talis aſpectus atrocitate perterrita, ſomno funeſto pauens excuſſa ſum. Tunc fletibus eius adſuſpirans anus, ſic incipit: Bono animo eſto mea herilis, nec vanis ſomniorum figmentis terreare. Nam præter quòd diurnæ quietis imagines falſæ perhibentur, tum etiam nocturnæ viſiones contrarios euentus nonnumquam pronuntiant. Denique, flere & vapulare, & nonnumquam iugulari, lucroſum proſperumq; prouentum nuntiant: contrà, ridere, & mellitis dulciolis ventrem ſaginare, vel in voluptatem Veneream conuenire, triſtitie animi, langore corporis, damniſq; ceteris anxiatum iri prædicant. Sed ego te narrationibus lepidis, anilibuſq; fabulis protinus euocabo. Et incipit: Erant in quadam ciuitate rex & regina. hi tres numero filias, forma conſpicuas, habuere. ſed maiores quidem natu, quamuis gratiſſima ſpecie, idoneæ tamen celebrari poſſe laudibus humanis credebantur; at verò puellæ iunioris, tam præcipua, tam præclara pulcritudo, nec exprimi, ac ne ſufficienter quidem laudari ſermonis humani penuria poterat. Multi denique ciuium, & aduenæ copioſi, quos eximij ſpectaculi rumor ſtudioſa celebritate congregabat, inacceſſæ formoſitatis admiratione ſtupidi, & admouentes oribus ſuis dexteram, primore digito in erectum pollicem reſidente, vt ipſam prorſus deam Venerem, religioſis adorationibus venerabantur. Iamq; proximas ciuitates & attiguas regiones fama peruaſerat, Deam, quam cæruleum profundum pelagi peperit, & ros ſpumantium fluctuum educauit, iam numinis ſui paſſim tributa venia, in medijs conuerſari populi cœtibus: vel certè rurſum nouo cæleſtium ſtellarum germine,

non maria, ſed terras, Venerem aliam virginali flore prædi-
tam pullulaſſe. Sic immenſum procedit in dies opinio: ſic
inſulas iam proximas, & terræ pluſculum, prouinciaſq;
plurimas fama porrecta peruagatur. Iam multi mortalium
longis itineribus, atque altiſsimis maris meatibus, ad ſeculi
ſpecimen glorioſum confluebant. Paphum nemo, Cnidum
nemo, ac ne ipſa quidem Cythera ad conſpectum deæ Vene-
ris nauigabant. Sacra Deæ deferuntur; templa deformãtur,
puluinaria proſeruntur; cerimoniæ negliguntur; incoronata
ſimulacra, & aræ viduæ frigido cinere fœdatæ. Puellæ ſup-
plicatur, & in humanis vultibus Deæ tantæ numina placan-
tur, & in matutino progreſſu virginis, victimis & epulis
Veneris abſentis numen propitiatur. Iamq; per plateas com-
meantem populi frequenter floribus ſertis, & ſolutis adpre-
cantur. Hæc honorum cæleſtium ad puellæ mortalis cultum
immodica tranſlatio, veræ Veneris vehementes incendit ani-
mos: &, impatiens indignationis, capite quaſſanti fremens
altius, ſic ſecum diſſerit: En rerum naturæ priſca parens,
en elementorum origo initialis, en orbis totius alma Venus,
quæ cum mortali puella partiario maieſtatis honore tractor:
& nomen meum cælo conditum terrenis ſordibus propha-
natur. Nimirum communi numinis piamento vicariæ ve-
nerationis incertum ſuſtinebo, & imaginem meam cir-
cumferet puella moritura. Fruſtra me paſtor ille, cuius
iuſtitiam fidemq; magnus comprobauit Iupiter, ob eximiam
ſpeciem tantis prætulit deabus. Sed non adeò gaudens iſta
quæcunque eſt, meos honores vſurpabit. Iam faxo huius
etiam ipſius illicitæ formoſitatis pœniteat. Et vocat confe-
ſtim puerum ſuum, pinnatum illum, & ſatis temerarium:
qui malis ſuis moribus contempta diſciplina publica, flam-
mis & ſagittis armatus, per alienas domos nocte diſcur-
rens, & omnium matrimonia corrumpens, impunè com-
mittit tanta flagitia, & nihil prorſus boni facit. Hunc,

quam-

quamquam genuina licentia procacem, verbis quoque inſuper ſtimulat. Perducit ad illam ciuitatem, & Pſychem, hoc enim nomine puella nuncupabatur, coràm oſtendit. Et tota illa perlata de formoſitatis æmulatione fabula, gemens ac fremens indignatione: Per ego te, inquit, maternæ caritatis fœdera deprecor, per tuæ ſagittæ dulcia vulnera, per flammæ iſtius mellitas vredines, vindictam tuæ parenti ſed plenam tribue: & pulcritudinem contumacem reuerenter vindica; idq; vnum, & præ omnibus vnicum volens effice. Virgo iſta amore flagrantiſſimo teneatur hominis extremi; quem & dignitatis & patrimonij ſimul, & incolumitatis ipſius fortuna damnauit: tamq; infirmi, vt per totum orbem non inueniat miſeriæ ſuæ comparem. Sic effata, & oſculis hiantibus filium diu ac preſſulè ſauiata, proximas oras reflui littoris petit, plantiſq; roſeis vibrantium fluctuũ ſummum rorem calcauit. Ecce iam profundi maris vdo reſedit vertice: & ipſum quod incipit velle, ſtatim, quaſi pridem præcepit, non moratur marinum obſequium. Adſunt Nerei filiæ, chorum canentes, & Portunus cærulis barbis hiſpidus, & grauis piſcoſo ſinu Salacia, auriga paruulus delphini Palæmon; iam paſſim maria perſultantes Tritonum cateruæ, hic concha ſonaci leniter buccinat: ille ſerico tegmine flagrantiæ Solis obſiſtit inimici: alius ſub oculis dominæ ſpeculum prægerit; currus biiuges alij ſubnatant. Talis ad Oceanum pergentem Venerem comitatur exercitus. Interea Pſyche cum ſua ſibi perſpicua pulcritudine nullum decoris ſui fructum percipit. Spectatur ab omnibus, laudatur ab omnibus: nec quiſquam, non rex, non regius, nec de plebe ſaltem, cupiens eius nuptiarum petitor accedit. Mirantur quidem diuinam ſpeciem, ſed vt ſimulacrum fabrè politum, mirantur omnes. Olim duæ maiores ſorores, quarum temperatam formoſitatem nulli diffamarant populi, procis regibus deſponſæ, iam beatas nuptias adeptæ: ſed Pſyche virgo vi-

go vidua domi reſidens, deflet deſertam ſuam ſolitudinem, ægra corporis, animi ſaucia; &, quamuis gentibus totis complacitam, odit in ſe ſuam formoſitatem. Sed infortunatiſsimæ filiæ miſerrimus pater, ſuſpectatis cæleſtibus odijs & iræ ſuperûm metuens, dei Mileſij vetuſtiſsimum percontatur oraculum: & tanto numine precibus & victimis ingratæ virgini petit nuptias & maritum. Sed Apollo, quamquam Græcus & Ionicus, propter Mileſiæ conditorem, ſic Latina ſorte reſpondit:

Montis in excelſi ſcopulo deſiſte puellam
  Ornatam mundo funerei thalami:
Nec ſperes generum mortali ſtirpe creatum,
  Sed ſæuum atque ferum, vipereúmque malum;
Qui pennis volitans ſuper æthera, cuncta fatigat,
  Flammáque & ferro ſingula debilitat:
Quem tremit ipſe Iouis; quo numina terrificantur,
  Fluminaque horreſcunt, & Stygiæ tenebræ.

Rex olim beatus, affatu ſanctæ vaticinationis accepto, piger, triſtiſq; retro domum pergit, ſuæque coniugi præcepta ſortis enodat infauſtæ. Mæretur, fletur, lamentatur diebus pluſculis. Sed diræ ſortis iam vrgent tetri effectus. Iam feralium nuptiarum miſerrimæ virgini choragium ſtruitur. Iam tedæ lumen atræ fuliginis cinerem arceſsit: & ſonus tibiæ Zygiæ mutatur in querulum Lydij modum; cantuſque lætus Hymenæi lugubri finitur vlulatu: & puella nuptura deterget lacrymas ipſo ſuo flammeo. Sic affectæ domus triſte fatum, cuncta etiam ciuitas congemebat, luctuq; publico confeſtim congruens edicitur iuſtitium. Sed monitis cæleſtibus parendi neceſsitas miſellam Pſychem ad deſtinatam pœnam efflagitabat. Perfectis igitur feralis thalami cum ſummo mærore ſolemnibus, toto proſequente populo, viuum producitur funus: & lacrymoſa Pſyche comitatur non nuptias, ſed exequias ſuas. Ac, dum mæſti parentes, &

tanto

tanto malo perciti, nefarium facinus perficere contantur, ipſa illa filia talibus eos adhortatur vocibus: Quid infelicem ſenectam fletu diutino cruciatis? quid ſpiritum veſtrum, qui magis meus eſt, crebris eiulatibus fatigatis? quid lacrymis inefficacibus ora mihi veneranda fœdatis? quid laceratis in veſtris oculis mea lumina? quid canitiem ſcinditis? quid pectora, quid vbera ſancta tunditis? Hic erunt vobis egregiæ meæ formoſitatis præclara præmia. Inuidiæ nefariæ letali plaga percuſſi, ſerò ſentitis. Cùm gens & populi celebrarent nos diuinis honoribus, cum nouam me Venerem ore conſono nuncuparent: tunc dolere, tunc flere, tunc me iam quaſi peremptam lugere debuiſtis. Iam ſentio, iam video, ſolo me nomine Veneris periſſe. Ducite me, &, cui ſors addixit, ſcopulo ſiſtite. Feſtino felices iſtas nuptias obire; feſtino generoſum illum maritum meum videre. Quid differo? quid detrecto venientem, qui totius orbis exitio natus eſt? Sic profata virgo, conticuit: ingreſſuq́; iam valido pompæ populi proſequentis ſeſe miſcuit. Itur ad conſtitutum ſcopulum montis ardui: cuius in ſummo cacumine ſtatutam puellam cuncti deſerunt: tedasque nuptiales, quibus præluxerant, ibidem lacrymis ſuis extinctas relinquentes, deiectis capitibus domuitionem parant. Et miſeri quidem parentes eius tanta clade defeſſi, clauſæ domus abſtruſi tenebris, perpetuæ nocti ſeſe dedidere. Pſychem autem pauentem ac trepidam, & in ipſo ſcopuli vertice deflentem, mitis aura molliter ſpirantis Zephyri, vibratis hinc inde laciniis, & reflato ſinu ſenſim leuatam, ſuo tranquillo ſpiritu vehens, paulatim per deuexa excelſæ vallis ſubditæ florentis ceſpitis gremio leniter delapſam, reclinat.

L. APVLEII METAMORPHOSEON SIVE DE ASINO AVREO

LIBER QVINTVS.

PSYCHE teneris & herboſis locis, in ipſo toro roſcidi graminis, ſuauè recubans, tanta mentis perturbatione ſedata, dulcè conquieuit. iamq; ſufficienti recreata ſomno, placidiore reſurgit animo. Videt lucum proceris & vaſtis arboribus conſitum: videt fontem vitreo latice placidum, medio luci meditullio. Propè fontis adlapſum domus regia eſt, ædificata non humanis manibus, ſed diuinis artibus. Iam ſcies ab introitu primo, Dei cuiuſpiam luculentum & amœnum videre te diuerſorium. Nam ſumma laquearia citro & ebore curioſe cauata, ſubeunt aureæ columnæ. parietes omnes argenteo cælamine conteguntur, beſtiis & id genus pecudibus occurrentibus ob os introeuntium. Mirus prorſum magnæ artis homo, imò ſemideus, vel certè Deus, qui magnæ artis ſubtilitate tantum efferauit argentum. Enimuerò pauimenta ipſa lapide pretioſo cæſim diminuto, in varia picturæ genera diſcriminantur. Vehementer, iterum ac ſæpius beatos illos, qui ſuper gemmas & monilia calcant. Iam ceteræ partes longè lateq; diſpoſitæ domus, ſine pretio pretioſæ, totiq; parietes ſolidati maſſis aureis, ſplendore proprio coruſcant; vt diem ſuum ſibi domus faciat, licet Sole nolente: ſic cubicula, ſic porticus, ſic ipſæ valuæ fulgurant. Nec ſecius opes ceteræ maieſtati domus reſpondent; vt equidem illud rectè videatur, ad conuerſationem humanam

magno

magno Ioui fabricatum cæleſte palatium. Inuitata Pſyche talium locorum oblectatione, propius acceßit: & paulo fidentior, intra limen ſeſe facit. Mox, perlectante ſtudio pulcerrimæ viſionis, miratur ſingula. Et altrinſecus ædium horrea ſublimi fabrica perfecta, magniſq; congeſta gazis conſpicit. Nec eſt quidquam, quod ibi non eſt. Sed præter ceteram tantarum diuitiarum admirationem, hoc erat præcipue mirificum, quod nullo vinculo, nullo clauſtro, nullo cuſtode totius orbis theſaurus ille muniebatur. Hic ei ſumma cum voluptate viſenti offert ſeſe vox quædam corporis ſui nuda: Et, quid, inquit, domina tantis obſtupeſcis opibus? tua ſunt hic omnia. Prohinc cubiculo te refer, & lectulo laßitudinem refoue, & ex arbitrio lauacrum pete. Nos, quarum voces accipis, tuæ famulæ, ſedulò tibi præminiſtrabimus; nec corporis curatæ tibi regales epulæ morabuntur. Senſit Pſyche diuinæ prouidentiæ beatitudinem: monitusq́ue voces informes audiens, & prius ſomno, & mox lauacro fatigationem diluit. Viſoq; ſtatim proximo ſemirotundo, ſuggeſtum propter, inſtrumentum cœnatorium rata, refectui ſuo commodum, libens accumbit. Et illico vini nectarei, eduliorumq; variorum fercula copioſa, nullo ſeruiente, ſed tantum ſpiritu quodam impulſa ſubminiſtrantur. Nec quemquam tamen illa videre poterat, ſed verba tantum audiebat excidentia, & ſolas voces famulas habebat. Poſt opimas dapes quidam introceßit, & cantauit inuiſus; & alius cithara pulſauit, quæ videbatur nec ipſa. Tunc modulatæ multitudinis conſerta vox aures eius affertur; vt, quamuis hominum nemo pareret, chorus tamen eſſe pateret. Finitis voluptatibus, veſpera ſuadente, concedit Pſyche cubitum. Iamq; prouecta nocte, & clemens quidam ſonus aures eius accidit. Tunc virginitati ſuæ pro tanta ſolitudine metuens, & pauet, & horreſcit: & quouis malo plus timet, quod ignorat. Iamq; aderat ignobilis maritus,

& torum inſcenderat, & vxorem ſibi Pſychem fecerat, &
ante lucis exortum properè diſceſſerat: ſtatim voces cubi-
327 culo præſtolatæ, nouam nuptam interfectæ virginitatis cu-
rant. Hic diutino tempore ſic agebantur. Atque, vt eſt na-
turæ redditum, nouitas per aſsiduam conſuetudinẽ delecta-
tionem eius commendarat: & ſonus vocis incertæ ſolitudi-
nis erat ſolatium. Interea parentes eius indeſeſſo luctu, at-
que mœrore conſeneſcebant. Latiusq; porrecta fama, ſoro-
res illæ maiores cuncta cognorant: propereq; mœſtæ atque
lugubres, deſerto Lare, certatim ad parentum ſuorum con-
ſpectum, affatumq; perrexerant. Ea nocte ad ſuam Pſy-
chem ſic infit maritus: namque præter oculos, & manibus
328 & auribus ſentiebatur: Pſyche dulciſsima, & cara vxor,
exitiabile tibi periculum minatur Fortuna ſæuior, quod
obſeruandum preſsiore cautela cenſeo. Sorores iam tuæ mor-
tis opinione turbatæ, tuumq; veſtigium requirentes, ſcopu-
lum iſtum protinus adiere. Quarum ſi quas fortè lamenta-
tiones acceperis, neque reſpondeas, immò nec proſpicias om-
nino. Ceterùm, mihi quidem grauiſsimum dolorem, tibi
verò ſummum creabis exitium. Annuit, & ex arbitrio ma-
161 riti ſe facturam ſpopondit. Sed eo ſimul cum nocte dilapſo,
diem totum lacrymis ac plangoribus miſella conſumit: ſe
nunc maximè prorſus periſſe iterans, quæ beati carceris cu-
329 ſtodia ſepta, & humanæ conuerſationis colloquio viduata,
ne ſororibus quidem ſuis de ſe mœrentibus opem ſalutarem
ferre, ac ne videre eas quidem omnino poſſet. Nec lauacro,
nec cibo, nec vlla denique refectione recreata, flens vber-
tim, deceſsit ad ſomnum. Nec mora, cùm paulo maturius
lectum maritus accubans, eamq; etiamnunc lacrymantem
complexus, ſic expoſtulat: Hiccine mihi pollicebare Pſyche
mea? Quid iam de te tuus maritus expecto? quid ſpero? Et
perdia, & pernox, nec inter amplexus coniugales deſinis
cruciatus. Age iamnunc vt voles, & animo tuo damnoſa

poſcen-

poſcenti pareto : tamen memineris meæ ſeriæ monitionis, cùm cœperis ſerò pœnitere. Tunc illa precibus, & dum ſe morituram comminatur, extorquet à marito, cupitis annuat: vt ſorores videat, luctus mulceat, ora conferat. Sic ille nouæ nuptæ precibus veniam tribuit; & inſuper, quibuſcumque vellet, eas auri vel monilium donare conceßit. Sed identidem monuit, ac ſæpe terruit, ne quando ſororum pernicioſo conſilio ſuaſa, de forma mariti quærat : néue ſe ſacrilega curioſitate, de tanto fortunarum ſuggeſtu peſſum deiiciat; nec ſuum poſtea contingat amplexum. Gratias egit marito. iamq; lætior animo: Sed prius, inquit, centies moriar, quàm tuo iſto dulcißimo connubio caream. Amo enim, & efflictim te, quicumq; es, diligo; atque, vt meum ſpiritum, nec ipſi Cupidini comparo. Sed illud etiam precibus meis oro largire, & illi tuo famulo præcipe Zephyro, ſimili vectura ſorores huc mihi ſiſtat. Et imprimens oſcula ſuaſoria, & ingerens verba mulcentia, & iungens membra cohibentia, hic etiam blanditiis aſtruit : Mellite mi marite, tuæ Pſyches dulcis anima. Vi ac poteſtate Veneris vſurus, inuitus ſuccumbit maritus, & cuncta ſe facturum ſpopondit. Atque etiam, luce proximante, de manibus vxoris euanuit. At illæ ſorores percontatæ ſcopulum locumq; illum, quò fuerat Pſyche deſerta, feſtinantes adueniunt : ibique deflebant oculos, & plangebant vbera; quoad crebris earum eiulatibus ſaxa cauteſq; parilem ſonum reſultarent. Iamq; nomine proprio ſororem miſeram ciebant : quoad ſono penetrabili vocis vlulabilis per prona delapſæ, amens & trepida Pſyche procurrit è domo. &, Quid, inquit, vos miſeris lamentationib. nequidquã affligitis? Quam lugetis, adſum. Lugubres voces deſinite, & diutinis lacrymis madentes genas ſiccate : tandẽ quippe, cùm iam poßitis, quam plangebatis, amplecti. Tunc vocatum Zephyrum, præcepti maritalis admonet. Nec mora, cùm ille parens imperio, ſtatim clemen-

clementiſſimis flatibus innoxia vectura deportat illas. Iam
mutuis amplexibus, & feſtinantibus ſauiis ſeſe perfruun-
tur: & illæ ſedatæ lacrymæ poſtliminiò redeunt, prolectan-
te gaudio. Sed & tectum, inquit, & Larem noſtrum lætæ
ſuccedite, & afflictas animas cum Pſyche veſtra recreate.
Sic allocuta, ſummas opes domus aureæ, locumq́; ſeruien-
334 tium populoſam familiam auribus earum, lauacroq́; pul-
cerrimo & inhumanæ menſæ lautitiis eas opiparè reficit; vt,
illarum prorſus cæleſtium diuitiarum copiis affluentibus ſa-
tiatæ, iam præcordiis penitus nutrirent inuidiam. Denique
altera earum ſatis ſcrupuloſè curioſeq́; percontari non de-
335 ſinit, quis illarum rerum cæleſtium dominus, quisue vel
qualis ipſius ſit maritus. Nec tamen Pſyche coniugale illud
præceptum vllo pacto temerat, vel pectoris arcanis exigit:
ſed è re nata confingit, eſſe iuuenem quemdam, & ſpecio-
ſum, commodum lanoſo barbitio genas inumbrantem, ple-
rumque rureſtribus & montanis venatibus occupatum. Et,
ne qua ſermonis præcedentis labe conſilium tacitum prode-
retur; auro facto, gemmoſisq́; monilibus onuſtas eas, ſtatim
vocato Zephyro tradit reportandas. Quo protinus perpe-
336 trato, ſorores egregiæ domum redeuntes, iamq́; gliſcentis
inuidiæ felle flagrantes, multa ſecum ſermonibus mutuis
perſtrepebant. Sic denique infit altera: En orba & ſæua &
iniqua Fortuna! hiccine tibi complacuit, vt vtroque paren-
te prognatæ, diuerſam ſortem ſuſtineremus? & nos qui-
337 dem, quæ natu maiores ſumus, maritis aduenis ancillæ dedi-
tæ, extorres & Lare & ipſa patria degamus, longè paren-
tum velut exulantes; hæc autem nouiſſima, quam fœtu ſa-
tiante poſtremus partus effudit, tãtis opibus & Deo marito
potita, quæ nec vti rectè tanta bonorum copia nouit? Vidi-
ſti ſoror, quanta in domo iacent, & qualia monilia: quæ
prænitent veſtes, quæ ſplendicant gemmæ, quantum præ-
338 terea paſſim calcatur aurum. Quòd ſi maritum etiam tam
formo-

formoſum tenet, vt aſſirmat; nulla nunc in orbe toto felicior viuit. Fortaſſis tamen procedente conſuetudine, & adfectione roborata, Deam quoque illam Deus maritus efficiet. Sic eſt hercules: ſic ſe gerebat, ferebatque. Iamiam ſurſum reſpicit, & Deam ſpirat mulier, quæ voces ancillas habet, & ventis ipſis imperat. At ego miſera, primùm patre meo ſeniorem maritum ſortita ſum, dein cucurbita glabriorem & quouis puero pumiliorem, cunctam domum ſeris & cathenis obditam cuſtodientem. Suſcipit alia: Ego verò maritum articulari etiam morbo complicatum, curuatumque, ac per hoc rariſsimè Venerem meam recolentem ſuſtineo, plerumque detortos & duratos in lapidem digitos eius perfricans, fomentis olidis, & pannis ſordidis, & fœtidis cataplaſmatis manus tam delicatas iſtas adurens, nec vxoris officioſam faciem, ſed medicæ laborioſam perſonam ſuſtinens. Et tu quidem ſoror videris quàm patienti, vel potius ſeruili, dicam enim liberè quod ſentio, hic perferas animo: enimuero ego nequeo ſuſtinere vlterius tam beatam Fortunam collapſam indignè. Recordare enim quàm ſuperbè, quàm arroganter nobiſcum egerit, & ipſa iactatione immodicæ oſtentationis, tumentem ſuum prodiderit animum: deq; tantis diuitiis exigua nobis in-vita proiecerit, confeſtimq; præſentia noſtra grauata, propelli, & efflari, exibilarique nos iuſſerit. Nec ſum mulier, nec omnino ſpiro, niſi eam peſſum de tantis opibus deiecero. At ſi tibi etiam, vt par eſt, inacuit noſtra contumelia; conſilium validum ambæ requiramus. Iamque iſta quæ ferimus, non parentibus noſtris, ac nec vlli demonſtremus alij: immò nec omnino quidquam de eius ſalute norimus. Sat eſt, quòd ipſæ vidimus, quæ vidiſſe pœnituit; nedum vt genitoribus & omnibus populis tam beatum eius differamus præconium. Nec ſunt enim beati, quorum diuitias nemo nouit. Sciet ſe non ancillas, ſed ſorores habere maiores. Et nunc quidem con-

tedamus

342 cedamus ad maritos ; & Lares pauperes noſtros / ſed plan
ſobrios , reuiſamus : denique cogitationibus preſſioribus in-
ſtructæ, ad ſuperbiam puniendam firmiores redeamus. Pla-
cet pro bono duabus malis malum conſilium: totiq́; illis tam
pretioſis muneribus abſconditis, comam trahentes, & , per
inde vt merebantur , ora lacerantes, ſimulatos redintegrant
fletus. Ac ſic parentes quoque, redulcerato prorſus dolore,
raptim deterrentes, veſania turgidæ, domus ſuas conten-
dunt : dolum ſceleſtum , immò verò paricidium ſtruentes
contra ſororem inſontem . Interea Pſychem maritus ille,
164 quem neſcit, rurſum ſuis illis nocturnis ſermonibus ſic com-
monet: Vidéſne quantum tibi periculum velitatur Fortuna
eminus? ac, niſi longè firmiter præcaues, mox comminus con-
gredietur. Perfidæ lupulæ magnis conatibus nefarias inſidias
tibi comparant : quarum ſumma eſt , vt te ſuadeant meos
explorare vultus; quos, vt tibi ſæpe prædixi, non videbis, ſi
videris. Ergo igitur ſi poſthac peſſimæ illæ Lamiæ noxiis ani-
343 mis armatæ venerint , venient autem ſcio : neque omnino
ſermonem conferas ; &, ſi id tolerare pro genuina ſimplici-
tate, proq́; animi tui teneritudine nō potueris, certè de ma-
rito nil quidquam vel audias , vel reſpondeas . Nam & fa-
miliam noſtram iam propagabimus , & hic adhuc infantu-
lus vterus geſtat nobis infantem alium: ſi texeris noſtra ſe-
creta ſilentio, diuinum, ſi prophanaueris, mortalem. Nun-
tio Pſyche læta florebat, & diuinæ ſobolis ſolatio plaudebat,
& futuri pignoris gloria geſtiebat , & materni nominis di-
gnitate gaudebat. Creſcentes dies & menſes exeuntes anxia
numerat : & ſarcinæ neſcia rudimenta miratur , de breui
344 punctulo tantum incrementulum locupletis vteri. Sed iam
peſtes illæ, teterrimæq́; Furiæ anhelantes vipereum virus, &
feſtinantes , impia celeritate nauigabant . Tunc ſic iterum
momentarius maritus ſuam Pſychem admonet : Dies vlti-
mus, & caſus extremus, & ſexus infeſtus , & ſanguis ini-
micu

nicus iam ſumpſit arma, & caſtra commouit, & aciem direxit, & claſsicum perſonauit. Iam mucrone diſtricto iugulum tuum nefariæ tuæ ſorores petunt. Heu quantis vrgemur cladibus Pſyche dulciſsima! Tui noſtriq; miſerere: religioſaq; continentia, domum, maritum, teque, & iſtum paruulum noſtrum imminentis ruinæ infortunio libera. nec illas ſceleſtas feminas, quas tibi poſt internecinum odium & calcata ſanguinis fœdera ſorores appellare non licet, vel videas, vel audias; cum, more Sirenũ ſcopulo prominentes, funeſtis vocibus ſaxa perſonabunt. Suſcipit Pſyche, ſingultu lacrymoſo ſermonem incertans: Iamdudũ, quod ſciam, fidei atque parciloquij mei perpendiſti documenta: nec eo ſecius approbabitur tibi nunc etiam firmitas animi mei. Tu modò Zephyro noſtro rurſum præcipe, fungatur obſequio; &, in vicem denegatæ ſacroſanctæ imaginis tuæ, redde ſaltem conſpectum ſororum, per iſtos cinnameos & vndique pendulos crines tuos, per teneras & teretes & mei ſimiles genas, per pectus neſcio quo calore feruidum. Sic in hoc ſaltem paruulo cognoſcam faciem tuam, ſupplicis anxiæ piis precibus erogatus germani complexus indulge fructum, & tibi deuotæ dicatæq; Pſyches animam gaudio recrea. nec quidquam amplius in tuo vultu requiro. Iam nil officiunt mihi nec ipſæ nocturnæ tenebræ. Teneo te meum lumen. His verbis & amplexibus mollibus decantatus maritus, lacrymaſq; eius ſuis crinibus detergens, facturum ſpopondit: & præuertit ſtatim lumen naſcentis diei. Iugum ſororium conſponſæ factionis, nec parentibus quidem viſis, rectà de nauibus ſcopulum petunt illũ, præcipiti cum velocitate: nec venti ferentis operta præſentiam, licentioſa cum temeritate proſiliunt in altum. Nec immemor Zephyrus regalis edicti, quamuis inuitus, ſuſceptas eas gremio ſpirantis auræ, ſolo reddidit. At illæ incontatæ, ſtatim conſerto veſtigio domum penetrant, complexæq; ſuam prædam, ſorores nomine mentientes,

347 tientes, theſaurumq; penitus abditæ fraudis vultu læto te-
gentes, ſic adulant: Pſyche, non ita vt pridem paruula, &
ipſa iam mater es. Quantum putas boni nobis geris in iſta
348 perula? quantis gaudiis totam domum noſtram hilarabis!
O nos beatas, quas infantis aurei nutrimenta lætabunt! qui
ſi parentum, vt oportet, pulcritudini reſponderit, prorſus
Cupido naſcetur. Sic affectione ſimulata, paulatim ſororis
inuadunt animum. Statimque eas laßitudine viæ ſedilibus
refotas, & balnearum vaporoſis fontibus curatas, pulcerri-
mo triclinio, mirisqúe illis & beatis edulibus atque tucetis
oblectat. Iubet citharam loqui, pſallitur: tibias agere, ſona-
349 tur: choros canere, cantatur. Quæ nullo præſente cuncta
dulciſsimis modulis animos audientium remulcebant. Nec
tamē ſceleſtarum feminarum nequitia vel ipſa mellita can-
tus dulcedine mollita conquieuit: ſed ad deſtinatam frau-
dium pedicam ſermones cōferentes, diſsimulanter occipiunt
ſciſcitari qualis ei maritus, & vnde natalium ſectacula pro-
350 ſueniret. Tunc illa ſimplicitate nimia priſtini ſermonis oblita,
nouum commentum inſtruit. Atq; maritum ſuum de pro-
uincia proxima, magnis pecuniis negotiantem, iam medium
curſum ætatis agere, interſperſum rara canitie. Nec in ſer-
mone iſto tantillum morata, rurſum opiparis muneribus ea
onuſtas, ventoſo vehiculo reddidit. Sed dum Zephyri tran-
quillo ſpiritu ſublimatæ domum redeunt, ſic ſecum alter-
cantes: Quid ſoror dicimus de tam monſtroſo fatuæ illius
351 mendacio? Tunc adoleſcēs, modò florenti lanugine barbam
inſtruens; nunc ætate media, candenti canitie lucidus. Quis
ille, quem temporis modici ſpatium repentina ſenecta refor-
mauit? Nil aliud reperies, mi ſoror, quàm vel mendacium
iſtam peßimam feminam confingere, vel formam mariti
ſui neſcire. Quorum vtrum verum eſt, opibus iſtis quam-
primum exterminanda eſt. Quòd ſi viri ſui faciem ignorat,
Deo profectò denupſit; & Deum nobis prægnatione iſta ge-

rit.

Certè ſi diuini puelli, quod abſit, hæc mater erit; ſtatim me laqueo nexili ſuſpendam. Ergo interim ad parentes noſtros redeamus, & exordio ſermonis huius quàm concolores fallacias adtexamus. Sic inſlammatæ, parentibus faſtidienter appellatis, & nocte turbatis vigiliis perditæ, matutinò ſcopulum peruolant: & inde ſoliti venti præſidio vehementer deuolant; lacrymiſq; preſſura palpebrarum coactis, hoc aſtu puellam appellant: Tu quidem felix, & ipſa tanti mali ignorantia beata, ſedes incurioſa periculi tui: nos autem, quæ peruigili cura rebus tuis excubamus, cladibus tuis miſere cruciamur. Pro vero namque comperimus, nec te, ſociæ ſcilicet doloris, caſuſq; tui, celare poſſumus, immanem colubrum, multinodis voluminibus ſerpẽtem, veneno noxio collaſſanguinantem, biantem ingluuie profunda, tecum noctibus latenter acquieſcere. Nunc recordare ſortis Pythicæ, quæ te trucis beſtiæ nuptijs deſtinatam eſſe clamauit. Et multi coloni, quiq; circumſecus venantur, & accolæ plurimi videre eum veſpera redeuntem è paſtu, proximique fluminis vadis innatantem. Nec diu blandis alimoniarum obſequiis te ſaginari omnes affirmant: ſed, cùm primùm prægnationem tuam plenus maturauerit vterus, opimiore fructu præditam deuoraturum. At hic iam tua eſt exiſtimatio, vtrum ſororibus pro tua cara ſalute ſollicitis adſentiri velis, & declinata morte nobiſcum ſecura periculi viuere, an ſæuiſſimæ beſtiæ ſepeliri viſceribus. Quòd ſi te ruris huius vocalis ſolitudo, vel clandeſtinæ Veneris fœtidi periculoſique concubitus, & venenati ſerpentis amplexus delectant; certè piè ſorores noſtrum fecerimus. Tunc Pſyche miſella, vtpote ſimplex, & animi tenella, rapitur verborum tam triſtium formidine: &, extra terminum mentis ſuæ poſita, prorſus omnium mariti monitionum, ſuarumq; promiſſionum memoriam effudit, & in profundum calamitatis ſeſe præcipitauit: tremenſq;, & exangui colore lurida, tertiata verba

ſemianimi voce ſubſtrepens, ſic ad illas ait: Vos quidem cariſſimæ ſorores, vt par erat, in officio veſtræ pietatis permanetis: verùm & illi qui talia vobis affirmant, non videntur mihi mendacium fingere. Nec enim vmquam viri mei vidi faciem, vel omnino cuiatis ſit noui; ſed tantum nocturnis ſubaudiens vocibus, maritum incerti ſtatus, & prorſus lucifugam tolero, beſtiamq; aliquam rectè dicentibus vobis maritum conſentio. Méque magnopere ſemper à ſuis terret aſpectibus, malumqúe grande de vultus curioſitate præminatur. Nunc, ſi quam ſalutarem opem periclitanti ſorori veſtræ poteſtis afferre, iamnunc ſubſiſtite. Ceterùm incuria ſequens prioris prouidentiæ beneficia corrumpit. Hunc nactæ, iam portis patentibus, nudatum ſororis animum facinoroſæ mulieres, omiſſis tectæ machinæ latibulis, deſtrictis gladiis fraudium, ſimplicis puellæ pauentes cogitationes inuadunt. Sic denique altera: Quoniam nos originis nexus pro tua incolumitate periculum quidem vllum ante oculos habere compellit: viam, quæ ſola deducit iter ad ſalutem, diu diuqúe cogitatam monſtrabimus tibi. Nouaculam præacutam, ad pulſum etiam palmulæ lenientis exaſperatam, tori qua parte cubare conſueſti, latenter abſconde: lucernámque concinnem, completam oleo, claro lumine præmicantem, ſubde aliquo claudentis aulææ tegmine. Omniqúe iſto apparatu tenaciſſimè diſſimulato, poſtquam ſulcatos intrahens greſſus cubile ſolitum conſcenderit, iamqúe porrectus, & exordio ſomni prementis implicitus altum ſoporem flare cœperit; toro delapſa, nudóque veſtigio penſilem gradum paululatim minuens, cæcæ tenebræ cuſtodia liberata lucerna, præclari tui facinoris opportunitatem de luminis conſilio mutuare: & ancipiti telo illo, audaciter prius dextera ſurſum elata, niſu quam valido noxij ſerpentis nodum ceruicis & capitis abſcide. Nec noſtrum tibi deerit ſubſidium: ſed cùm primùm illius morte ſalutem tibi feceris, anxiæ præ-

ſtolabimur: cunctiq́ue ocyus tecum relatis, votiuis nuptiis hominem te iungemus homini. Tali verborũ incendio flammata viſcera ſororis iam prorſus ardentis deſerentes ipſæ protinus, tanti mali cõſcium ſibi etiam eximiè metuentes, flatus alitis impulſu ſolito porrectæ ſuper ſcopulum, ilicò pernici ſe fuga proripiunt: ſtatimq́ue conſcenſis nauibus abeunt. At Pſyche relicta ſola, niſi quòd infeſtis Furiis agitata, ſola nõ eſt, æſtu pelagi ſimiliter mærendo fluctuat: &, quamuis ſtatuto conſilio, & obſtinato animo, iam tum facinoroſas manus admouens; adhuc incerta conſilij titubat, multiſq́ue calamitatis ſuæ diſtrahitur affectibus. Feſtinat, differt; audet, trepidat, diffidit, iraſcitur: &, quod eſt vltimum, in eodem corpore odit beſtiam, diligit maritum. Veſpera tamen iam noctem trahente, præcipiti feſtinatione nefarij ſceleris inſtruit apparatum. Nox aderat, & maritus aderat, primiſq́ue Veneris prælijs velitatus altum ſoporem deſcenderat. Tunc Pſyche, & corporis & animi alioquin infirma, Fati tamen ſæuitia ſubminiſtrante, viribus roboratur: &, prolata lucerna, & arrepta nouacula, ſexum audacia mutauit. Sed, cùm primùm luminis oblatione tori ſecreta claruerunt; videt omniũ ferarum mitiſſimam dulciſſimamq́ue beſtiam, ipſum illum Cupidinem formoſum Deum formosè cubantem: cuius aſpectu lucernæ quoque lumen hilaratum increbuit, & acuminis ſacrilegi nouaculæ prænitebat. At verò Pſyche tanto aſpectu deterrita, & impos animi, marcido pallore defecta, tremenſq́ue decedit in imos poplites; & ferrum quærit abſcondere, ſed in ſuo pectore. Quod profectò feciſſet, niſi ferrum, timore tanti flagitij, manibus temerariæ delapſum euolaſſet. Iámque laſſa, ſalute defecta, dum ſæpius diuini vultus intuetur pulcritudinem, recreatur animi. Videt capitis aurei genialem cæſariem ambroſia temulentam, ceruices lacteas, genaſq́; purpureas pererrantes crinium globos decoriter impeditos,

alios antependulos, alios retropendulos: quorum ſplendore nimio fulgurante, & ipſum lumen lucernæ vacillabat. Per humeros volatilis Dei pinnæ roſcidæ, micanti flore candicant; &, quamuis alis quieſcentibus, extimæ plumulæ tenellæ ac delicatæ tremulè reſultantes, inquietè laſciuiunt. ceterùm corpus glabellum, atque luculentum, & quale peperiſſe Venerem non pœnitet. Ante lectuli pedes iacebat arcus, & pharetra, & ſagittæ, magni Dei propitia tela. Quæ dum inſatiabili animo Pſyche ſatis curioſa rimatur atque pertractat, & mariti ſui miratur arma: depromit vnam de pharetra ſagittam, & puncto pollicis extremam aciem periclitabunda, trementis etiamnunc articuli nixu ſortiore pupugit altius; vt per ſummam cutem rorauerint paruulæ ſanguinis roſei guttæ. Sic ignara Pſyche, ſponte in Amoris incidit amorem. Tunc magis magiſque cupidine flagrans Cupidinis, prona in eum efflictim inhians, patulis ac petulantibus ſuauiis feſtinanter ingeſtis, de ſomni menſura metuebat. Sed, dum bono tanto percita, ſaucia mente fluctuat; lucerna illa, ſiue perfidia peßima, ſiue inuidia noxia, ſiue quod tale corpus contingere, & quaſi baſiare & ipſa geſtiebat: euomuit de ſumma luminis ſui ſtillam feruentis olei, ſuper humerum Dei dextrum. Hem audax & temeraria lucerna, & amoris vile miniſterium! ipſum ignis totius Deum aduris: cùm te ſcilicet amator aliquis, vt diutius cupitis etiam nocte potiretur, primus inuenerit. Sic inuſtus exiluit Deus, viſaque detectæ fidei colluuie, prorſus ex oculis & manibus infelicißimæ coniugis tacitus auolauit. At Pſyche ſtatim reſurgentis eius crure dextro manibus ambabus arrepto, ſublimis euectionis appendix miſeranda, & per nubilas plagas penduli comitatus extrema conſequia, tandem feſſa delabitur ſolo. Nec Deus amator humi iacentem deſerens, inuolauit proximam cupreſſum, deq; eius alto cacumine ſic eam grauiter commotus affatur: Ego quidem

ſimpli-

ſimpliciſsima Pſyche, parẽtis meæ Veneris præceptorũ immemor, quæ te miſeri extremiq; hominis deuinctam cupidine, inſimo matrimonio addici iuſſerat, ipſe potius amator aduolaui tibi. Sed hic feci leuiter ſcio: & præclarus ille ſagittarius, ipſe me telo meo percuſsi: teq; coniugem meã feci, vt beſtia ſcilicet tibi viderer, & ferro caput excideres meum, quod iſtos amatores tuos oculos gerit? Hic tibi identidem ſemper cauenda cenſebam, hic beniuolè remonebam. Sed illæ quidem conſiliatrices egregiæ tuæ, tam pernicioſi magiſterij dabunt actutum mihi pœnas: te verò tantum fuga mea puniuero. Cum termino ſermonis, pinnis in altum ſe proripuit. Pſyche verò humi proſtrata, & quantum viſu poterat, volatus mariti proſpiciens, extremis affligebat lamentationibus animum. Sed vbi remigio plumæ, captu maritum proceritas ſpatij fecerat alienum; per proximi fluminis marginem præcipitem ſeſe dedit. Sed mitis fluuius, in honorem Dei ſcilicet, qui & ipſas aquas vrere conſueuit, metuens ſibi, confeſtim eam innoxio volumine ſuper ripam florentem herbis expoſuit. Tunc fortè Pan deus ruſticus iuxta ſupercilium amnis ſedebat, complexus hic humo Cannam deam, eámque voculas omnimodas edocens recinere. Proximè ripam vago paſtu laſciuiunt comam fluuij tondentes capellæ. Hirtuoſus deus ſauciam Pſychem, atque defectam, vtcunque caſus eius non inſcius, clementer ad ſe vocatam, ſic permulcet verbis lenientibus: Puella ſcitula, ſum quidem ruſticanus & opilio, ſed ſenectutis prolixæ beneficio multis experimentis inſtructus. Verùm, ſi rectè coniecto, quod profectò prudẽtes viri diuinationem autumant, ab iſto titubante & ſæpius vacillante veſtigio, déque nimio pallore corporis, & aſsiduo ſuſpiritu, immò & ipſis mærentibus oculis tuis: amore nimio laboras. Ergo mihi auſcultæ: nec te rurſus præcipitio, vel vllo mortis accerſito genere perimas. Luctum deſine, & pone mærorem: precibuſq; potius

Cupidinem Deorum maximum percole; &, vtpote adole-
ſcentem delicatum luxurioſumq;, blandis obſequiis prome-
rere. Sic locuto Deo paſtore, nullo ſermone reddito, ſed ado-
rato tantum numine ſalutari, Pſyche pergit ire. Sed ante-
quàm multum viæ laboranti veſtigio pererraſſet; inſcio
quodam tramite iam delabente, accedit quamdam ciuita-
tem, in qua regnum maritus vnius ſororis eius obtinebat.
Quare cognita Pſyche, nuntiari præſentiam ſuam ſorori
deſiderat: mox inducta, alternis amplexibus mutuæ ſalu-
tationis expletis, percontanti cauſas aduentus ſui, ſic inci-
369 pit: Meminiſti conſilium veſtrum, ſcilicet quo mihi ſuaſi-
ſtis, vt beſtiam, quæ mariti mentito nomine mecum quieſ-
cebat, priuſquam ingluuie voraci me miſellam hauriret,
ancipiti nouacula perimerem. Sed cùm primùm, vt æquè
placuerat, conſcio lumine vultus eius aſpexi; video mirum
diuinumq; prorſus ſpectaculum: ipſum illum deæ Veneris fi-
lium, ipſum, inquam, Cupidinem leni quiete ſopitum. At
dum tanti boni ſpectaculo percita, & nimia voluptatis co-
pia turbata, fruendi laborarem inopia; caſu ſcilicet peſſimo,
lucerna feruens oleum rebulliuit in eius humerum. Quo
dolore ſtatim ſomno recuſſus, vbi me ferro & igni conſpe-
xit armatam, Tu quidem, inquit, ob iſtud tam dirum fa-
370 cinus, confeſtim toro meo diuorte, tibiq; res tuas habeto.
Ego verò ſororem tuam, & nomen, quo tu cenſeris, aiebat,
iam mihi confeſtim arra atque his nuptiis coniugabo. Et
ſtatim Zephyro præcipit, vltra terminos me domus eius ef-
flaret. Necdum ſermonem Pſyche finierat: illa veſanæ libi-
dinis & inuidiæ noxiæ ſtimulis agitata, præconcinnato men-
dacio fallens maritum, quaſi de morte parentum aliquid
comperiſſet, ſtatim nauem aſcendit: & ad illum ſcopulum
protinus pergit; &, quamuis alio vento flante, cæca ſpe ta-
men inhians, Accipe me, dicens, Cupido dignam te coniu-
gem: & tu Zephyre ſuſcipe dominam: ſaltu ſe maxima
præci-

præcipitem dedit. Nec tamen ad illum locum, vel ſaltem mortua, peruenire potuit. Nam per ſaxa cautium membris iactatis atque diſsipatis, &, perinde vt merebatur, laceratis viſceribus ſuis, alitibus beſtiiſq; obuium ferens pabulum, interijt. Nec vindictæ ſequentis pœna tardauit. Nam Pſyche errabundo rurſus gradu peruenit ad ciuitatẽ aliam, in qua pari modo ſoror morabatur alia. Nec ſecius & ipſa fallaciæ germanitatis inducta, & in ſororis ſceleratas nuptias æmula feſtinauit ad ſcopulum: inq; ſimile mortis exitium cecidit. Interim dum Pſyche quæſitioni Cupidinis intenta, populos circuibat. at ille vulnere lucernæ dolens, in ipſo thalamo matris iacens ingemebat. Tunc auis peralba illa Gauia, quæ ſuper fluctus marinos pinnis natat, demergit ſeſe properè ad Oceani profundum gremium. Ibi commodùm Venerem lauantem natantemq; propter aſsiſtens, indicat aduſtum filium eius graui vulnere, dolore mærentem, dubium ſalutis iacere: iamq; per cunctorum ora populorum rumoribus conuitiiſq; variis omnem Veneris familiam malè audire: quòd ille quidem montano ſcortatu, tu verò marino natatu ſeceſſeritis. Ac per hoc non Voluptas illa, non Gratia, non Lepos, ſed incompta, & agreſtia, & horrida cuncta ſint: non nuptiæ coniugales, non amicitiæ ſociales, non liberûm caritates, ſed enormis eluuies, & ſqualentium fœderum inſuaue faſtidium. Hic illa verboſa & ſatis curioſa auis, in auribus Veneris filium lacerans exiſtimationem, ganniebat. At Venus irata ſolidùm exclamat repentè: Ergo iam ille bonus filius meus habet amicam aliquam? Prome, age tu quæ ſola mihi ſeruis amanter, nomen eius quæ puerum ingenuum & inueſtem ſollicitauit; ſiue illa de Nympharum populo, ſeu de dearum numero, ſeu de Muſarum choro, vel de mearum Gratiarum miniſterio. Nec loquax illa conticuit auis; ſed, Neſcio, inquit, domina. puto puellam, ſi probè memini, Pſyches nomine dicitur, efflictè cu-

BIBLIOTECA DE LA FACULTAD DE LETRAS

pere. Tunc indignata Venus exclamauit: Vel maximè Pſy-
chem illam, meæ formæ ſuccubam, mei nominis æmulam,
374 verè diligit. Nimirum illud incrementum lenam me puta-
uit, cuius monſtratu puellam illam cognoſceret. Hic quiri-
tans propiter emergit à mari, ſuumq́; protinus aureum
thalamum petijt: & reperto, ſicut audierat, ægroto puero,
iam inde à foribus quàm maximè boans: Honeſta, inquit,
hæc, & natalibus noſtris, bonæq́; tuæ frugi congruentia? Vt
primùm quidem tuæ parentis, immò dominæ præcepta cal-
cares, nec ſordidis amoribus inimicam meam cruciares; ve-
142 375 rùm etiam hoc ætatis puer, tuis licentioſis & immaturis
iungeres amplexibus; vt ego nurum ſcilicet tolerarem inimi-
cam. Sed vtique præſumis nugo & corruptor, & inamabi-
lis, te ſolum generoſum, nec me iam per ætatem poſſe con-
cipere. Velim ergo ſcias, multo te meliorem filium alium
genituram; immò, vt contumeliam magis ſentias, aliquem
de meis adoptaturam vernulis: eiq́ue donaturam iſtas pin-
nas, & flammas, & arcum, & ipſas ſagittas, & omnem
meam ſupellectilem, quam tibi non ad hos vſus dederam.
Nec enim de patris tui bonis, ad inſtructionem iſtam quid-
quam conceſſum eſt. Sed malè prima pueritia inſtructus es,
& acutas manus habes, & maiores tuos irreuerenter pul-
ſaſti toties; & ipſam matrem tuam, me inquam ipſam,
parricida denudas cotidie: & percuſſiſti ſæpius, & quaſi vi-
376 duam vtique contemnis. nec vitricum tuum, fortiſſimum
illum maximumq́; bellatorem metuis. quidni! cui ſæpius,
in angorem mei pellicatus, puellas propinare conſueuiſti.
Sed faxo te luſus huius pæniteat, & ſentias acidas & ama-
ras nuptias iſtas. Sed nunc irriſui habita quid agam? quò
me conferam? quibus modis ſtellionem iſtum cohibeam? Pe-
tam ne auxilium ab inimica mea Sobrietate, quam propter
huius ipſius luxuriam offendi ſæpius? aut ruſticæ ſqualen-
tisq́; feminæ colloquium prorſus adhibendum eſt? Horreſco:
nec

nec tamen vindictæ ſolatium tantum ſpernendum eſt. Illa mihi prorſus adhibenda eſt, nec vlla alia: quæ caſtiget aſperrimè nugonem iſtum: pharetram explicet, & ſagittas dearmet, arcum denodet, tædam deflammet; immò & ipſum corpus eius acrioribus remediis coerceat. Tunc iniuriæ meæ litatum crediderim, cum eius comas, quas iſtis manibus meis ſubinde aureo nitore perſtrinxi, deraſerim: pinnas, quas meo gremio nectarei fontis infeci, prætotonderim. Sic effata, foras ſeſe proripit infeſta, & ſtomachata biles Venereas. Sed eam protinus Ceres & Iuno comitantur: viſamq; vultu tumido, quæſiuere, cur truci ſupercilio tantam venuſtatē micantium oculorū coerceret? At illa, Opportunè, inquit, ardenti prorſus iſto meo pectori violentiam ſcilicet perpetrare venitis. Sed totis oro veſtris viribus Pſychem illam fugitiuam, volaticā, mihi requirite. Nec enim vos vtique domus meæ famoſa fabula, & non dicendi filij mei factum latuerint. Tunc illæ ignaræ quæ geſta ſunt, palpare Veneris iram ſæuientē ſic adortæ: Quid tale, domina, deliquit tuus filius, vt animo peruicaci voluptates illius impugnes: &, quam ille diligit, tu quoque perdere geſtias? Quod autem, oramus, iſti crimē, ſi puellæ lepidæ libenter arriſit? An ignoras, eum maſculū & iuuenem eſſe, vel certè iam quot ſit annorum oblita es? An quòd ætatem portat bellulè, puer tibi ſemper videtur? Mater autem tu, & præterea cordata mulier, filij tui luſus ſemper explorabis curioſè, & in eo luxuriē culpabis, & amores reuinces, & tuas artes tuasq; delicias in formoſo filio reprehendes? Quis autē Deûm, quis hominū patietur, paſſim cupidines populis diſſeminantē, cùm tuæ domus amores amare coerceas, & vitiorū muliebrium publicam præcludas officinam? Sic illæ metu ſagittarum, patrocinio gratioſo Cupidini, quamuis abſenti, blandiebantur. Sed Venus indignata ridiculè tractari ſuas iniurias, præuerſis illis, altè rurſus concito gradu, pelago viam capeſſit.

L. APVLEII METAMORPHOSEON SIVE DE ASINO AVREO

LIBER SEXTVS.

INTEREA Pſyche variis iactabatur diſcurſibus, dies noctesq; mariti veſtigationibus inquieta, animo tanto cupidior; &, iratum licet, ſi nō vxoris blanditiis lenire, certè ſeruilibus precibus propitiare. Et, proſpecto templo quodam in ardui montis vertice, Vnde autem, inquit, ſcio, an iſtic meus degat dominus? Et illico dirigit citatū gradum: quem defectum prorſus aßiduis laboribus ſpes incitabat, & votum. Iámque gnauiter emenſis celſioribus iugis, puluinaribus ſeſe proximam intulit. Videt ſpicas frumentarias in aceruo, & alias flexibiles in corona: & ſpicas ordei videt. erant & falces, & operæ meſſoriæ modus omnis; ſed cuncta paßim iacentia, & incuria confuſa, &, vt ſolet, æſtu laborantium manibus proiecta. Hic ſingula Pſyche curioſè diuidit, & diſcretim remota ritè componit: rata ſcilicet, nullius dei fana & cerimonias neglegere ſe debere, ſed omnium beniuolam miſericordiam corrogare. Hic eam ſollicitè ſedulóque curantem, Ceres alma deprehendit: & longùm exclamat protinus: Ah, Pſyche miſeranda! totum per orbem Venus anxia diſquiſitione tuum veſtigium furens animi requirit: téque ad extremum ſupplicium expetit, & totis numinis ſui viribus vltionem flagitat. Tu verò rerum mearum tutelam nunc geris, & aliud quidquam cogitas, niſi de tua ſalute? Tunc Pſyche pedes eius aduoluta, & vberi fletu rigans

gans

gans Deæ veſtigia, humumque verrens crinibus ſuis, multiiugis precibus editis veniã poſtulabat: PER ego te frugiferam tuam dextrã iſtam deprecor, per lætificas meſſium cerimonias, per tacita ſacra ciſtarum, & per famulorum tuorum draconum pinnata curricula, & glebæ Siculæ ſulcamina, & currum rapacem, & terram tenacem, & illuminarum Proſerpinæ nuptiarum demeacula, & luminoſarum filiæ inuentionum remeacula, & cetera quæ ſilentio tegit Eleuſis Atticæ ſacrarium, miſerandæ Pſyches animæ, ſupplicis tuæ, ſubſiſte. inter iſtam ſpicarum congeriem patere vel pauculos dies deliteſcam; quoad Deæ tantæ ſæuiens ira ſpatio temporis mitigetur, vel certè meæ vires diutino labore feſſæ, quietis interuallo leniantur. Suſcipit Ceres: Tuis quidem lacrymoſis precibus & commoueor, & opitulari cupio; ſed cognatæ meæ, cum qua etiam antiquum fœdus amicitiæ colo, bonæ prætereà feminæ malam gratiam ſubire nequeo. Decede itaque iſtis ædibus protinus: &, quòd à me retenta cuſtoditaq; non fueris, optimi conſule. Contra ſpem ſuam repulſa Pſyche, & afflicta duplici mæſtitia, iter retrorſum porrigens, inter ſubſitæ conuallis ſublucidum lucum proſpicit fanum ſolerti fabri cõſtructum: nec vllam vel dubiam ſpei melioris viam volens omittere, ſed adire cuiuſcunque Dei veniam, ſacratis foribus proximat. Videt dona ſpecioſa, & lacinias auro litteratas, ramis arborũ poſtibuſq; ſuffixas: quæ cum gratia facti, nomẽ Deæ cui fuerant dicata teſtabãtur. Tunc genu nixa, & manibus aram tepentem amplexa, deterſis antè lacrymis, ſic adprecatur.

MAGNI Iouis germana & coniuga: ſiue tu Sami, quæ querulo partu vagituq; & alimonia tua gloriatur, tenes vetuſta delubra; ſiue celſæ Carthaginis, quæ te virginem vectura leonis cælo commeantem percolit, beatas ſedes frequentas; ſiue prope ripas Inachi, qui te iam nuptam Tonantis, & reginam dearum memorat, inclytis Argiuorum præſi-

præſides mœnibus: quam cunctus oriens Zygiam veneratur, & omnis occidens Lucinam appellat: ſis meis extremis caſibus Iuno Soſpita, meq́ in tantis exantlatis laboribus deſeſſam, imminentis periculi metu libera. quòd ſciam, ſoles prægnantibus periclitantibus vltro ſubuenire. Ad iſtũ modum ſupplicanti ſtatim ſeſe Iuno cum totius ſui numinis auguſta dignitate præſentat. & protinus, Quàm vellem, inquit, Pſyche, nutum meum precibus tuis accommodare: ſed contra voluntatem Veneris, nurus meæ, quam filiæ ſemper dilexi loco, præſtare me pudor non ſinit. tunc etiam legibus, quæ ſeruos alienos profugos inuitis dominis vetant ſuſcipi, prohibeor. Iſto quoque Fortunæ naufragio Pſyche perterrita, nec indipiſci iam maritum volatilem quiens, tota ſpe ſalutis depoſita, ſic ipſa ſuas cogitationes conſuluit: Iam quæ poſſunt alia meis ærumnis tentari vel adhiberi ſubſidia, cui nec Dearum quidem, quamquam volentium, potuerunt prodeſſe ſuffragia? Quò rurſum itaque, tantis laqueis incluſa, veſtigiũ porrigam: quibusq́ tectis, vel etiam tenebris abſcondita, magnæ Veneris ineuitabiles oculos effugiam? Quin igitur maſculam tandem ſumis animum, & caſſæ ſpeculæ renuntias fortiter, & vltroneam te dominæ tuæ reddis, & vel ſera modeſtia ſæuientes impetus eius mitigas? Qui ſcias, an etiam, quem diu quæritas, illic in domo matris reperias? Sic ad dubium obſequium, immò ad certum exitium præparata, principium futuræ ſecum meditabatur obſecrationis. At Venus terrenis remediis inquiſitionibus abnuens, cælum petit. Iubet conſtrui currum, quem ei Vulcanus ſubtili fabrica ſtudioſe poliuerat, & ante thalami rudimentum nuptiale munus obtulerat, limæ tenuantis detrimento conſpicuum, & ipſius auri damno pretioſum. De multis, quæ circa cubiculum dominæ ſtabulant, procedunt quatuor candidæ columbæ, & hilaris inceſſibus picta colla torquentes, iugum gemmeum ſubeunt: ſuſceptaq́

domi-

domina lætæ ſubuolant. Currum Deæ proſequentes gannitu conſtrepenti laſciuiunt paſſeres: & ceteræ quæ dulcè canticant aues, melleis modulis ſuauè reſonantes, aduentum Deæ pronuntiant. Cedunt nubes, & cælum filiæ panditur: & ſummus æther cum gaudio ſuſcipit Deam. nec obuias aquilas, vel accipitres rapaces pertimeſcit magnæ Veneris canora familia. Tunc ſe protinus ad regias Iouis arces dirigit, & petitu ſuperbo Mercurij dei vocalis operæ neceſſariam vſuram poſtulat. Nec renuit Iouis cærulum ſupercilium. Tunc ouans ilico, comitante etiam Mercurio, Venus cælo demeat, eiq; ſollicitè ſerit verba: Frater Arcadi, ſcis nempe ſororem tuam Venerem ſine Mercurij præſentia nil vnquam feciſſe: nec te præterit vtique quanto iam tempore deliteſcentem ancillam nequiuerim reperire. Nil ergo ſupereſt, quàm tuo præconio præmium inueſtigationis publicitùs edicere. Fac ergo mandatum matures meum, & indicia quibus poſſit cognoſci, manifeſtè deſignes; ne, ſiquis occultationis illicitæ crimen ſubierit, ignorantiæ ſe poſſit excuſatione defendere. Et ſimul dicens, libellum ei porrigit, vbi Pſyches nomen continebatur, & cetera. Quo facto, protinus domum ſeceſſit. Nec Mercurius omiſit obſequium. nam per omnium ora populorũ paſſim diſcurrens, ſic mandatæ prædicationis munus exequebatur: SI quis à fuga retrahere, vel occultam demonſtrare poterit fugitiuam regis filiam, Veneris ancillam nomine Pſychem, conueniat retro metas Murtias Mercurium prædicatorem, accepturus indicij nomine ab ipſa Venere ſeptem ſauia ſuauia, & vnum blandientis adpulſum linguæ longè mellitum. Ad hunc modum pronuntiante Mercurio, tanti præmij cupido certatim omnium mortalium ſtudium arrexerat. Quæ res nunc vel maximè ſuſtulit Pſyches omnem contationem. Iámque fores eius dominæ proximanti occurrit vna de famulatione Veneris, nomine Conſuetudo: ſtatimq;, quantum maximè potuit,

potuit, exclamat : Tandem ancilla nequiſsima , domin
habere te ſcire cœpiſti? An pro cetera morum tuorum tem
ritate , iſtud quoque neſcire te fingis , quantos labores cir
tuas inquiſitiones ſuſtinuerimus? Sed bene , quòd meas p
tiſsimùm manus incidiſti , & inter Orci cancros iam ipſ
adhæſiſti; datura ſcilicet actutùm contumaciæ tantæ pœna
Et audaciter in capillos eius immiſſa manu , trahebat ea
nequaquam renitentem. Quam vbi primùm inductam, o
latamq́ ſibi conſpexit Venus, latiſsimum cachinnum ext
lit, & qualem ſolent furenter irati : caputq́ quatiens , &
adſcalpens aurem dexteram , Tandem , inquit , dignata
ſocrum tuam ſalutare? An potius maritum , qui vulne
tuo periclitatur , interuiſere veniſti? Sed eſto ſecura : ia
enim excipiam te, vt bonam nurum condecet. & , Vbi , in
quit, Sollicitudo atque Triſtities , ancillæ meæ . Quibus in
tròuocatis torquendam tradidit eam. At illæ ſequentes he
le præceptum , Pſychem miſellam flagellis afflictam , & c
teris tormentis excruciatam,iterum dominæ conſpectui red
dunt. Tunc rurſus ſublato riſu Venus, Et ecce, inquit , n
bis turgidi ventris ſui lenocinio commouet miſerationem
vnde me præclara ſobole, auiam beatam ſcilicet faciat . Fe
lix verò ego , quæ in ipſo ætatis meæ flore vocabor auia: &
vilis ancillæ filius, nepos Veneris audiet . quamquam inept
ego, fruſtra filium dicam. Impares enim nuptiæ,& prætere
ea in villa ſine teſtibus , & patre non conſentiente factæ
legitimæ non poſſunt videri : ac per hoc ſpurius iſte naſce
tur ; ſi tamen partum omnino proferre te patiemur . Hi
editis, inuolat in eam, veſtemq́ pluriſariam diloricat : ca
pilloq́ diſciſſo, & capite conquaſſato, grauiter affligit. &
accepto frumento & ordeo , & milio , & papauere , & ci
cere, & lente, & faba , commixtisq́ aceruatim confuſisq
in vnum glomulum , ſic ad illam : Videris enim mihi ta
deformis ancilla , nullo alio , ſed tantum ſedulo miniſteri

amato

amatores tuos promereri: iam ego & ipſa frugem tuam periclitabor. Diſcerne ſeminum iſtorum paſſiuam congeriem: ſingulisq; granis ritè diſpoſitis, atque ſeiugatis, ante iſtam veſperam opus expeditum approbato mihi. Sic aſſignáto tantorum ſeminum cumulo, ipſa cænæ nuptiali conceſſit. Nec Pſyche manus admolitur inconditæ illi & inextricabili moli; ſed immanitate præcepti conſternata, ſilens obſtupeſcit. Tunc formicula illa paruula, atque ruricola, certatim difficultatis tantæ laborisq; miſerta, contubernalis magni Dei ſocrusq; ſæuitiam execrata, diſcurrens gnauiter conuocat, corrogatqúe cunctam formicarum accolarū claſſem: Miſeremini terræ omniparentis agiles alumnæ, miſeremini; & Amoris vxori puellæ lepidæ periclitanti prompta velocitate ſuccurrite. Ruunt aliæ, ſuperq; aliæ ſepedum populorum vndæ, ſummoq; ſtudio ſingulæ granatim totum digerunt aceruum: ſeparatimq; diſtributis, diſſitiſqúe generibus, è conſpectu perniciter abeunt. Sed initio noctis è conuiuio nuptiali vino madens, & flagrans balſama Venus remeat, totumq; reuincta corpus roſis micantibus, viſaq; diligentia miri laboris; Non tuum, inquit, nequiſſima, nec tuarum manuum iſtud opus, ſed illius, cui tuo, immò & ipſius malo placuiſti. Et, fruſto cibarij panis ei proiecto, cubitum faceſſit. Interim Cupido ſolus interioris domus vnici cubiculi cuſtodia clauſus, coercebatur acriter: partim, ne petulanti luxurie vulnus grauaret; partim, ne cum ſua cupita conueniret. Sic ergo diſtinctis, & ſub vno tecto ſeparatis amatoribus, tetra nox exantlata. Sed aurora commodùm inequitanti, vocatæ Pſychæ Venus infit talia: Vidéſne illud nemus, quod fluuio præterluenti, ripisq; longis attenditur: cuius imi gurgites vicinum fontem deſpiciunt? oues ibi nitentes, aurique colore florentes, incuſtodito paſtu vagantur. Inde de coma pretioſi velleris floccum mihi confeſtim quoquomodo quæſitum afferas cenſeo. Perrexit Pſyche

volenter, nō obſequium quidem illa functura, ſed requie
malorum præcipitio fluuialis rupis habitura. Sed inde de flu-
uio Muſicæ ſuauis nutricula, leni crepitu dulcis auræ diuini-
tus inſpirata, ſic vaticinatur Arundo viridis: Pſyche, tan
ærumnis exercita, neque tua miſerrima morte meas ſancta
403 aquas polluas, nec verò contra formidabiles oues iſtius ori
feras aditum; quoad de Solis flagrantia mutuato calore, tru-
ci rabie ſolent efferri, cornuq; acuto, & fonte ſaxea, &
nonnumquam venenatis morſibus in exitium ſæuire mor-
talium. ſed dum meridies Solis ſedauerit vaporem, & pe-
cua ſpiritus fluuialis ſerenitate conquieuerint, poteris ſu
illa proceriſſima platano, quæ mecum ſimul vnum fluen-
404 tum bibit, latenter te abſcondere: &, cum primùm miti-
gata furia laxauerint oues animum, percuſſis frondibus a-
tigui nemoris, lanoſum aurum reperies, quod paſſim ſtirpi-
bus connexum obhæreſcit. Sic Arundo ſimplex & humana
Pſychem ægerrimam ſalutem ſuam docebat. Nec auſcul-
tu pænitendo diligenter inſtructa illa, ceſſauit; ſed obſerua
omnibus, furatrina facili, flauentis auri mollitie congeſtu
gremium Veneri reportat. Nec tamen apud dominam ſa-
tem ſecundi laboris periculum, ſecundum teſtimonium m-
ruit; ſed contortis ſuperciliis ſubridens amarùm, ſic inquit:
Nec me præterit huius quoque facti auctor adulterinus. Se
iamnunc ego ſedulò periclitabor, an oppidò forti animo, ſin-
gularíq; prudentia ſis prædita. Vidésne inſiſtētem celſiſſim
illi rupi montis ardui verticem, de quo fontis atri fuſcæ de-
fluunt vndæ, proximæq; cōceptaculo vallis incluſæ Stygi
irrigant paludes, & pauca Cocyti fluenta nutriunt? Inde
405 dem mihi de ſummi fontis penita ſcaturigine rorem rige-
tem hauritum iſta confeſtim deferto vrnula. Sic aiens, cry-
ſtallo dedolatum vaſculum, inſuper ei grauiora comminata
tradidit. At illa ſtudioſe gradum celerans, montis extre-
mum petit cumulum; certè vel illic inuentura vitæ peſſimæ
finem

finem. Sed cum primùm prædicti iugi conterminos locos appulit: videt rei vaſtæ letalem difficultatem. Namque ſaxum immani magnitudine procerum, & inacceſſa ſalebritate lubricum, mediis è faucibus lapidis fontes horridos euomebat: qui ſtatim proni foraminis laciniis editi, perq́; procliue delapſi, & anguſti canalis exerto contecti tramite, proximam conuallem latenter incidebant. dextera læuaq́; cotibus cauatis proſerpunt, & longa colla porrecti ſæui dracones, inconniuæ vigiliæ luminibus addictis, & in perpetuam lucem pupillis excubantibus. Iamq́; & ipſæ ſemet muniebant vocales aquæ. nam &, Diſcede, &, Quid facis? vide, &, Quid agis? Caue, & Fuge, & Peribis, ſubinde clamant. Sic impoſſibilitate ipſa mutata in lapidem Pſyche, quamuis præſenti corpore, ſenſibus tamen aberat: &, inextricabilis periculi mole prorſus obruta, lacrymarum etiam extremo ſolatio carebat. Nec Prouidentiæ bonæ graues oculos innocentis animæ latuit ærumna. Nam primi Iouis regalis auis illa, repentè, propanſis vtrimq́; pinnis, affuit rapax aquila: memorq́ue veteris obſequij, quo ductu Cupidinis Ioui pocillatorem Phrygium ſuſtulerat, opportunam ferens opem, Deique numen in vxoris laboribus percolens, alti culminis Diales vias deſerit. ob os puellæ præuolans, incipit: At tu ſimplex alioquin, & expers rerum talium, ſperasne te ſanctiſſimi, nec minus truculenti fontis, vel vnam ſtillam poſſe furari, vel omnino contingere? Dijs etiam, ipſiq́ue Ioui formidabiles aquas iſtas Stygias, vel fando comperiſti? quodq́ue vos deieratis per numina Deorũ, Deos per Stygis maieſtatem ſolere? Sed cedo iſtam vrnulam. Et protinus arreptam, completamq́; feſtinanter, libratiq́; pinnarum nutantium molibus, inter genas ſæuientium dentium, & triſulca vibramina draconum, remigium dextra læuaq́; porrigens, nolentes aquas, & vt abiret innoxius præmonentes, excipit: commentus, ob iuſſum Veneris petere, eiq́; ſe præ-

miniſtrare. quare paulo facilior adeundi fuit copia. Sic acceptam cum gaudio plenam vrnam Pſyche Veneri citata retulit. Nec tamen nutum Deæ ſæuientis vel tunc expiare potuit. nam ſic eam, maiora atque peiora flagitia comminans, appellat renidens exitiabile: Iam tu quidem videris magna quædam mihi & alta prorſus malefica, quæ talibus præceptis meis obtemperaſti nauiter. Sed adhuc iſtud, mea pupula, miniſtrare debebis. Sume iſtam pyxidem: &, dedit protinus: vſque ad Inferos & ipſius Orci ferales penates te dirige. tunc conferens pyxidem Proſerpinæ, Petit de te Venus, dicito, modicum de tua mittas ei formoſitate, vel ad vnam ſaltem dieculam ſufficiens. nam quod habuit, dum filium curat ægrotum, conſumpſit atque contriuit omne. Sed haud immaturius redito: quia me neceſſe eſt indidem delinitam, theatrum Deorum frequentare. Tunc Pſyche vel maximè ſenſit vltimas fortunas ſuas: &, velamento reiecto, ad promptum exitium ſeſe compelli manifeſtè comperit. quidni? quæ ſuis pedibus vltro ad Tartarum Maneſq; demeare cogeretur. Nec contata diutius, pergit quampiam turrim præaltam, indidem ſe datura præcipitem: ſic enim rebatur, ad Inferos rectè atque pulcerrimè ſe poſſe deſcendere. Sed turris prorumpit in vocem ſubitam: Ecquid te, inquit, præcipitio miſella quæris extinguere? quidquè iam nouiſſimo periculo, laboriquè iſto temerè ſuccumbis? Nam ſi ſpiritus corpore tuo ſemel fuerit ſeiugatus, ibis quidem profectò ad imum Tartarum, ſed inde nullo pacto redire poteris. Mihi auſculta. Lacedæmon Achaiæ nobilis ciuitas non longè ſita eſt. huius conterminam, deuiis abditam loci quære Tænarum. inibi ſpiraculum Ditis, & per portas hiantes monſtratur iter inuium: cui te limine tranſmeatam ſimul commiſeris, iam canale directo pergis ad ipſam Orci regiam. Sed non hactenus vacua debebis per illas tenebras incedere, ſed offas polentæ mulſa concretas ambabus

geſtan

geſtare manibus, ac in ipſo ore duas ferre ſtipes. Iamq; confecta bona parte mortiferæ viæ, continuaueris claudum aſinum lignorum gerulum, cum agaſone ſimili: qui te rogabit, decidenti ſarcinæ fuſticulos aliquos porrigas ei. ſed tu nulla voce deprompta, tacita præterito. Nec mora, cùm ad flumen mortuum venies, cui præfectus Charon protinus expetens portorium, ſic ad ripam vlteriorem ſutili cymba deducit commeantes. Ergo & inter mortuos auaritia viuit? nec Charon ille, Ditis pater, tantus deus, quidquam gratuitò facit; & pauper moriens viaticum debet quærere; &, as ſi fortè præ manu non fuerit, nemo eum expirare patietur? Huic ſqualido ſeni dabis nauli nomine de ſtipibus, quas feres, alteram: ſic tamē, vt ipſe ſua manu de tuo ſumat ore. Nec ſecius tibi pigrum fluentum tranſmeanti, quidam ſupernatans ſenex mortuus, putris attollens manus, orabit, vt eum intra nauigium trahas. nec tu tamen illicita affectare pietate. Tranſito fluuio, modicùm te progreſſam textrices orabunt anus, telam ſtruentes, manus pauliſper accommodes. nec id tamen tibi contingere fas eſt. Nam hic omnia tibi, & multa alia de Veneris inſidiis orientur, vt vel vnam de manibus committas offulam. Nec putes futile iſtud polentarium damnum leue. altera enim perdita, lux hæc tibi prorſus denegabitur. Canis namque pergrandis triiugo & ſatis amplo capite præditus, immanis & formidabilis, tonantibus oblatrans faucibus, mortuos, quibus iam nil mali poteſt facere, fruſtra territando, ante ipſum limen & atra atria Proſerpinæ ſemper excubans, ſeruat vacuam Ditis domum. Hunc offrenatum vnius offulæ præda, facilè præteribis: ad ipſamq; protinus Proſerpinam introibis: quæ te comiter excipiet, ac benignè; vt & molliter aſidere, & prandium opiparè ſuadeat ſumere. Sed tu & humi reſide, & panem ſordidum petitu eſto: deinde nuntiato quid aduenerit, ſuſceptoq; quod offeretur, rurſus remeans, canis ſæui-

tiem offulæ reliqua redime: ac deinde auaro nautæ data, quam reſeruaueras, ſtipe, tranſitoq́ue eius fluuio, recalcans priora veſtigia, ad iſtum cæleſtium ſiderum redies chorum. Sed inter omnia, hic obſeruandum præcipuè tibi cenſeo, ne velis aperire vel inſpicere illam, quam feres, pyxidem: vel omnino formoſitatis diuinæ abditum cures theſaurum. Sic turris illa vel propitia vaticinationis munus explicuit. Nec morata Pſyche, pergit Tænarum: ſumptisq́ue ritè ſtipibus illis, & offulis, infernum decurrit meatum: tranſitoque per ſilentium aſinario debili, & amnica ſtipe vectori data, neglecto ſupernatantis mortui deſiderio, & ſpretis textricum ſubdolis precibus, & offulæ cibo ſopita canis horrendi rabie, domum Proſerpinæ penetrat. Nec offerentis hoſpitæ ſedile dedicatum, vel cibum beatum amplexa; ſed ante pedes eius reſidens humilis, & cibario pane contenta, Veneream pertulit legationem. Statimq; ſecretò repletam concluſamq́ue pyxidem ſuſcipit, & offulæ ſequentis fraude caninis latratibus obſeratis, & reſiduæ nauitæ reddita ſtipe, longè vegetior ab Inferis recurrit. Et, repetita atque adorata candida iſta luce, quamquam feſtinans obſequium terminare, mente capitur temeraria curioſitate. Et ecce, inquit, inepta ego diuinæ formoſitatis gerula, quæ nec tantillum quidem indidem mihi delibo, vel ſic illi amatori meo formoſo placitura. Et cum dicto reſerat pyxidem. nec quidquam ibi rerum, nec formoſitas vlla, ſed infernus ſomnus, ac verè Stygius: qui ſtatim cooperculo reuelatus, inuadit eam craſſi ſoporis nebula. cunctis eius membris perfunditur, & in ipſo veſtigio ipſaq; ſemita conlapſam poſſidet. & iacebat immobilis, & nihil aliud quàm dormiens cadauer. Sed Cupido iam cicatrice ſolida reualeſcens, nec diutinam ſuæ Pſyches abſentiam tolerans, per artiſſimam cubiculi, quo cohibebatur, elapſus feneſtram, refectiſq; pinnis aliquanta quiete, longè velocius prouolans, Pſychem accurrit ſuam: deterſóque

ſomni

ſomno curioſè, & rurſum in priſtinam pyxidis ſedem recondito, Pſychem innoxio punctulo ſuæ ſagittæ ſuſcitat. Et ecce, inquit, rurſum perieras miſella ſimili curioſitate. Sed interim quidem tu prouinciam, quæ tibi matris meæ præcepto mandata eſt, exequere gnauiter: cetera egomet videro. His dictis, amator leuis in pinnas ſe dedit. Pſyche verò confeſtim Veneri munus reportat Proſerpinæ. Interea Cupido amore nimio pereſus, & ægra facie matris ſuæ repentinam ſobrietatem pertimeſcens, ad armile redit: aliſq; pernicibus cæli penetrato vertice, magno Ioui ſupplicat, ſuamq; cauſam probat. Tunc Iupiter, perpreſſa Cupidinis buccula, manuque ad os ſuum relata, conſauiat, atque ſic ad illum: Licet tu, inquit, domine fili, numquam mihi conceſſu Deûm decretum ſeruaris honorem: ſed iſtud pectus meum, quo leges elementorum & vices ſiderum diſponuntur, conuulneraris aſsiduis ictibus, crebriſq; terrenæ libidinis fœdaueris caſibus, contraq; leges, & ipſam Iuliam, diſciplinámque publicam turpibus adulteriis exiſtimationem famamq; meam læſeris, in ſerpentes, in ignes, in feras, in aues & gregalia pecua ſerenos vultus meos ſordidè reformando: attamẽ modeſtiæ meæ memor, quodque inter iſtas meas manus creueris, cuncta perficiam: dum tamen ſcias, æmulos tuos cauere: ac, ſi qua nunc in terris puella præpollet pulcritudine, præſentis beneficij vicem per eam mihi repenſare te debere. Sic fatus, iubet Mercurium Deos omnes ad concionem conuocare protinus, ac, ſi qui cœtu cæleſtium defuiſſet, in pœnam decem milium nummorum conuentum iri pronuntiare. Quo metu ſtatim completo cæleſti theatro, pro ſede ſublimi ſedens procerus Iupiter, ſic enuntiat: Dei conſcripti Muſarum albo, adoleſcentem iſtum, quem manibus meis alumnatus ſum, profectò ſcitis omnes: cuius primæ iuuentutis caloratos impetus freno quodam coercendos exiſtimaui. Sat eſt quotidianis eum fabulis, ob adulteria, cun-

ctasq́; corruptelas infamatum tollenda eſt omnis occaſio,&
luxuria puerilis nuptialibus pedicis colliganda. Puellam ele-
183 git, & virginitate priuauit: teneat, poßideat, amplexu
426 Pſychem ſemper ſuis amoribus perfruatur. Et ad Venerem
collocata facie, Nec tu, inquit, filia quidquam contriſtare:
nec proſapiæ tantæ tuæ, ſtatuq́ue de matrimonio morta
metuas. Iam ſaxo nuptias non impares, ſed legitimas, &
iure ciuili congruas. Et illico per Mercuriũ arripi Pſychem,
& in cælũ perduci iubet. Porrecto ambroſiæ poculo, Sume,
inquit, Pſyche, & immortalis eſto: nec vnquam digredietur
à tuo nexu Cupido, ſed iſtæ vobis erunt perpetuæ nuptiæ.
Nec mora, cùm cæna nuptialis affluens exhibetur. Accum-
bebat ſummum torum maritus, Pſychem gremio ſuo com-
plexus. ſic & cum ſua Iunone Iupiter, ac deinde per ordi-
427 nem toti Dei. Tunc poculum nectaris, quod vinum Deo-
rum eſt, Ioui quidem ſuus pocillator ille ruſticus puer, cete-
ris verò Liber miniſtrabat. Vulcanus cænam coquebat: Ho-
ræ roſis & ceteris floribus purpurabant omnia: Gratiæ ſpa-
gebant balſama: Muſæ quoque canora perſonabant. Apol-
428 cantauit ad citharam: Venus ſuaui Muſicæ ſuperingreſſa
formoſa ſaltauit: ſcena ſibi ſic concinnata, vt Muſæ quide
429 chorum canerent, tibias inflaret Satyrus, & Paniſcus ad fi-
ſtulam diceret. Sic ecce Pſyche conuenit in manum Cupi-
dinis: & naſcitur illis maturo partu filia, quam Volupta-
430 tem nominamus. Sic captiuæ puellæ delira & temulenta a
narrabat anicula. Sed aſtans ego non procul, dolebam me
hercules, quod pugillares & ſtilum non habebam, qui ta
bellam fabellam prænotarem. Ecce, confecto neſcio quo g
ui prælio, latrones reueniunt onuſti: nonnulli tamen, imm
promptiores vulneratis domi relictis, & plagas recuran-
bus, ipſi ad reliquas occultatas in quadam ſpelunca ſarcin
vt aiebant, proficiſci geſtiunt. prandioq́; raptim tuburci
to, me & equum vectores rerum illarum futuros fuſti

exin

exinde tundentes, producunt in viam: multiſq́ue cliuis & amfractibus fatigatos, prope ipſam veſperam producunt ad quampiam ſpeluncam: vnde multis onuſtos rebus rurſum, ne breuiculo quidem tempore refectos, ob iter reducunt: tantáque trepidatione feſtinabant, vt me plagis multis obtundentes, propellentesque ſuper lapidem prope viam poſitum, deijcerent. vnde crebris æquè ingeſtis ictibus, dextero crure & vngula ſiniſtra me debilitatum, ægrè ad exurgendum compellunt. Et vnus, Quouſque, inquit, ruptum iſtum aſellum, nunc etiam claudum, fruſtra paſcemus? Et alius: Quid quòd & peſſimo pede domum noſtram acceſſit, nec quidquam idonei lucri exinde cepimus, ſed vulnera, & fortiſſimorum occiſiones. Alius iterum: Certè ego cumprimum ſarcinas iſtas, quanquam inuitus, pertulerit, protinus eum, vulturiis gratiſſimum pabulum futurum, præcipitabo. Dum ſecum mitiſſimi homines altercant de mea nece, iam & domum perueneramus. nam timor vngulas mihi alas fecerat. Tum quæ ferebamus amoliti properiter, nulla ſalutis noſtræ cura ac ne meæ quidem necis habita, comitibus adſcitis, qui vulnerati remanſerant, dudum recurrunt: relaturi tædia vt aiebant, noſtræ tarditatis. Nec me tamen mediocris carpebat ſcrupulus, contemplatione comminatæ mihi mortis. & ipſe mecum: Quid ſtas Luci, vel quid iam nouiſſimum expectas? Mors, & hæc acerbiſſima, decreto latronum tibi comparata eſt. nec magno conatu res indiget. Vides iſtas ruinas proximas, & præacutas in his præminentes ſilices; quæ te penetrantes, quà decideris, membratim diſſipabunt. Nam & illa ipſa præclara Magia tua, non vultum laboresq́ue tibi tantum aſini, verùm corium non aſini craſſum, ſed hirundinis tenue membranulum circumdedit. Quin igitur maſculum tandem ſumis animum, tuæq́ue ſaluti dum licet conſulis? Habes ſummam opportunitatem fugæ, dum latrones abſunt. An cuſtodiam anus ſemimortuæ formidabis?

quam, licet claudi pedis tui calce vnica, finire poteris. Sed quò gentium capeſſetur fuga, vel hoſpitium quis dabit? Hæc quidem inepta, & prorſus aſinina cogitatio. quis enim viantium vectorem ſuum non libenter auferat ſecum? Et alacri ſtatim niſu lorum, quo fueram deſtinatus, abrumpo, meque quadrupedi curſu proripio. Nec tamen aſtutulæ anus miluinos oculos effugere potui. Nam, vbi me conſpexit abſolutum; capta ſuper ſexum & ætatem audacia, lorum prehendit, ac me deducere ac reuocare contendit. Nec tamen ego, memor exitiabilis propoſiti latronum, pietate vlla commoueor; ſed incuſſis in eam poſteriorum pedum calcibus protinus applaudo terræ. At illa quamuis humi proſtrata, tamen tenaciter loro inhærebat, vt me procurrente aliquantiſper, tractu ſui ſequeretur. & occipit ſtatim clamoſis vlulatibus auxilium validioris manus implorare. Sed fruſtra fletibus caſſum tumultum commouebat: quippe cum nullus adforet qui ſuppetias ei ferre poſſet, niſi ſola illa virgo capticia: quæ vocis exitu procurrens, videt hercules memorandi ſpectaculi ſcenam, non tauro, ſed aſino dependentem directè aniculam: ſumptaque conſtantia virili, facinus audet pulcerrimum. Extorto etenim loro manibus eius, me placitis gannitibus ab impetu reuocatum gnauiter inſcendit & ſic ad curſum rurſum incitat. Ego ſimul voluntariæ fugæ voto, & liberandæ virginis ſtudio, ſed & plagarum ſuaſu, quæ me ſæpiculè commonebant, equeſtri celeritate, quadrupedi curſu ſolum replaudens, virginis delicatas voculas adhinnire tentabam. Sed & ſcalpendi dorſi mei ſimulatione, nonnumquam obliquata ceruice pedes decoros puellæ baſiabam. Tunc illa ſuſpirans altius, cælumque ſollicito nutu petens, Vos, inquit, Superi tandem meis ſupremis periculis opem facite: & tu Fortuna durior iam ſæuire deſine. Sat tibi miſeris iſtis cruciatibus meis litatum eſt. Tuque præſidium meæ libertatis, meæque ſalutis, ſi me domum peuexeris

uexeris incolumem, parentibuſqúe & formoſo proco reddideris, quas tibi gratias perhibebo, quos honores habebo, quos cibos exhibebo? Iam primùm iubam iſtam tuam probè pectinatam meis virginalibus monilibus adornabo; frontem verò criſpatam, prius decoriter diſcriminabo; caudæqúe ſetas incuria congeſtas & horridas, compta diligentia perpolibo: bulliſqúe te multis aureis inoculatum, veluti ſtellis ſidereis relucentem, & gaudiis popularium pomparum ouantem, ſinu ſerico progeſtans nucleos, edulia mitiora, te meum ſoſpitatorem cottidiè ſaginabo. Sed nec inter cibos delicatos, & otium profundum, vitæqúe totius beatitudinem, deerit tibi dignitas glorioſa. Nam memoriam præſentis Fortunæ meæ, diuinæq; Prouidentiæ, perpetua teſtatione ſignabo: & depictam in tabula fugæ præſentis imaginem meæ domus atrio dedicabo. Viſetur, & in fabulis audietur, doctorumq; ſtilis rudis perpetuabitur hiſtoria: ASINO VECTORE VIRGO REGIA FVGIENS CAPTIVITATEM. Accedes antiquis & ipſe miraculis. Credemus etiam exemplo tuæ veritatis, & Phryxum arieti ſupernataſſe, & Arionem delphino gubernaſſe, & Europam tauro ſupercubaſſe. Quod ſi verè Iupiter mugiuit in bouem; poteſt in aſino meo latêre aliquid, vel vultus hominis, vel facies Deorum. Dum hic idemtidem puella replicat, votiſqúe crebros intermiſcet ſuſpiratus; ad quoddam peruenimus triuium, vnde me arrepto capiſtro dirigere dextrorſum magnopere geſtiebat: quòd ad parentes eius ea ſcilicet iretur via. Sed ego gnarus, latrones illà ad reliquas commeaſſe prædas, retinebar fortiter: atque ſic in animo meo tacitus expoſtulabam: Quid facis infelix puella? quid agis? cur feſtinas ad Orcum? quid meis pedibus facere contendis? non enim te tantum, verùm etiam me perditum ibis. Sic nos diuerſa tendentes, & in cauſa finali, de proprietate ſoli, imò viæ exciſcundæ contendentes, rapinis ſuis onuſti coràm depreben-

prehendunt ipſi latrones : & ad Lunæ ſplendorem iam inde
longius cognitos, riſu magno ſalutant. & vnus è numero
ſic appellat : Quorſum iſtam feſtinanti veſtigio lucubratam
viam, nec noctis intempeſtæ Manes Laruaſque formidans?
An tu probiſsima puella parentes tuos interuiſere properas?
442 *Sed nos & ſolitudini tuæ præſidium præbebimus, & com-*
pendioſum ad tuos iter monſtrabimus. Et verbum manu ſe-
cutus, prenſo loro, retrorſum me circumtorquet : nec ba-
culi nodoſi, quem gerebat, ſuetis ictibus temperat. Tunc in-
443 *gratis ad promptum recurrens exitium, reminiſcor dolorem*
vngulæ, & occipio nutanti capite claudicare. Sed ecce, in-
quit ille qui me retraxerat, rurſum titubas & vacillas? &
putres iſti tui pedes fugere poſſunt, ambulare neſciunt? at
paulo antè pinnatam Pegaſi vincebas celeritatem. Dum ſic
mecum fuſtem quatiens benignus iocatur comes, iam domus
eorum extremam loricam perueneramus. Et ecce de qui-
dam ramo proceræ cupreſſus induta laqueum anus illa pen-
debat. Quam quidem detractam protinus, cum ſuo ſibi fu-
niculo deuinctam, dedere præcipitem : puellaque ſtatim di-
ſtenta vinculis, cœnam, quam poſtrema diligentia præpara-
uerat infelix anicula, ferinis inuadunt animis. Ac dum aui-
da ferocitate cuncta contruncant; iam incipiunt de noſtra
pœna, ſuaq́ vindicta ſecum conſiderare. &, vtpote in cœtu
turbulento, variæ fuere ſententiæ: vt primus viuam crema-
ri cenſeret puellam, ſecundus beſtiis obiici ſuaderet, tertius
444 *patibulò ſuffigi iuberet, quartus tormentis excarnificari præ-*
ciperet. certè calculo cunctorum vtcunque mors ei fuerat
deſtinata. Tunc vnus, omnium ſedato tumultu, placido ſer-
mone ſic orſus eſt. Nec ſectæ collegij, nec manſuetudini ſin-
gulorum, ac ne meæ quidem modeſtiæ congruit, pati vos vl-
tra modum, delictiq́ue ſæuire terminum: nec feras, nec cru-
ces, nec ignes, nec tormenta, ac ne mortis quidem matura-
tæ feſtinas tenebras accerſere. Meis itaque conſiliis auſcul-

tantes,

tantes, vitam puellæ, ſed quam meretur, largimini. Nec vos memoria deſeruit vtique, quòd iamdudum decreueritis de iſto aſino, ſemper pigro quidem, ſed manducone ſummo, nunc etiam mendaci fictæ debilitatis, & virginalis fugæ ſequeſtro, miniſtroque. Hunc igitur iugulare craſtino placeat, totiuſq; vacuefacto præcordiis, per mediam aluum nudam virginem, quam prætulit nobis, inſuere: vt ſola facie prominente, ceterum corpus puellæ nexu ferino coërceat; tunc ſuper aliquod ſaxum ſcrupoſum, inſiticium & ſartilem aſinum exponere, & Solis ardentis vaporibus tradere. ſic enim cuncta, quæ rectè ſtatuiſtis, ambo ſuſtinebunt: & mortem aſinus, quam pridem meruit; & illa morſus ferarum, cum vermibus membra laniabuntur; & ignis flagrantiam, cum Sol nimiis caloribus inflammarit vterum; & patibuli cruciatum, cum canes & vultures intima protrahent viſcera. Sed & ceteras eius ærumnas & tormenta numerate. Mortuæ beſtiæ ipſa viuens ventrem habitabit; tum fœtore nimio nares æſtuabunt: inediæ diutinæ letali fame tabeſcet; nec ſuis ſaltem liberis manibus mortem ſibi fabricare poterit. Talibus dictis, non pedibus, ſed totis animis latrones in eius vadunt ſententiam. Quam meis tam magnis auribus accipiens, quid aliud quàm meum craſtinum deflebam cadauer?

L. APVLEII METAMORPHOSEON SIVE DE ASINO AVREO

LIBER SEPTIMVS.

VT primùm tenebris abiectis, dies inalbebat, & candidum Solis curriculum cuncta conluſtrabat; quidam de numero latronum peruenit: ſic enim mutuæ ſalutationis officium indicabat. Is in primo ſpeluncæ aditu reſidens, & ex anhelitu recepto ſpiritu, talem collegio ſuo nuntium fecit: Quod ad domum Milonis Hypatini, quam proximè diripuimus, pertinet, diſcuſſa ſollicitudine iam poſſumus eſſe ſecuri. Poſtquam vos enim fortiſsimis viribus, cunctis ablatis, caſtra noſtra remeaſtis: immixtus ego turbulis popularium, dolentiq; atque indignanti ſimilis, arbitrabar ſuper inueſtigatione facti cuiuſmodi conſilium caperetur; & an, & quatenus latrones placeret inquiri: renuntiaturus vobis, vt mandaueratis, omnia. Nec argumentis dubiis, ſed rationibus probabilibus, congruo cunctæ multitudinis conſenſu, neſcio qui Lucius auctor manifeſtus facinoris poſtulabatur: qui proximis diebus, fictis commendaticiis literis, Miloni ſeſe, virum commentitus bonum, artius conciliauerat; vt etiam hoſpitio ſuſceptus, inter familiares intimos haberetur: pluſculiſque ibidem diebus demoratus, falſis amoribus ancillæ Milonis animum inrepens, ianuæ clauſtra ſedulò explorauerat, & ipſa membra, in quîs omne patrimonium condi ſolebat, curioſè perſpexerat. Nec exiguum ſcelerati monſtrabatur indicium. quippe cum eadem nocte, ſub ipſo fla-

giti

gitij momento, idem profugiſſet, nec exinde vſquam compareret. nam & præſidium fugæ, quo velocius, fruſtratis inſecutoribus, procul ac procul abderet ſeſe, eidem facile ſuppeditaſſe. equum namque illum ſuum candidum, vectorem futurum, duxiſſe ſecum. Plane ſeruum eius ibidem in hoſpitio repertum, ſcelerum conſiliorumq́; herilium futurum indicem, per magiſtratus in publicam cuſtodiam receptum, & altero die tormentis vexatum pluribus, ac pænè ad vltimam mortem excarnificatum, nihil quidquam rerum talium eſſe confeſſum. miſſos tamen in patriã Lucij illius multos numero, qui reum pœnas daturum ſceleris inquirerent. Hic eo narrante, veteris Fortunæ, & illius beati Lucij, præſentiſq́; ærumnæ & infelicis aſini facta comparatione, medullitus ingemebam. Subibatq́; me, non de nihilo veteris priſcæq́; doctrinæ viros finxiſſe, ac pronuntiaſſe, cæcam & prorſus exoculatam eſſe Fortunam: quæ ſemper ſuas opes ad malos & indignos conferat; nec vmquam iudicio quemquam mortalium eligat: imò verò cum his potiſſimum diuerſetur, quos, procul ſi videret, fugere deberet: quodq́ue cunctis eſt extremius, varias opiniones, immò cõtrarias nobis attribuat; vt & malus boni viri fama glorietur, & innocentiſſimus contrà noxiorum ore plectatur. Ego denique, quem ſæuiſſimus eius impetus in beſtiam, extremæ ſortis quadrupedem, deduxerat, cuiusq́; caſus etiam cuiuis iniquiſſimo dolendus, atque miſerandus meritò videretur, crimine latrocinij in hoſpitem mihi cariſſimum poſtulabar. Quod crimen non modò latrocinium, verumetiam parricidium quiſque rectius nominaret. Nec mihi tamen licebat cauſam meam defendere, vel vnico verbo ſaltem denegare. Denique, ne mala conſcientia tam ſceleſto crimini præſens viderer ſilentio conſentire; hac tantum impatientia productus, volui dicere, Non feci. Et verbum quidem præcedens ſemel ac ſæpius immodicè clamitaui, ſequens verò nullo pacto diſſerere

ſerere potui; ſed in prima re manſi voce, & idemtidem b
ui, Non, Non: quamquam nimia rotunditate pendula v
braſſem labia. Sed quid ego pluribus de Fortunæ ſæui
452 conqueror? quamquam nec iſtud puduit, me cum meo ſ
mulo, meoq́; vectore illo equo factum conſeruum atq. co
iugem. Talibus cogitationibus fluctuantem, ſubiit me
cura potior, qua ſtatuto conſilio latronum, manibus virg
nis decretam me victimam recordabar. ventrem crebrò ſ
ſpiciens meum, iam miſellam puellam parturiebam. Sed i
le, qui commodùm falſam de me notoriam pertulerat, e
promptis mille aureis, quos in ſinu laciniæ cõtexerat, quo
variis viatoribus detractos, vt aiebat, pro ſua frugalita
453 communi conferebat arcæ: infit etiam de ſalute commilito
num ſolicitè ſciſcitari. Cognitoq́; quoſdam, immò verò ſ
tiſsimum quemq. variis quidem, ſed impigris caſibus ade
petiſſe; ſuadet tantiſper pacatis itineribus, omniumq́; præli
rum ſeruatis induciis, inquiſitionibus commilitonum pot
inſiſteretur, & tirocinio nouæ iuuentutis, ad priſtina man
numerum, Martiæ cohortis facies integraretur. Nam & i
uitos terrore compelli, & volentes præmio prouocari poſ
nec paucos humili ſeruiliq́; vitæ renuntiantes, inſtar tyra
454 nicæ poteſtatis, ſectam ſuam conferre malle. Se quoque ia
dudum, pro ſua parte, quemdam conueniſſe hominem
ſtatu procerum, & ætate iuuenem, & corpore vaſtum,
manu ſtrenuum: eiq́; ſuaſiſſe, ac denique perſuaſiſſe, vt m
nus hebetatas diutina pigritia, tandem referret ad frug
meliorem; bonoq́; ſecundæ, dum poſſet, frueretur valetu
nis: nec manũ validam erogandæ ſtipi porrigeret, ſed hau
riendo potius exerceret auro. Talibus dictis vniuerſi om
aſſenſere: & illum, qui iam comprobatus videretur, aſci
& alios, ad ſupplendũ numerum, veſtigare ſtatuunt. Tu
profectus, & paululum commoratus ille, perducit i
manem quemdam iuuenem, vti fuerat pollicitus, ne

an

an vlli præſentium comparandum. nam, præter ceteram corporis molem, toto vertice cunctos antepollebat. & ei commodum lanugo malis inſerpebat: ſed planè centunculis diſparibus, & malè conſarcinatis ſemiamictum: inter quos pectus & venter cruſtata craſſitie reluctabant. Sic introgreſſus, Auete, inquit, fortiſſimo deo Marti clientes, mihique iam fidi commilitones; & virum magnaminæ viuacitatis volentem volentes accipite, libentius vulnera corpore excipientem, quàm aurum manu ſuſcipientem: ipſaq; morte, quam formidant alij, meliorem. Nec me putetis egenum, vel abiectum, néue de pannulis iſtis virtutes meas æſtimetis. Nam præfui validiſſimæ manui, totamq; prorſus deuaſtaui Macedoniam. Ego ſum prædo famoſus, Hæmus ille Thracius, cuius tota prouinciæ nomen horreſcunt: patre Therone atque latrone inclyto prognatus, humano ſanguine nutritus, interq; ipſos manipulos factionis educatus, heres & æmulus virtutis paternæ. Sed omnem priſtinam ſociorum fortium multitudinem, magnasq; illas opes exiguo temporis amiſi ſpatio. Nam procuratorem principis ducenaria perfunctum, dehinc Fortuna triſtiore decuſſum, prætereuntem coràm fueram aggreſſus. Sed rei noſcendæ carpo ordinem. Fuit quidam multis officiis in aula Cæſaris clarus atque conſpicuus, ipſi etiam probè ſpectatus. Hunc inſimulatum quorumdam aſtu, proiecit extorrem ſæuiens Inuidia. Sed vxor eius Plotina, quædam raræ fidei atque ſingularis pudicitiæ femina, quæ decimo partus ſtipendio viri familiam fundauerat, ſpretis atque contemptis vrbicæ luxuriæ deliciis, fugientis comes, & infortunij ſocia, tonſo capillo, in maſculinam faciem reformato habitu, pretioſiſſimis monilium & auro monetali zonis refertis incincta, inter ipſas cuſtodientium militum manus, & gladios nudos intrepida, cunctorum periculorum particeps, & pro mariti ſalute peruigilem curam ſuſtinens, ærumnas aſſiduas ingenio maſculo ſu-

ſtinebat

ſtinebat. Iamq́ plurimis itineris difficultatibus, mariſq́ terroribus exantlatis, Zacynthum petebat: quam Sors ei fatalis decreuerat temporariam ſedem. Sed cum primùm littus Actiacum, quo tunc Macedonia delapſi graſſabamur, appulisſet; nocte promota, tabernulam quamdam littori nauiq; proximam, vitatis maris fluctibus, incubabat. Inuadimus, & diripimus omnia. nec tamen periculo leui tentati diſceſſimus. Simul namque primum ſonum ianuæ matrona percepit; procurrens in cubiculum, clamoribus inquietis cuncta miſcuit: milites, ſuosq́ famulos nominatim, ſed & omnem viciniam ſuppetiatum cõuocans: niſi quòd pauore cunctorum, quem ſibi quiſq́ metuentes deliteſcebant, effectum eſt, vt impunè diſcederemus. Sed protinus ſanctiſſima, vera enim dicenda ſunt, & vnicæ fidei femina, bonis artibus gratioſa, precibus ad Cæſaris numen porrectis, & marito reditum celerem, & aggreſſuræ plenam vindictam impetrauit. Denique noluit eſſe Cæſar Hæmi latronis collegium. & confeſtim interijt. Tantum poteſt nutus etiam magni Principis. Tota denique factione militarium vexillationum indagatu confecta atque conciſa, ipſe me furatus ægrè, ſolus mediis Orci faucibus ad hunc euaſi modum. Sumpta veſte muliebri florida, in ſinus floccidos abundante, mitellaq́ textili contecto capite, calceis femininis albis illis & tenuibus indutus, & in ſequiorem ſexum inſertus atque abſconditus, aſello ſpicas ordeaceas gerenti reſidens, per medias acies infeſti militis tranſabij. Vnam mulierem putantes aſinariam, concedebant liberos abitus: quippe cum mihi etiamtunc depiles genæ læui pueritia ſplendicarent. Nec ab illa tamen paterna gloria vel mea virtute deſciui, quamquam ſemitrepidus iuxta mucrones Martios conſtitutus; ſed habitus alieni fallacia tectus, villas ſeu caſtella ſolus aggrediens, viaticulum mihi corraſi. Et diloricatis ſtatim pannulis, in medium profudit duo milia aureorum. &, En, inquit, iſtam ſportulam

imm

immò verò dotem veſtro collegio libens, meq́; vobis ducem fidiſsimum, ſi tamen non recuſatis, offero: breuis temporis ſpatio lapideam iſtam domum veſtram, facturus auream: Nec mora, nec contatio, ſed calculis omnibus ducatum latrones vnanimes ei deferunt. veſtemq́; lautiuſculam proferunt, ſumeret abiecto centunculo diuite. Sic reformatus, ſingulos exoſculatus, & in ſummo puluinari locatus, cœna & poculis magnis inauguratur. Tunc ſermonibus mutuis de virginis fuga, deq́; mea vectura, & vtrique deſtinata monſtruoſa morte cognoſcit: & vbi locorum eſſet illa percontatus, deductusq́;, viſa ea, vt erat vinculis onuſta, contorta & vituperanti nare diſceßit. &, Non ſum quidem tam brutus, vel certè temerarius, inquit, vt ſcitum veſtrum inbibeam. ſed malæ conſcientiæ reatum intra me ſuſtinebo, ſi quod bonum mihi videtur, diſsimulauero. Sed prius fiduciam, veſtri cauſa ſollicito mihi tribuite; cùm præſertim vobis, ſi ſententia hæc mea diſplicuerit, liceat rurſus ad aſinum redire. Nam ego arbitror latrones, quiqui eorum rectè ſapiunt, nihil anteferre lucro debere ſuo, ac ne ipſam quidem ſæpe & aliis damnoſam vltionem. Ergo igitur ſi perdideritis in aſino virginem, nihil amplius quàm ſine vllo compendio indignationem veſtram exercueritis. Quin ego cenſeo, deducendam eam ad quampiam ciuitatem, ibiq́; venundandam. nec enim leui pretio diſtrahi poterit talis ætatula. Nam & ipſe quoſdam lenones pridem cognitos habeo, quorum poterit vnus magnis equidem talentis, vt arbitror, puellam iſtam præſtinare, condignè natalibus ſuis in fornicem proceſſuram, nec in ſimilem fugam diſcurſuram: nonnihil etiam, cùm lupanari ſeruierit, vindictæ vobis depenſuram. Hanc ex animo quidem meo ſententiam conducibilem protuli. ſed vos noſtrorum eſtis conſiliorum rerumq́; domini. Sic ille latronum fiſci aduocatus noſtram cauſam pertulerat, virginis & aſini ſoſpitator egregius. Sed in diu-

tina deliberatione ceteri, cruciantes mora conſilij mea p
cordia, immò miſerum ſpiritum, libenter tandem nouij
tronis accedunt ſententiæ : & protinus à vinculis exolu
virginem. Quæ quidem ſimul viderat illum iuuenem, ſ
nicuſqué & lenonis audierat mentionem, cœpit riſu læ
tuo geſtire; vt mihi meritò ſubiret vituperatio totius ſex
cùm viderem puellam proci iuuenis amore nuptiarumq
ſtarum deſiderio ſimulato, lupanaris ſpurci ſordidique ſ
delectari nomine. & tunc quidem totarum mulierum ſ
moréſque de aſini pendebant iudicio. Sed ille iuuenis ſerm
ne repetito: Quin igitur, inquit, ſupplicatum Marti com
pergimus, & puellam ſimul vendituri, & ſocios indagat
ſed, vt video, nullum vſpiam pecus ſacrificatui, ac ne vin
quidem potatui affatim vel ſufficiens habemus. Decem
que mihi legate comites, quis contentus proximum caſ
lum petam, inde vobis epulas & alias res comparaturu
eo profecto, ceteri copioſum inſtruunt ignem. aram ceſ
virenti Marti deo faciunt. Nec multo pòſt adueniunt
vinarios vtres ferentes, & gregatim pecua comminan
Vnum prælectum grandem hircum, annoſum & horr
mem Marti Secutori Comitique victimant. & illico p
dium fabricatur opiparè. Tunc hoſpes ille, Non modò,
quit, expeditionum, prædarumqué, verùm etiam volup
tum veſtrarum ducem me ſtrenuum ſentire debetis. Et
greſſus inſigni facunditate, gnauiter cuncta præminiſt
verrit, ſternit, coquit. tuceta concinnat; apponit ſatu
ſed præcipuè poculis crebris, grandibusq́ ſingulos ingu
tat. Interdum tamen, inſimulatione promendi quæ po
bat vſus, ad puellam commeabat aſſiduè, parteſq́ ſubre
clanculò, & prægustatas à ſe potiones offerebat hilaris.
illa ſumebat appetenter: & nonnumquam baſiare vole
promptis ſauiolis adlubeſcebat. quæ res oppidò mihi diſp
bat. Hem oblita es nuptiarum, tuiq́ mutui cupitoris, p

virgo? & illi neſcio cui recenti marito, quem tibi parentes iunxerant, hunc aduenam, cruentumque percuſſorem præponis? Nec te conſcientia ſtimulat; ſed affectione calcata, inter lanceas & gladios iſtos ſcortari tibi libet? Quid ſi quo modo ceteri latrones perſenſerint, non rurſum recurras ad aſinum, & rurſum exitium mihi parabis? Reuera ludis de alieno corio. Dum iſta ſycophanta ego mecum maxima cum indignatione diſputo; de verbis eorum quibuſdam dubiis, ſed non obſcuris prudenti aſino, cognoſco, non Hæmum illum prædonem famoſum, ſed Lepolemum ſponſum puellæ ipſius. Nam procedente ſermone, paulo iam clarius, contempta mea præſentia: Bono animo es, inquit, Charite dulciſſima. nam totos iſtos tuos hoſtes ſtatim captiuos habebis. Et inſtantia validiore vinum iam immixtum, ſed modicò tepefactum vapore, ſauciis illis & crapula vinolentiaq; madidis, ipſe abſtemius, non ceſſat impingere. Et hercules ſuſpicionem mihi fecit quaſi ſoporiferum quoddam venenum cantharis immiſceret illis. Cuncti denique, ſed prorſus omnes vino ſepulti iacebant, omnes partim parati morti. Tunc, nullo negotio artiſſimis vinculis impeditis, ac pro arbitrio ſuo conſtrictis illis, impoſita dorſo meo puella, dirigit greſſum ad ſuam patriam. Quam ſimul acceſſimus; tota ciuitas ad votiuum conſpectum effunditur. Procurrunt parentes, affines, clientes, alumni, famuli, læti, faciem gaudio delibuti. Pompam cerneres omnis ſexus, & omnis ætatis, nouumq; & hercules memorandum ſpectamen, virginem aſino triumphantem. Denique ipſe etiam hilarior pro virili parte, ne præſenti negotio vt alienus diſcreparem; porrectis auribus, proflatiſq; naribus, rudiui fortiter, immò tonanti clamore perſonui. Et illam thalamo receptam commodè parentes ſui fouebant: me verò cum ingenti iumentorum ciuiumq; multitudine, confeſtim retro Lepolemus agebat, non inuitum. nam & aliàs curioſus, & tunc latronum

captiuitatis ſpectator optabam fieri: quos quidem colligatos adhuc vino magis quàm vinculis deprehendimus. Totis ergo prolatis erutiſq; rebus, & nobis auro & argento ceterisque onuſtis, ipſos partim conſtrictos, vti fuerant, prouolutóſq;, in proximas ripas præcipites dedere; alios verò ſuis ſibi gladiis obtruncatos reliquêre. Tali vindicta læti & gaudentes, ciuitatem reuenimus. Et illas quidem diuitias, publicæ cuſtodelæ commiſere; Lepolemo puellam repetitam lege tradidere. Exin me, ſuum ſoſpitatorem nuncupatum, matrona prolixè quæritabat: ipſoq; nuptiarum die præſepium meum ordeo paßim repleri iubet, fœnumq;, camelo Bactrino ſufficiens, apponi. Sed quas ego condignas Fotidi diras deuotiones imprecer, quæ me formauit non canem, ſed aſinum? quippe cum viderem largißimæ cœnæ reliquiis, rapiniſq; canes omnes ineſcatos, atque diſtentos. Poſt vnicam noctem, & rudimenta Veneris, recens nupta gratias ſummas apud ſuos parentes ac maritũ mihi meminiſſe non deſtitit; quoad ſummos illi promitterent honores habituri mihi. Conuocatis denique grauioribus amicis, conſilium datur, quo potißimum facto dignè remunerarer. Placuerat vni, domi me concluſum, & otioſum, ordeo lecto fabáque & vicia ſaginari. Sed obtinuit alius, qui meæ libertati proſpexerat: ſuadens, vt rureſtribus potius campis in greges equinos laſciuiens diſcurrerem, daturus dominis equarum inſcenſu generoſo multas mulas alumnas. Ergo igitur euocato ſtatim armentario equiſione, magna cum præfatione deducendus aßignor. Et ſanè gaudens lætusqúe præcurrebam, ſarcinis & ceteris iam nunc renuntiaturus: nactusq; libertate, veris initio pratis herbentibus, roſas vtique reperturus aliquas. Subibat me tamen illa etiam frequens cogitatio: quòd tantis actis gratiis, honoribusqúe plurimis aſino meo tributis, humana facie recepta, multo tanto pluribus beneficiis honeſtarer. Sed vbi me procul à ciuitate gregarius ille perduxerat; nullæ delitiæ,

ac ne

ac ne vlla quidem libertas excipit. Nam protinus vxor eius, auara quidem, nequiſsimaq; illa mulier, molæ machinariæ ſub iugum me dedit: frondoſoq; baculo ſubinde caſtigans, panem ſibi ſuiſque de meo parabat corio. Nec tantum ſui cibi gratia me fatigare contenta, vicinorum etiam frumenta mercenarijs diſcurſibus meis conterebat. Nec mihi miſero ſtatuta ſaltem cibaria, pro tantis præſtabantur laboribus. Namque ordeum meum frictum, & ſub eadem mola meis quaſſatum ambagibus, colonis proximis venditabat: mihi verò per diem laborioſæ machinæ attento, ſub ipſa veſpera furfures apponebat incretos ac ſordidos, multóque lapide ſalebroſos. Talibus ærumnis edomitum, nouis Fortuna ſæua cruciatibus tradidit; ſcilicet, vt, quod aiunt, domi foriſque fortibus factis adoreæ plenæ gloriarer. Equinis armentis namque me congregem paſtor egregius, mandati dominici ſerius auſcultator, aliquando permiſit. At ego tandem liber aſinus, lætus & tripudians, gradúque molli geſtiens, equas opportuniſsimas iam mihi concubinas futuras deligebam. Sed hic etiam ſpes hilarior, in capitale proceſsit exitium. Mares enim, ob admiſſuram veterem paſti ſatianter, ac diu ſaginati, terribiles alioquin, & vtique quouis aſino fortiores, de me metuentes ſibi, & adulterio degeneri præcauentes, nec Hoſpitalis Iouis ſeruato fœdere, riualem ſummo furentes perſequuntur odio. Hic elatis in altum vaſtis pectoribus, arduus capite, & ſublimis vertice, primoribus in me pugillatur vngulis; ille terga pulpoſis torulis obeſa conuertens, poſtremis velitatur calcibus; alius hinnitu maligno comminatus, remiſsis auribus, dentiúmque candentium renudatis haſtis, totum me conmorſicat. Sic apud hiſtoriam de rege Thracio legeram, qui miſeros hoſpites ferinis equis ſuis lacerandos deuorandoſque porrigebat. Adeò præpotens ille tyrannus, ſic parcus ordei fuit; vt edacium iumentorũ famem corporum humanorũ largitione ſedaret. Ad eundem

modum diſtractus & ipſe variis equorum incurſibus, rurſu
molares illos circuitus requirebam. Verùm Fortuna me
cruciatibus inſatiabilis, aliam denuò mihi peſtem instruxit.
Delegor enim ligno monte deuehundo, puerq; mihi præfe-
ctus imponitur, omnium ille quidem puer deterrimus. Ne
me montis excelſi tantum arduum fatigabat iugum, ne
ſaxeas tantum ſudes incurſando conturbabam vngulas: ve-
rum fuſtium quoque crebris ictibus perſæpe dedolabar; v
vſque plagarum, mihi medullaris inſideret dolor. coxaque
dextra ſemper ictus incutiens, & vnum feriendo locum,
diſſipato corio, & vlceris latiſſimi facto foramine, immo
fouea, vel etiam feneſtra, nullus tamen deſinebat identidem
vulnus ſanguine delibutum obtundere. Lignorum verò tan-
tum me premebat pondere; vt ſarcinæ molem elephanto,
non aſino paratam putares. Ille verò, quoties in alterum la-
tus præponderans declinarat ſarcina, cùm deberet potius gra-
uantis ruinæ fuſtes demere, & leuata pauliſper preſſura ſa-
nare me, vel certè in alterum latus tranſlatis peræquare:
contrà lapidibus additis inſuper, ſic iniquitati ponderis me-
debatur. Nec tamen poſt tantas meas clades, immodico
ſarcinæ pondere contentus, cùm fluuium tranſcenderemus,
qui fortè præter viam defluebat, pedibus ſuis ab aquæ ma-
dore conſulens, ipſe quoque inſuper lumbos meos inſiliens
reſidebat: exiguum ſcilicet & illud tantæ molis ſuperpon-
dium. At ſi quo caſu, limo cœnoſo ripæ ſupercilio lubrican-
te, oneris impatiẽtia prolapſus deruiſſem: cùm deberet egre-
gius agaſo manum porrigere, capiſtro ſuſpendere, caudã
ſubleuare, certam partem tanti ponderis quoad reſurgerem
ſaltem detrahere; nullum quidem defeſſo mihi ferebat auxi-
lium: ſed occipiens à capite, immò verò & ipſis auribus, to-
tum me compilabat, cædens fuſte grauiſſimo; donec, fomen-
ti vice, me plagæ ſuſcitarent. Idem mihi talem excogitauit
perniciem. Spinas acerrimas, & punctu venenato viroſas

tortili nodo in faſcem conſtrictas, caudæ meæ penſilem deligauit cruciatum; vt inceſſu modò commotæ, incitatæq́;, funeſtis aculeis infeſtè me conuulnerarent. Ergo igitur ancipiti malo laborabam. nam, cùm me curſu proripueram, fugiens acerbiſſimos incurſus, vehementiore niſu ſpinarum feriebar. ſi dolori parcens, paululum reſtitiſſem, plagis compellebar ad curſum. Nec quidquam videbatur aliud excogitare puer ille nequiſſimus, quàm vt me quoquomodo perditum iret. Idq́; iurans, & nonnunquam comminabatur. Et planè fuit, quod eius deteſtabilem malitiam ad peiores conatus ſtimularet. nam quadam die, nimia eius inſolentia expugnata patientia mea, calces validos extuleram. Denique tale facinus in me comminiſcitur. Stuppæ ſarcina me ſatis onuſtum, propereq́; funiculis conſtrictum, producit in viam: deque proxima villula ſpirantem carbunculum furatus, oneris in ipſo meditullio reponit. Iamq́; fomento tenus caleſcens & enutritus ignis, ſurgebat in flammas, & totum me funeſtus ardor inuaſerat; nec vllum peſtis extremæ ſuffugium, nec ſalutis aliquod apparet ſolatium: & vſtrina talis moram non ſuſtinet, ſed meliora conſilia præuertitur. Sed in rebus ſæuis adfulſit Fortunæ nutus hilarior, neſcio an futuris periculis me reſeruans, certè præſente ſtatutáque morte liberans. Nam fortè pluuiæ pridianæ recens conceptaculum aquæ lutulentæ proximum conſpicatus: ibi memet improuido ſaltu totum abiicio: flammáque prorſus extincta tandem, & pondere leuatus, & exitio liberatus, euado. Sed ille deterrimus ac temerarius puer, hic quoque ſuum nequiſſimum factum in me retorſit: gregariiſq́; omnibus affirmauit, me ſponte vicinorum foculos tranſeuntem, titubanti gradu prolapſum, ignem vltroneum acceſſiſſe. Mihi etiam arridens addidit: Quo vſque ergo fruſtra paſcemus ignigenum iſtum? Nec multis interiectis diebus, longè peioribus me dolis petiuit. Ligno enim quod gerebam, in pro-

486 ximam caſulam vendito, vacuum me ducens, iam ſe nequitiæ meæ proclamans imparem, miſerrimúmque iſtud magiſterium renuens, querelas huiuſmodi concinnat: Videtis iſtum pigrum, tardiſſimúmque & nimis aſinum? me præ ceteris flagitiis, nunc nouis periculis etiam angit. Vt quemque enim viatorem proſpexerit, ſiue illa ſit vetula mulier, ſiue viro nubilis, ſeu tener puellus; ſeſe, illico diſturbato geſtamine, nonnumquam etiam ipſis ſtramentis abiectis, fu-
487 rens incurrit, & homines amator talis appetit: & humi proſtratis illis inhians, illicitas atque incognitas tentat libi-
488 dines, & ferinas voluptates. auerſam Venerem inuitat ad nuptias. nam imaginem etiam ſauij mentiendo, ore improbo compulſat ac morſicat. Quæ res nobis non mediocris lites atque iurgia, immo forſitan & crimina pariet. Nunc etiam viſa quadam honeſta iuuene, ligno quod deuehebat abiecto diſperſóque, in eam furioſos direxit impetus: & feſtiuus hic amaſio humo ſordida proſtratam mulierem, ibidem incoram omnium geſtiebat inſcendere. Quod niſi ploratu geſtuq; femineo conclamatum viatorum præſidium accurriſſet, ac de mediis vngulis ipſius eſſet erepta, liberataq; miſera illa compauita atque dirupta, ipſa quidem cruciabilem cladem ſuſtinuiſſet, nobis verò pœnale reliquiſſet exi-
489 tium. Talibus mendaciis admiſcendo ſermones alios, qui meum verecundum ſilentium vehementius premerent, animos paſtorum in meam perniciem atrociter ſuſcitauit. Denique vnus ex illis: Quin igitur publicum iſtum maritum, inquit, immò communem omnium adulterum, illis ſuis monſtruoſis nuptijs condignam victimamus hoſtiam? &, Heus tu puer, ait, obtruncato protinus eo, inteſtina quidem canibus noſtris iacta; ceteram verò carnem omnem operariorum cœnæ reſerua. Nam corium affirmatum cineris inſperſu dominis referemus: eiuſque mortem de lupo facilè mentiemur. Sublata cunctatione, accuſator ille meus noxius,

xius, ipſe etiam paſtoralis executor ſententiæ lætus, & meis inſultans malis, calcisq; illius admonitus, quam inefficacem fuiſſe mehercules doleo, protinus gladium cotis attritu parabat. Sed quidam de cœtu illo ruſticorum, Nefas, ait, tam bellum aſinum ſic enecare: & propter luxuriam laſciuiamque amatoriam criminatum, opera ſeruitióque tam neceſſario carere; cùm alioquin, exectis genitalibus, poßit neque in Venerem vllo modo ſurgere, nosq; omni metu periculi liberare, inſuper etiã longè craßior atque corpulentior effici. Multos ego ſcio non modò aſinos inertes, verùmetiam ferocißimos equos, nimio libidinis calore laborantes, atque ob id truces veſanosq;, adhibita tali deteſtatione, manſuetos ac manſues exinde factos, & oneri ferendo non inhabiles, & ceteri miniſterij patientes. Denique, niſi vobis ſuadeo volentibus, poſſum, ſpatio modico interiecto, quo mercatum proximum obire ſtatui, petitis è domo ferramentis, huic curæ præparatis, ad vos actutùm redire, trucemq; amatorem iſtum atque inſuauem dißitis femoribus emaſculare, & quouis veruece mitiorem efficere. Tali ſententia mediis Orci manibus extractus, ſed extremæ pœnæ reſeruatus, mærebam; & in nouißima parte corporis totum me periturum deflebam. inedia denique continua, vel præcipiti ruina memet ipſe quærebam extinguere: moriturus quidem nihilominus, ſed moriturus integer. Dumq; in iſta necis meæ decontor electione; matutino me rurſum puer ille, peremptor meus, contra montis ſuetum ducit veſtigium. Iamq; de cuiuſdam vaſtißimæ ilicis ramo pendulo deſtinato, paululum viam ſupergreſſus ipſe, ſecuri lignum, quod deueheret, recidebat. Et ecce de proximo ſpecu, vaſtum attollens caput, funeſta proſerpit vrſa. Quam ſimul conſpexi, pauidus, & repentina facie conterritus, totum corporis pondus in poſtremos poplites recello: arduáque ceruice ſublimiter eleuata, lorum quo tenebar rumpo: méque, protinus pernici fuga concitato,

tato, perq́; prona non tantùm pedibus, verùm etiam toto proiecto corpore, properè deuolutus, immitto me campis ſubpatentibus: ſummo ſtudio fugiens immanem vrſam, vrſáque peiorem illum puerum. Tunc quidem viator ſolitarium vagumq́; me reſpiciens, inuadit: & properiter inſcenſum baculo quem gerebat obuerberans, per obliquam, grauémque me ducebat viam. Nec inuitus ego curſui me commodabam, relinquens atrociſſimam virilitatis lanienam. Ceterùm plagis non magnopere commouebar: quippe conſuetus, ex fortuna, concidi fuſtibus. Sed illa Fortuna meis caſibus peruicax, tam opportunum latibulum miſera celeritate præuerſa, nouas inſtruxit inſidias. Paſtores enim mei, perditam ſibi requirentes vacculam, variasq́; regiones peragrantes, occurrunt nobis fortuitò: ſtatimqúe me, cognito capiſtro, prehenſum attrahere geſtiunt. Sed audacia valida reſiſtens ille, fidem hominum, Deúmque teſtabatur. Quid me raptatis violenter, quid inuaditis? An te nos tractamus inciuiliter, qui noſtrum aſinum, furatus, abducis? Quin potius effaris, vbi puerum eiuſdem agaſonem, necatum ſcilicet, occultaris? Et illicò detractus ad terram, pugnisq́; pulſatus, & calcibus contuſus, infit deierans, nullum ſemet vidiſſe ductorem, ſed planè concinnatum, ſolutum & ſolitarium, ob indicinæ præmium occupaſſe: domino tamen ſuo reſtituturum. Atque vtinam ipſe aſinus, inquit, quem numquam profectò vidiſſem, vocem quiret humanam dare, meæq́; teſtimonium innocentiæ perhibere poſſet! profectò vos huius omnis iniuriæ pigeret. Sic adſeuerans, nihil quidquam promouebat. nam collo conſtrictum reducunt eum paſtores moleſti contra montis illius ſiluoſa nemora, vnde lignum puer ſolebat egerere. Nec vſpiam ruris reperitur ille, ſed planè corpus eius membratim laceratum, multisque diſperſum locis conſpicitur. Quam rem proculdubio ſentiebam ego illius vrſæ dentibus eſſe perfectam. & hercules dicerem

cerem

cerem quod ſciebam, ſi loquendi copia ſuppeditaret. Sed quod ſolum poteram, tacitus licet, ſeræ vindictæ gratulabar. Et cadauer quidem diſiectis partibus tandem totum repertum, ægréque concinnatum ibidem terræ dedêre: meum verò Bellerophontem, abactorem indubitatum, cruentumque percuſſorem criminantes, ad caſas interim ſuas vinctum perducunt; quoad re naſcenti die ſequenti deductus ad magiſtratum, vt aiebant, pœnæ redderetur. Interim, dum puerum illum parentes ſui plangoribus fletibusq́; quærebant; & adueniens ecce ruſticus, nequaquam promiſſum ſuum fruſtratus, deſtinatam ſectionem meam flagitat. Non eſt, inquit in his vnus, indidem præſens iactura noſtra: ſed planè craſtino libet non tantùm naturam, verùm etiam caput quoque ipſum peſſimo iſti aſino demere. Nec tibi miniſterium deerit. Hoc ſic effectum eſt, vt in alterum diem clades differretur mea. At ego gratias agebam bono puero, quòd ſaltem mortuus vnam carnificinæ meæ dieculam donaſſet. Nec tamen tantillum ſaltem gratulationi meæ, quietiue ſpatium datum. Nam mater pueri, mortem deplorans acerbam filij, fleta & lacrymoſa, fuſcáque veſte cõtecta, ambabus manibus trahens cineroſam canitiem, eiulans, & exinde proclamans, ſtabulum irrumpit meum, tunſisq́; ac diuerberatis vehementer vberibus, incipit: Et nunc iſte ſecurus incumbens præſepio, voracitati ſuæ deſeruit, & inſatiabilem profundumq́; ventrem ſemper eſitando diſtendit: nec ærumnæ meæ miſeretur, vel deteſtabilem caſum defuncti magiſtri recordatur; ſed ſcilicet ſenectam infirmitatem meam contemnit ac deſpicit, & impunè ſe laturum tantum ſcelus credit? at vtcunque ſe præſumit innocentem. Eſt enim congruens peſſimis conatibus, contra noxiam conſcientiam ſperare ſecuritatem. Nam prò Deûm fidem quadrupes nequiſſime! licet precariam vocis vſuram ſumens, cui tandem vel ineptiſſimo perſuadere poſſis, attrocitatem iſtam

culpæ

culpa carere, cùm propugnare pedibus, & arcere morſibus miſello puero potueris? An ipſum quidem ſæpius incurſare calcibus potuiſti, moriturum verò defendere alacritate ſimili nequiſti? Certè dorſo receptum auferres protinus, & infeſti latronis cruentis manibus eriperes: poſtremùm, deſerto deiectóque illo conſeruo, magiſtro, comite, paſtore, non ſolus aufugeres. An ignoras, eos etiam qui morituris auxilium ſalutare denegarint, quod contra bonos mores idipſum fecerint, ſolere puniri? Sed non diutius meis cladibus lætaberis homicida. ſenties efficiam, miſero dolori naturales vires adeſſe. 501 *Et cum dicto ſubſertis manibus exoluit ſuam ſibi faſciam, pedeſq; meos ſigillatim alligans, indidem conſtringit artiſsimè; ſcilicet ne quod vindictæ meæ supereſſet præſidium. & pertica, qua ſtabuli fores offirmari ſolebant, arrepta, non prius me deſiit obtundere,* 502 *quàm victis feſſuq; viribus, ſuopte pondere degrauatus, manibus eius fuſtis eſſet elapſus. Tunc de brachiorum ſuorum cita fatigatione conqueſta, procurrit ad focum: ardentemq; titionem gerens, mediis inguinibus obtrudit; donec ſolo quod reſtabat præſidio niſus, liquida fimo ſtrictim egeſta faciem atque oculos eius confœdaſſem. qua cæcitate atque fœtore tandem fugata eſt à me pernicies. Ceterùm titione delirantis Altheæ Meleager aſinus interiſſet.*

L. APVLEII METAMORPHOSEON SIVE DE ASINO AVREO LIBER OCTAVVS.

NOCTIS *gallicinio, venit quidam iuuenis proxima ciuitate, vt quidem mihi videbatur, vnus ex ſamulis Charites, puellæ illius quæ mecum apud latrones pares ærumnas exantlauerat. Is de eius exitio, & domus totius inſortunio mira ac neſanda, ignem propter aſſidens inter conſeruorum frequentiam, ſic annuntiabat: Equiſiones, opilionesq́; & bubſequæ, fuit Charite nobis quam miſella, & quidem caſu grauiſſimo. nec verò incomitata Manes adiuit. Sed vt cuncta noritis, referam vobis à capite quæ geſta ſunt, quæque poſſent meritò doctiores, quibus ſtilos Fortuna ſubminiſtrat, historiæ ſpecimen, chartis inuoluere. Erat in proxima ciuitate iuuenis natalibus prænobilis, equo clarus, & pecuniæ ſimul ſatis locuples; ſed luxuriæ popinalis, ſcortisque & diurnis potationibus exercitatus, atque ob id factionibus latronum malè ſociatus, necnon etiam manus inſectus humano cruore, Thraſyllus nomine. Idque ſic erat: & fama dicebat. Hic, cùm primùm Charite nubendo maturuiſſet, inter præcipuos procos, ſummo ſtudio petitionis eius munus ôbierat. Et quamquam ceteris omnibus is genere viris antiſtaret, eximŷsque muneribus parentes inuitaret; iudicio morum tamen improbatus, repulſæ contumelia fuerat aſperſus. Ac dum berilis puella in boni Lepolemi manum venerat; firmiter deorſus delapſum nutriens amorem, & denegati thalami per-*

mi per-

mi permiſcens indignationem, cruento facinori quærebat acceſſum. Nactus denique præſentiæ ſuæ tempeſtiuam occaſionem, ſceleri, quod diu cogitarat, accingitur. Ac die, quo prædonũ infeſtis mucronibus puella fuerat aſtu virtutibuſq; ſponſi ſui liberata, turbæ gratulantium, exultans inſigniter, permiſcuit ſeſe: ſalutíque præſentia futuræ ſoboli nouorum maritorum gaudibundus, ad honorem ſplendidæ proſapiæ, inter præcipuos hoſpites domum noſtram receptus, occultato conſilio ſceleris, amici fideliſsimi perſonam mentiebatur. Iamq; ſermonibus aſsiduis, & conuerſatione frequenti, nonnumquam etiam cœna poculóque communi carior cariórq; factus, in profundam ruinam Cupidinis ſeſe paulatim neſcius præcipitauerat. ſquidni? cum flãma ſæui Amoris, parua quidem primo vapore delectet; ſed fomento conſuetudinis exæſtuans, immodicis ardoribus totos adurat homines. Diu denique deliberauerat ſecum Thraſyllus, cùm nec clandeſtinis colloquiis opportunum reperiret locum, & adulterinæ Veneris magis magiſq; præcluſos aditus copia cuſtodientium cerneret, nouæque atque gliſcentis affectionis firmiſsimum vinculum non poſſe diſſociari perſpiceret, & puellæ, ſi vellet, quamquam velle non poſſet, furatrinæ coniugalis incommodaret rudimentum: & tamen ad hoc ipſum quod non poteſt, contentioſa pernicie, quaſi poſſet, impellitur. Quod nunc arduum factu putatur, amore per dies roborato, facile videtur effectu. Spectate denique, ſed oro ſollicitis animis intendite, quorſum furioſæ libidinis prorupit impetus. Die quadam venatum Lepolemus, aſſumpto Thraſyllo, petebat indagaturus feras, ſi quid tamen in capreis feritatis eſt. nec enim Charite maritum ſuum quærere patiebatur beſtias armatas dente vel cornu. Iamq; apud frondoſum tumulum, ramorumq; denſis tegminibus vmbroſum, proſpectu veſtigatorum obſeptis campis, canes venationis indagini generoſæ, mandato cubili reſidentes, inuadere beſtias immittuntur: ſta-

tur: ſtatimque, ſolertis diſciplinæ memores, partitæ totos præcingunt aditus: tacitaq; prius ſeruata muſsitatione, ſigno ſibi repentino reddito, latratibus feruidis diſſoniſq; miſcent omnia. Nec vlla capra, nec pauens damula, nec præ ceteris feris mitior cerua, ſed aper immanis atque inuiſitatus exurgit: toris calloſæ cutis obeſus, pilis inhorrentibus corio ſqualidus, ſetis inſurgentibus ſpinæ hiſpidus, dentibus attritu ſonaci ſpumans, oculis aſpectu minaci flammeus, impetu ſæuo frementis oris totus fulmineus. Et primùm quidem canum procaciores, qui cominus contulerant veſtigium, genis hac illac iactatis, conſectas interficit: deinde calcata retiola, qua primos impetus reduxerat, tranſabijt. Et nos quidem cuncti pauore deterriti, & alioquin innoxijs venationibus conſueti, tunc etiam inermes atque immuniti, tegumentis frondis & arboribus latenter abſcondimus. Thraſyllus verò nactus fraudium opportunum decipulum, ſic Lepolemum captioſè compellat: Quid ſtupore confuſi, vel etiam caſſa formidine ſimiles humilitati ſeruorum iſtorum, vel in modum pauoris feminei deiecti, tam opimam prædam medijs manibus amittimus? Quin equos inſcendimus? quin ocyus indipiſcimur? & cape venabulum, & ego ſumo lanceam. Nec tantillum morati, protinus inſiliunt equos, ſummo ſtudio beſtiam inſequentes. Nec tamen illa genuini vigoris oblita, retorquet impetum: & incendio feritatis ardeſcens, dente compulſo, quem primùm inſiliat, contabunda rimatur. Sed prior Lepolemus iaculum, quod gerebat, inſuper dorſum beſtiæ contorſit. At Thraſyllus feræ quidem parcens, ſed equi, quo vehebatur Lepolemus, poſtremos poplites, lancea feriens, amputat. Quadrupes recidens, quà ſanguis effluxerat, toto tergo ſupinatus, inuitus dominum ſuum deuoluit ad terram. At enim furens aper, inuadens primò lacinias eius, poſt ipſum reſurgentem multo dente laniauit. Nec cœpti nefarij bonum piguit ami-

cum,

cum, vel ſuæ ſæuitiæ litatum ſaltem tanto periculo cernens, potuit expleri; ſed percito atque plagoſa vulnera contegenti, ſuumq́; auxilium miſeriter roganti, per ſemur dextrum lanceam immiſit: tanto ille quidem fidentius, quanto crederet ferri vulnera ſimilia futura proſectu dentium. Necnon tamen ipſam beſtiam facili manu tranſadigit. Ad hunc modum defuncto iuuene, exciti latibulo ſuo quiſq́;, familia mæſta concurrimus. At ille, quamquam perfecto voto, proſtrato inimico lætus ageret; vultu tamen gaudium tegit, & frontem aſſeuerat, dolorem ſimulans: & cadauer, quod ipſe fecerat, auidè amplexatus, omnia quidem lugentium officia finxit; ſed ſolæ lacrymæ procedere noluerunt. Sic ad noſtri ſimilitudinem, qui verè lamentabamur, conformatus, culpam manus ſuæ, mentiens, beſtiæ dabat. Necdum ſatis ſcelere tranſacto, Fama dilabitur, & curſus primos ad domum Lepolemi detorquet: & aures infelicis nuptæ percutit. Quæ quidem ſimul percepit talem nuntium, qualem non audiet alium; amens, & vecordia percita, curſuq́; bacchata furibundo, per plateas populoſas & arua rureſtria fertur, inſana voce caſum mariti quiritans. Confluunt ciuium mæſtæ cateruæ: ſequuntur obuij omnes dolore ſociato. ciuitas vacuatur ſtudio viſionis. Et ecce mariti cadauer accurrit, labantique ſpiritu, totam ſe ſuper corpus effudit; ac pæniſſimè ibidem, quam deuouerat ei, reddidit animam. ſed ægrè manibus erepta ſuorum, inuita remanſit in vita. Funus verò, toto feralem pompam proſequente populo, deducitur ad ſepulturam. Sed Thraſyllus nimium clamare, plangere: & quas in primo mærore lacrymas non habebat, iam, ſcilicet creſcente gaudio, reddere, & multis caritatis nominibus veritatem ipſam fallere. illum amicum, coætaneum, contubernalem, fratrem denique, addito nomine lugubri, ciere: necnon interdum manus Charites à pulſandis vberibus amouere. luctum ſedare, eiulatum coercere: ver-

palpa-

palpantibus ſtimulū doloris obtundere, variis exemplis multiuagi caſus ſolatia nectere: cunctis tamen mentitæ pietatis officiis ſtudium contrectandæ mulieris adhibere, odioſumq; amorem ſuum perperam delectando nutrire. Sed officiis inferialibus ſtatim factis, puella protinus feſtinat ad maritum ſuum demeare: cunctaſquê prorſus pertentat vias. Certè illam lenem, otioſamquê, nec telis vllis indigentem, ſed placidæ quieti conſimilem, inedia denique miſera, & incuria ſqualida, tenebris imis abſcondita cum luce iam tranſegerat. Sed Thraſyllus inſtantia peruicaci, partim per ſemetipſum, partim per ceteros familiares ac neceſſarios nuntios, ipſos denique puellæ parentes extorquet tandem, iam lurore & illuuie penè collapſa membra lauacro, cibo denique confoueret. At illa, parentum ſuorum alioquin reuerens, inuita quidem, verùm religioſæ neceßitati ſuccumbens, vultu non quidem hilaro, verùm paulo ſereniore obiens, vt videbatur, viuentium munia, prorſus in pectore, immò verò penitus in medullis, luctu ac mærore carpebat animum: & dies totos totaſquê noctes inſumebat luctuoſo deſiderio: & imaginem defuncti, quam ad habitum dei Liberi formauerat, affixo ſeruitio diuinis percolens honoribus, ipſo ſeſe ſolatio cruciabat. Thraſyllus verò, præceps, & temerarius, priuſquam dolorem lacrymæ ſatiarent, & percitæ mentis reſideret furor, & in ſeſe nimietatis ſenio faceſſeret luctus, adhuc flentem maritum, adhuc veſtes lacerantem, adhuc capillos diſtrahentem, non dubitauit de nuptiis conuenire, & impudentiæ labe tacita pectoris ſui ſecreta, fraudéſque ineffabiles detegere. Sed Charite vocem nefandam & horruit, & deteſtata eſt: & velut graui tonitru procellaq; ſideris, vel etiam ipſo Diali fulmine percuſſa, corruit corpus, & obnubilauit animam. ſed interuallo reualeſcente paulatim ſpiritu, ferinos rugitus iterans, etiam ſcenam peßimi Thraſylli perſpiciens, ad limam conſilij, deſiderium petitoris

diſtulit. Tunc inter moras, vmbra illa miſerè trucidati Lepolemi, ſanè cruenta, & pallore deformem attollens faciem, quietem pudicam interpellat vxoris: Mi coniunx, quod tibi prorſus ab alio dici non licebit, & ſi pectori tuo iam permanet noſtri memoria, vel acerbæ mortis meæ caſus fœdus caritatis intercidit; quouis alio felicius maritare: modò ne in Thraſylli manum ſacrilegam conuenias: néue ſermonem conferas, nec menſam accumbas, nec toro adquieſcas. Fuge mei percuſſoris cruentam dexteram, noli parricidio nuptias auſpicari. Vulnera illa, quorum ſanguinem tuæ lacrymæ proluerunt, non ſunt tota dentium vulnera. lancea mala Thraſylli me tibi fecit alienum. Et addidit cetera, omnemq; ſcenam ſceleris illuminat. At illa, vt primùm mæſta quiuerat, toro faciem impreſſa, etiamnunc dormiens, lacrymis emanantibus, decoras genas contundit: & velut quodam tormento inquieta quiete excuſſa, luctu redintegrato, prolixùm eiulat: diſciſſaq; interula, decora brachia ſæuientibus palmulis verberabat. Nec tamen cum quoquam participat nocturnis imaginibus, ſed indicio facinoris prorſus diſsimulato, & nequiſsimum percuſſorem punire, & ærumnabili vitæ ſeſe ſubtrahere tacitè decernit. Ecce rurſus improuidæ voluptatis deteſtabilis petitor, aures obſeratas de nuptiis obtundens, aderat. Sed illa clementer aſpernata ſermones Thraſylli, aſtuq; miro perſonata, inſtanter garrienti, ſubmiſſeque deprecanti: Adhuc, inquit, tui fratris, meique cariſsimi mariti facies pulcra illa in meis deuerſatur oculis: adhuc odor cinnameus ambroſij corporis per nares meas percurrit: adhuc formoſus Lepolemus in meo viuit pectore. Boni ergo & optimi conſules, ſi luctu legitimo miſerrimæ fœminæ neceſſarium conceſſeris tempus; quoad reſiduis menſibus ſpatium reliquũ compleatur anni. Quæ res tum meum pudorem, tum etiam tuum ſalutare commodum reſpicit: ne fortè immaturitate nuptiarum, indignatione iuſta ma-

nes acerbos mariti ad exitium ſalutis tuæ ſuſcitemus. Nec iſto ſermone Thraſyllus ſobriefactus, vel ſaltem tempeſtiua pollicitatione recreatus, identidem pergit linguæ ſauciantis ſuſurros improbos inuergere; quoad ſimulàter reuicta Charite ſuſcipit: Iſtud equidem certè magnoperè deprecanti concedas neceſſe eſt mihi Thraſylle, vt interdum taciti clandeſtinos coitus obeamus; nec quiſquam perſentiſcat familiarium, quoad dies reliquos metiatur annus. Promiſsioni fallacioſæ mulieris oppreſſus ſuccubuit Thraſyllus: & prolixè conſentit de furtiuo cõcubitu, noctemq́; & opertas exoptat vltrò tenebras, vno potiundi ſtudio poſtponens omnia. Sed heus tu, inquit Charite, quàm probè veſte contectus, omnique comite viduatus, prima vigilia fores meas tacitus accedas, vnoq́; ſibilo cõtentus, nutricem iſtam meam opperiare: quæ clauſtris adhærens excubabit aduentui tuo: nec ſecius, patefactis ædibus, acceptum te, nullo lumine conſcio, ad meum perducet cubiculum. Placuit Thraſyllo ſcena feralium nuptiarum. nec ſequius aliquid ſuſpicatus, ſed expectatione turbidus, de diei tantum ſpatio & veſperæ mora querebatur. Sed vbi Sol tandem nocti deceſſit; & imperio Charites adornatus, & nutricis captioſa vigilia deceptus, irrepit cubiculum, pronus ſpei. Tunc anus, de iuſſu dominæ, blandiens ei, furtim depromptis calicibus, & œnophoro quòd immixtum vino ſoporiferum gerebat venenum, crebris potionibus auidè & ſecurè haurientem, mentita dominæ tarditatem, quaſi parentem adſideret ægrotum, facilè ſepeliuit ad ſomnum. Iámque eo ad omnes iniurias expoſito, ac ſupinato, intròuocata Charite, maſculis animis impetúque diro fremens inuadit, ac ſuperſiſtit ſicarium. En, inquit, fidus coniugis mei comes, en venator egregius, en carus maritus. hæc eſt illa dextra, quæ meum ſanguinem fudit: hoc pectus, quod fraudulentas ambages in meum concinnauit exitium: oculi iſti, quibus malè placui; qui quo-

dammodo tamen iam futuras tenebras auſpicantes, venientes pœnas antecedunt. Quieſce ſecurus, beatè ſomniare. non ego gladio, non ferro petam. Abſit, vt velim ſimili mortis genere cum marito meo coæqueris. Viuo tibi morientur oculi, nec quidquam videbis niſi dormiens. Faxo feliciorem necem inimici tui, quam vitam tuam ſentias. Lumen certè non videbis; manu comitis indigebis: Charitem non tenebis; nuptiis non fruêris: nec mortis quiete recreaberis, nec vitæ voluptate lætaberis; ſed incertum ſimulacrum errabis inter Orcum & Solem: & diu quæres dexteram, quæ tuas expugnauit pupillas. quodq; eſt in ærumna miſerrimum, neſcies de quo queraris. At ego ſepulcrum mei Lepolemi tuo luminum cruore libabo: & ſanctis manibus eius, iſtis oculis parentabo. Sed quid mora temporis dignum cruciatum lucraris, & meos forſitan tibi peſtiferos imaginaris amplexus? Relictis ſomnolentis tenebris, ad aliam pœnalem euigila caliginem. attolle vacuam faciem: vindictam recognoſce: infortunium intellige: ærumnas computa. Sic pudicæ mulieri tui placuere oculi, ſic faces nuptiales tuos illuminarunt thalamos. vltrices habebis pronubas, & orbitatem comitem & perpetuæ conſcientiæ ſtimulum. Ad hunc modum vaticinata mulier, acu crinali capite deprompta, Thrſylli conuulnerat tota lumina: eumq; prorſus exoculatum relinquens, dum dolore neſcio crapula eum ſomno diſcutit; arrepto nudo gladio, quo ſe Lepolemus ſolebat accingere, per mediam ciuitatem curſu furioſo proripit ſe. proculdubio neſcio quod ſcelus geſtiens, monumentum mariti contendit. At nos, & omnis populus, nudatis totis ædibus, ſtudioſe conſequimur: hortati mutuò ferrum veſanis extorquere manibus. Sed Charite capulum Lepolemi propè aſsiſtens, gladióque fulgenti ſingulos abigens, vbi fletus vberes & lamentationes varias cunctorum intuetur: Abijcite, inquit, importunas lacrymas, abiicite luctum meis virtutibus alienum. Vindi-

caui

caui mei mariti cruentum peremptorem: punita ſum funeſtum mearum nuptiarum prædonem. iam tempus, vt iſto gladio deorſus ad meum Lepolemum viam quæram. Et, enarratis ordine ſingulis, quæ ſibi per ſomnium nuntiauerat maritus, quoq; aſtu Thraſyllum inductum petiſſet, ferro ſub papillam dexteram tranſadacto, corruit: & in ſuo ſibi peruoluta ſanguine, poſtremò balbutiens incerto ſermone, perefflauit animam virilem. Tunc propere familiares, miſeræ Charites accuratiſſimè corpus ablutum, munita ſepultura ibidem marito perpetuam coniugem dedere. Thraſyllus verò, cognitis omnibus, nequiens idoneum exitium præſenti cladi reddere, certusq; tanto facinori nec gladium ſufficere, ſponte delatus ibidem ad ſepulcrum: Vltronea vobis, infeſti Manes, en adeſt victima, ſæpe clamitans: valuis ſuper ſeſe diligenter obſeratis, inedia ſtatuit elidere ſua ſententia damnatum ſpiritum. Hic ille longo trahens ſpiritu, & nonnumquam illacrymans, grauiter affectis ruſticis annuntiabat. Tunc illi, mutati domini nouitatem metuentes, & infortunium domus herilis altius miſerantes, fugere comparant. Sed equorum magiſter, qui me curandum magna ille quidem commendatione ſuſceperat, quidquid in caſula pretioſum conditum, peruolat meo atque aliorum iumentorum dorſo repoſitum aſportans, ſedes priſtinas deſerit. Gerebamus infantulos & mulieres; gerebamus pullos, anſeres, hœdos, catellos. & quidquid infirmo gradu fugam morabatur, noſtris quoque pedibus ambulabat. Nec me pondus ſarcinæ, quamquam enormis, vrgebat, quippe gaudiali fuga deteſtabilem illum exectorē virilitatis meæ relinquentem. Siluoſi montis aſperum permenſi iugum, rurſusq; repoſita camporum ad ſpatia peruecti, iam veſpera ſemitam tenebrante, peruenimus ad quoddam caſtellum frequens & opulens: vnde nos incolæ nocturna, immò verò matutina etiam prohibebant egreſſione. Lupos enim numeroſos,

grandes, & vaſtis corporibus ſarcinoſos, ac nimia ferocitate
ſæuientes, paßim rapinis adſuetos infeſtare cunctam illam
regionem: iamq; ipſas vias obſidere, & in modum latro-
num prætereuntes aggredi; immò verò veſana fame rabidos
finitimas expugnare villas: exitiumq; inertißimorum pe-
550 cudum ipſis iam humanis capitibus imminere. denique ob
iter illud, quà nobis erat commeandum, iacere ſemeſa ho-
minum corpora, ſuisq; viſceribus nudatis oßibus cuncta can-
dére: ac per hoc nos quoque cautione ſummâ viæ reddi de-
bere: idqúe vel in primis obſeruitare; vt luce clara, & die
iam prouecto, & Sole florido, vitantes vndique latentes in-
ſidias, cum & ipſo lumine dirarum beſtiarum repigratur
impetus, non laciniatim diſperſo, ſed cuneatim ſtipato com-
551 meatu difficultates illas tranſabiremus. Sed nequißimi fugi-
tiui ductores illi noſtri, cæcæ feſtinationis temeritate, ac me-
tu incertæ inſequutionis, ſpreta ſalubri monitione, nec ex-
ſpectata luce proxima, circa tertiam fermè vigiliam noctu,
onuſtos nos ad viam propellunt. Tunc ego non inſcius præ-
552 dicti periculi, quam potui, turbæ medius, & inter conferta
iumenta latenter abſconditus, clunibus meis ab aggreßioni-
bus ferinis conſulebam. Iámque me curſu celeri ceteros equos
antecellentem mirabantur omnes. Sed illa pernicitas non
erat alacritatis meæ, ſed formidinis indicium. Denique me-
cum ipſe reputabam, Pegaſum inclytum illum metu magis
volaticum fuiſſe; ac per hoc meritò pennatum proditum,
dum altum aduſque cœlum ſubſilit ac reſultat: formidans
ſcilicet igniferæ morſum Chimeræ. Nam & illi paſtores qui
nos agebant, in ſpeciem prælij manus obarmauerant. Hic
lanceam, ille venabulum, alius gerebat ſpicula, fuſtem alius:
ſed & ſaxa, quæ ſalebroſa ſemita largiter ſubminiſtrat.
553 Erant qui ſudes præacutas attollerent. plerique tamen ar-
dentibus facibus proterrebant feras. nec quidquam præter
vnicam tubam deerat, quin acies eſſet prœliaris. Sed nequid-
quam

quam fruſtra timorem illum ſatis inanem perfuncti, longè peiores inhæſimus laqueos. Nam lupi, forſitan conſerta iuuentutis ſtrepitu, vel certè nimia luce flammarum deterriti, vel etiam aliorſum graſſantes, nulli contra nos aditum tulerunt: ac ne procul ſaltem vlli comparuerant. Villæ verò, quam fortè tunc præteribamus, coloni, multitudinem noſtram latrones rati, ſatis agentes rerum ſuarum, eximieq; trepidi, canes rabidos & immanes, & quibuſuis lupis & vrſis ſæuiores, quos ad tutelæ præſidia curioſe fuerant alumnati, iubilationibus ſolitis & cuiuſcemodi vocibus nobis inhortantur. Qui, præter genuinam ferocitatem, tumultu ſuorum exaſperati contra nos ruunt: & vndique laterũ circumfuſi paßim inſiliunt, & ſine vllo delectu iumenta ſimul & homines lacerant: diuq; graſſati, pleroſque proſternunt. Cerneres, non tam hercules memorandum, quàm miſerandum ſpectaculum, canes copioſos, ardentibus animis alios fugientes arripere, alios ſtantibus inhærere, quoſdam iacentes inſcindere, & per omnem noſtrum commeatum morſibus ambulare. Ecce tanto periculo malum maius inſequitur. De ſummis enim tectis, ac de proximo colle ruſticani illi ſaxa ſuper nos raptim deuoluunt; vt diſcernere prorſus nequiremus, qua potißimùm caueremus clade, comminus canum, an eminus lapidum. Quorum quidem vnus caput mulieris, quæ meum dorſum reſidebat, repentè percußit. Quo dolore commota, ſtatim fletu cum clamore ſublato, maritum ſuum paſtorem illum ſuppetiatum ciet. At ille Deûm fidem clamitans, & cruorem vxoris abſtergens, altius quiritabat: Quid miſeros homines, & laborioſos viatores, tam crudelibus animis inuaditis, atque obteritis? quas prædas munitis? quæ damna vindicatis? At non ſpeluncas ferarum, vel cautes incolitis barbarorum, vt humano ſanguine profuſo gaudeatis. Vix hæc dicta: & ſtatim lapidum congeſtus ceſſauit imber, & infeſtorum canum reuocata

conquieuit procella. Vnus illinc denique de ſummo cupreſſu cacumine, At nos, inquit, non veſtrorum ſpoliorum cupidine latrocinamur, ſed hanc ipſam cladem de veſtris protelamus manibus. iam denique pace tranquilla ſecuri poteſtis incedere. Sic ille. Sed nos plurifariam vulnerati, reliquam viam capeſſimus, alius lapidis, alius morſus vulnera referentes; vniuerſi tamen ſaucij. Aliquanto denique viæ permenſo ſpatio, peruenimus ad nemus quoddam proceris arboribus conſitum, & patentibus viretis amœnum. vbi placuit illis ductoribus noſtris paululum conquieſcere, corporaq; ſua diuerſe laniata ſedulò recurare. Ergo paſſim proſtrati ſolo, primùm fatigatos animos recuperare, ac dehinc vulneribus medelas varias adhibere feſtinant. hic cruorem præterfluentis aquæ rore diluere; ille ſpongiis madidatis tumores comprimere; alius faſciolis hiantes vincire plagas. Ad iſtum modum ſaluti ſuæ quiſque conſulebat. Interea quidam ſenex de ſummo colle proſpectat, quem circum capellæ paſcentes, opilionem eſſe profectò clamabant. Eum rogauit vnus è noſtris, haberetne vænui lacte, vel adhuc liquidum, vel in caſeum recentem incoactum? At ille diu capite quaſſanti, Vos autem, inquit, de cibo vel poculo, vel omnino vlla refectione nunc cogitatis? an nulli ſcitis, quo loco conſederitis? Et cum dicto, conductis ouiculis, conuerſus longè receſſit. Quæ vox eius & fuga, paſtoribus noſtris non mediocrem pauorem incuſſit. Ac, dum perterriti, de loci qualitate ſciſcitari geſtiunt, nec eſt qui doceat; ſenex alius, magnus ille quidem, grauatus annis, totus in baculum pronus, & laſſum trahens veſtigium, vbertim lacrymans, per viam proximat: viſiſq; nobis, cum fletu maximo ſingulorum iuuenum genua contingens, ſic adorat: Per Fortunas, veſtroſq; Genios, ſic ad meæ ſenectutis ſpatia validi lætiq. veniatis, decepto ſeni ſubſiſtite, meumq; paruulum ab Inferis ereptum canis meis reddite. Nepos namque meus, & itine-

ris huius ſuauis comes, dum fortè paſſerem, incantantem ſepiculæ, cõſectatur arripere; delapſus in proximã foueam, quæ fruticibus imis ſubpatet, in extremo iam vitæ conſiſtit periculo: quippe cùm de fletu ac voce ipſius auum ſibi ſæpiculè clamitantis, viuere illum quidem ſentiam, ſed per corporis vt videtis, mei defectam valitudinem, opitulari nequeam. At vobis, ætatis & roboris beneficio, facile eſt ſuppetiari miſerrimo ſeni, puerumq; illum, nouiſsimum ſucceſſionis meæ atque vnicam ſtirpem, ſoſpitem mihi facere. Sic deprecantis, ſuamq; canitiem diſtrahentis, totos quidem miſeruit. Sed vnus, præ ceteris & animo fortior, & ætate iuuenior, & corpore validior, quique ſolus præter alios incolumis prælium ſuperius euaſerat, exurgit alacer: & percontatus quo nam loci puer ille decidiſſet, monſtrantem digito non longè frutices horridos ſenem illum impigrè comitatur. Ac dum pabulo noſtro, ſuáque cura refecti, ſarcinulis quiſque ſumptis ſuis viam capeſſunt; clamore primùm nominatim cientes, illum iuuenem frequenter inclamant: mox mora diutina commoti, mittunt è ſuis arceſsitorem vnum, qui requiſitum comitem tempeſtiuæ viæ commonefactum reduceret. At ille modicum commoratus, refert ſeſe. buxanti pallore trepidus, mira ſuper conſeruo ſuo renuntiat. Conſpicatũ ſe quippe, ſupinato illi, & iam ex maxima parte conſumpto, immanem draconem mandentem inſiſtere: nec vllum vſquam miſerrimum ſenem comparere illum. Quare cognita, & cum paſtoris ſermone collata, qui eum prorſus hunc illum, nec alium locorum inquilinum præminabantur, peſtilenti deſerta regione, velociori ſe fuga proripiunt: noſq; pellunt, crebris tundentes fuſtibus. Celerrimè denique longo itinere cõfecto, pagum quemdam accedimus: ibiq; totam perquieſcimus noctem. Vbi ceptum facinus, oppidò memorabile, narrare cupido. Seruus quidam, cui cunctam familiæ tutelam dominus permiſerat ſuus, quiq; poſ-

ſeßionem maximam illam, in quam deuerteramus, villicabat, habens ex eodem famulitio conſeruam coniugem, liberæ cuiuſdam extraneæque mulieris flagrabat cupidine. Quo dolore pellicatus vxor eius inſtricta, cunctas mariti rationes, & quidquid horreo reconditum continebatur, admoto combußit igne. Nec tali damno tori ſui contumeliam vindicaſſe contenta, iam contra ſua ſæuiens viſcera, laqueum ſibi nectit, infantulumq;, quem de eodem marito iamdudum ſuſceperat, eodem funiculo nectit: ſeqúe in præaltißimum puteum, appendicem paruulum trahens, præcipitat. Quam mortem dominus eorum ægerrimè ſuſtinens, arreptum ſeruulum, qui cauſam tanti ſceleris vxori ſuæ præſtiterat, nudum, ac totum melle illitum, firmiter alligauit arbori ficulneæ: cuius in ipſo carioſo ſtipite, inhabitantium formicarum nidificia burriebant, & vltro citróque commeabant multiiuga ſcaturigine. Quæ ſimul dulcem ac mellitum corporis nitorem perſentiſcunt; paruis quidem, ſed numeroſis & continuis morſiunculis penitus inhærentes, per longi temporis cruciatum ita, carnibus atque ipſis viſceribus adeſis, homine conſumpto, membra nudarunt; vt oſſa tamen viduata pulpis, nitore nimio candentia, funeſtæ cohærerent arbori. Hac quoque deteſtabili deſerta manſione, paganos in ſummo luctu relinquentes, rurſum pergimus: dieq; toto campeſtres emenſi vias, ciuitatem quamdam populoſam & nobilem iam feßi peruenimus. Inibi Larem ſedeſque perpetuas paſtores illi ſtatuere decernunt; quòd & longè quæſituris firmæ latebræ viderentur, & annonæ copioſæ beata celebritas inuitabat. Triduo denique iumentorum refectu corporibus, quo vendi cariores videremur, ad mercatū producimur: magnaq; voce præconis pretia ſingulis nuntiantur, equi atque alij aſini opulentis emtoribus præſtinantur. at me relictum ſolum, ac ſubſicium cum faſtidio pleriq; præteribant. Iamq; tædio cōtrectationis eorum, qui de dentibus

noſtris

noſtris ætatem computabant, manum cuiuſdam fœtore ſordentem, qui gingiuas identidem meas putridis ſcalpebat digitis, mordicus arreptam, pæniſsimè contriui. Quæ res circumſtantium ab emptione mea, vtpote ferociſsimi, deterruit animos. Tunc præco diruptis faucibus, & rauca voce ſaucius, in meas fortunas ridiculos conſtruebat iocos: Quem ad finem canteriū iſtum vænui fruſtra ſubiiciemus, & vetulum, extritis vngulis debilem, & colore deformem, & in hebeti pigritia ferocem, nec quidquam amplius quàm ruderarium cribrum? Quare vel donemus eum cuipiam, ſi qui tamen fœnum ſuum perdere non grauatur. Ad iſtum modum præco ille cachinnos circumſtantibus commouebat. Sed illa Fortuna mea ſæuiſsima, quam per tot regiones iam aufugiens effugere, vel præcedentibus malis placare non potui, rurſum in me cæcos detorſit oculos: & emptorē aptiſſimum duris meis caſibus mirè repertum obiecit. ſcitote qualem. cinædum, & ſenem, caluum quidem, cincinnis ſemicanis & pendulis capillatum: vnum de triuiali popularium fæce, qui per plateas & oppida cymbalis & crotalis perſonantes, deamq; Syriam circumferentes mendicare compellunt. Is, nimio præſtinandi ſtudio, præconem rogat, cuiatis eſſem? At ille Cappadocum me, & ſatis forticulum denuntiat. Rurſum requirit annos ætatis meæ. Sed præco laſciuiens: Mathematicus quidam, qui ſtellas eius diſpoſuit, quintum ei numerauit annum. ſed ipſe ſcilicet melius iſtud de ſua nouit profeſsione. Quamquam enim prudens crimen Corneliæ legis incurram, ſi ciuem Romanum pro ſeruo tibi vendidero; quin emis bonum & frugi mancipium, quod te & foris & domi poterit iuuare? Sed exinde, odioſus emptor, aliud de alio non deſinit quærere. denique de manſuetudine etiā mea percōtatur anxiè. At præco, Veruecem, inquit, nō aſinum vides, ad vſum omnem quietū, nō mordacem, nec calcitronem quidem; ſed potius in aſini corio mo-

deſtum

deſtum hominem habitare credas. Quæ res cognitu non a-
dua. nam ſi faciem tuam mediis eius feminibus immiſeris,
574 facilè periclitaberis, videns quàm grandem tibi demonſtret
patientiam. Sic præco lurconem tractabat dicacule. Sed ille,
cognito cauillatu, ſimilis indignanti: At te, inquit, cadauer
ſurdum & mutum, delirumq; præconem, omnipotens &
omniparens dea Syria, & ſanctus Sabadius, & Bellona, &
575 mater Idæa, cum ſuo Adone Venus domina, cæcum reddant
qui ſcurrilibus iamdudum contra me velitaris iocis. An me
putas inepte, iumento fero poſſe Deam committere, vt tur-
batum repentè diuinum deiiciat ſimulacrum; egoq; miſer
cogar crinibus ſolutis diſcurrere, & Deæ meæ humi iacenti
aliquem medicum quærere? Accepto tali ſermone, cogita-
bam ſubitò velut lymphaticus exilire; vt, me ferocitate ce-
neus exaſperatum, emptionem deſineret. Sed præuenit co-
gitatum meum emptor anxius, pretio depenſo ſtatim. quod
quidem gaudens dominus, ſcilicet tædio mei, facilè ſuſcepit
ſeptemdecim denariûm: & illico me tumicla ſpartea deli-
gatum tradidit Philebo. hoc enim nomine cenſebatur iam
576 meus dominus. At ille ſuſceptum nouitium famulum traho-
bat ad domum; ſtatimq; illinc de primo limine proclamat,
Puellæ, ſeruum vobis pulcellum en ecce mercatus, perduxi.
Sed illæ puellæ, chorus erat cinædorum. quæ ſtatim exul-
577 tantes in gaudium, fracta, rauca & effeminata voce cla-
mores abſonos intollunt: ratæ ſcilicet, verè quempiam ho-
minem ſeruulum miniſterio ſuo paratum. Sed poſtquam
non ceruam pro virgine, ſed aſinum pro homine ſuccida-
neum videre; nare detorta, magiſtrum ſuum variè cauillan-
tur. non enim ſeruum, ſed maritum illum ſcilicet ſibi per-
duxiſſe. Et heus, aiunt, caue ne ſolus exedas tam bellum
ſcilicet pullulum; ſed nobis quoque, tuis palumbulis, non-
numquam impertias. Hæc & huiuſmodi mutuò blateran-
tes, præſepio me proximum deligant. Erat quidam iuuenis

ſatis

ſatis corpulentus, choraula doctiſsimus, collatitia ſtipe de menſa paratus: qui foris quidem circungeſtantibus Deam cornu canens adambulabat; domi verò promiſcuis operis partiarios agebat concubitus. Hic me, ſimul domi conſpexit libenter, appoſitis largiter cibariis, gaudens alloquitur: Veniſti tandem miſerrimi laboris vicarius. ſed diu viuas, & dominis placeas, & meis defectis iam lateribus conſulas. Hæc audiens, iam meas futuras nouas cogitabam ærumnas. Die ſequenti variis coloribus induſiati, & deformiter quiſque formati, facie cœnoſo pigmento delita, & oculis obunctis graphice, prodeunt, mitellis, & crocotis, & carbaſinis & bombicinis linteis iniecti. Quidam tunicas albas, in modum lanciolarum quoquòuerſum fluente purpura, depictas cingulo ſubligati, pedes luteis induti calceis, Deamq; ſerico contectam amiculo, mihi gerendam imponunt: brachiáq; ſuis humerotenus renudatis attollentes immanes gladios ac ſecures, euantes exiliunt, incitante tibiæ cantu lymphaticum tripudium. Nec paucis percurſatis caſulis, ad quamdam villam poſſeſſoris Britini perueniunt, & ab ingreſſu primo, ſtatim abſonis vlulatibus conſtrepentes, fanaticè peruolant. Diúque capite demiſſo, ceruices lubricis intorquentes motibus, crinesq; pendulos rotantes, in circulum & nonnumquam morſibus ſuos incurſantes muſculos, ad poſtremum ancipiti ferro, quod gerebant, ſua quiſque brachia diſsicant. Inter hæc, vnus ex illis bacchatur effuſius, ac de imis præcordiis anhelitus crebros referens, velut numinis diuino ſpiritu repletus, ſimulabat ſauciam vecordiam prorſus. Quaſi Deûm præſentia ſoleant homines, non ſui fieri meliores, ſed debiles effici, vel ægroti. Specta denique, quale, cæleſti Prouidentia, meritum reportauerit. Infit vaticinatione clamoſa conficto mendacio, ſemetipſum inceſſere atque criminari, quaſi contra fas ſanctæ religionis deſignaſſet aliquid: & inſuper iuſtas pœnas noxii facinoris, ipſe de

ſuis

ſuis manibus expoſcere. Arrepto denique flagro, quod ſemi-
uiris illis proprium geſtamen eſt, contortis tænis lanoſi vel-
leris prolixè fimbriatum, & multiiugis talis ouium teſſella-
tum, indidem ſeſe multinodis commulcat ictibus: mire con-
tra plagarum dolores præſumptione munitus. Cerneres
proſectu gladiorum, ictúq; flagrorum, ſolum ſpurcitie ſan-
guinis effeminati madeſcere. Quæ res incutiebat mihi non
paruam ſolicitudinem, videnti tot vulneribus largiter pro-
fuſum cruorem: ne quo caſu Deæ peregrinæ ſtomachus, vt
quorumdam hominum lactem, ſic illa ſanguinem conſupiſce-
ret aſininum. Sed vbi tandem fatigati, vel certè ſuo lania-
tu ſatiati, pauſam carnificinæ dedere; ſtipes æreas, immò ve-
rò & argenteas, multis certatim offerentibus, ſinu recepere
patulo: necnon & vini cadum, & lactem, & caſeos, &
farris & ſiliginis aliquid, & nonnullis ordeum Deæ geru-
donantibus, auidis animis corradentes omnia, & in ſaccu-
huic quæſtui de induſtria præparatos farcientes, dorſo m-
congerunt. vt duplici ſcilicet ſarcinæ pondere grauatus, &
horreum ſimul & templum incederem. Ad iſtum modum
palantes, omnem illam deprædabantur regionem. Sed i-
quodam caſtello, copia lætati largioris quæſticuli, gaudia-
inſtruunt dapes. A quodam colono, fictæ vaticinatio-
mendacio, pinguiſsimum depoſcunt arietem, qui deam Sy-
riam eſurientem ſuo ſatiaret ſacrificio: probeq; diſpoſita ce-
nula, balneas obeunt: ac dehinc lauti, quemdam fortiſſi-
mum ruſticanum, induſtria laterum atque imis ventris be-
nè præparatum, comitem cænæ ſecum adducunt: pauciſq;
admodum prægustatis oluſculis, ante ipſam menſam, ſpur-
ciſsimæ illa propudia, ad illicitæ libidinis extrema flagitia in-
fandis inguinibus efferantur. paſsimq́; circumfuſi, nudatum
ſupinatumquè iuuenem execrandis vredinibus flagitabant.
Nec diu tale facinus meis oculis tolerantibus, PORRO
QVIRITES perclamare geſtiui. ſed viduatum ceteris ſyl-

labis

labis ac literis præceſſit O tantum, ſanè clarũ ac validum, & aſino proprium, ſed inopportuno planè tempore. Namq; de pago proximo complures iuuenes, abactum ſibi noctu perquirentes aſellũ, nimióque ſtudio cuncta diuerſoria ſcrutantes, intus ædium audito ruditu meo, prædam abſconditam latibulis ædium rati, coràm rem inuaſuri ſuam, improuiſi conſerto gradu ſe penetrant: palamq; illos, execrandas fœditates obeuntes deprehendunt. Iam iamq; vicinos vndique partientes, turpiſſimam ſcenam patefaciunt: inſuper ridiculè ſacerdotum puriſſimam laudantes caſtimoniam. Hac infamia conſternati, quæ per ora populi facilè dilapſa, meritò inuiſos ac deteſtabiles eos cunctis effecerat, noctem fermè circa mediam, collectis omnibus, furtim caſtello faceſſunt. bonaq; itineris parte ante iubaris ortum tranſacta, iam die claro ſolitudines auias nacti, multa ſecum prius collocuti, accingũt ſe meo funeri: Deaq; vehiculo meo ſublata, & humi repoſita, cunctis ſtrumentis me renudatum, ac de quadam quercu deſtinatum, flagro illo pecuinis oſſibus cathenato verberantes, pænè ad extremam confecerant mortem. Fuit vnus, qui poplites meos eneruare ſecuri ſæua comminaretur, quòd de pudore illo, cãdido ſcilicet, ſuo tam deformiter triumphaſſem. Sed & ceteri, non meæ ſalutis, ſed ſimulacri iacentis contemplatione, in vita me retinendum cenſuere. Rurſum itaque me refertum ſarcinis plenis gladiis minantes, perueniunt ad quamdam nobilem ciuitatem. Inibi vir principalis, & aliàs religioſus, & eximiè Deûm reuerens, tinnitu cymbalorum & ſonitu tympanorum, cantuſq; Phrygij mulcentibus modulis excitus, procurrit obuiam: Deámque votiuo ſuſcipiens hoſpitio, nos omnis intra conſeptum domus ampliſſimæ conſtituit: numenq; ſumma veneratione atque hoſtiis opimis placare contendit. Hic ego me potiſſimùm capitis periclitatum memini. Nam quidam colonus, partem venationis, immanis cerui

cerui pinguiſſimum femur, domino illi ſuo muneri miſerat. quod incurioſè ponè culinæ fores non altiuſculè ſuſpenſum, canis adæquè venaticus latenter inuaſerat, lætusq; prædá, properè cuſtodientes oculos euaſerat. Quo damno cognito, ſuaq; reprehenſa negligentia, coquus diu lamentatus lacrymis inefficacibus, iam iamque domino cœnam flagitante mærens, & vtcunque metuens, altius filio ſuo paruulo conſalutato, arreptóque funiculo, mortem ſibi nexu laquei comparabat. Nec tamen latuit fidam vxorem eius caſus extremus mariti. ſed funeſtum nodum violenter inuadens manibus ambabus, Adeo ne, inquit, præſenti malo perterritus, mente excidiſti tua? nec fortuitum iſtud remedium, quod Deûm prouidentia ſubminiſtrat, intueris? Nam, ſi quid in vltimo Fortunæ turbine reſpicis, expergite mi auſculta: & aduenam iſtum aſinum remoto quodam loco deductum iugula, femurque eius ad ſimilitudinem perditi detractum, & accuratius in protrimentis ſapidiſſimè decoctum, appone domino, ceruini vice. Nequiſſimo verberoni ſua placuit ſalu de mea morte. & multum conſeruæ ſagacitate laudata, deſtinata etiam laniena, cultros acuebat.

591

L. APVLEII METAMORPHOSEON SIVE DE ASINO AVREO

LIBER NONVS.

SIc ille nequiſsimus carnifex contra me manus impias obarmabat. At ego, præcipitante conſilium periculi tanti præſentia, nec expectata diutina cogitatione, lanienam imminentē fuga vitare ſtatui. protinusq́; vinculo, quo fueram deligatus, arrapto, curſu me proripio totis pedibus, ad tutelam ſalubrem crebris calcibus velitatus: illicóque me, raptim tranſcurſa proxima porticu, triclinio, in quo dominus ædium ſacrificales epulas cum ſacerdotibus Deæ cænitabat, incontanter immitto. nec pauca rerum apparatus cibarij, menſas etiam, impetu meo collido, atque diſturbo. Qua rerum deformi ſtrage paterfamiliàs commotus, vt importunum atque laſciuum, me cuidam famulo curioſe traditum, certo aliquo loco clauſum iuſsit cohiberi: ne rurſum conuiuium placidum ſimili petulantia diſsiparem. Hic aſtulo commento ſcitulè munitus, & mediis lanij manibus ereptus, cuſtodela ſalutaris mihi gaudebam carceris. Sed nimirum nihil Fortuna renuente licet homini nato dexterum prouenire: nec conſilio prudentis, vel remedio ſagacis, diuinæ Prouidentiæ fatalis diſpoſitio ſubuerti vel reformari poteſt. Mihi denique idipſum commentum, quòd momentariam ſalutem reperiſſe videbatur, periculum grande, immò exitium præſens conſtituit aliud. Nam quidam ſubitò puer, mobili ac trepida facie percitus, vt familiares inter ſe ſuſurrabant,

irrumpit triclinium : ſuóque annuntiat domino, de proxi
mo angiportu canem rabidam pauloantè per poſticam im-
petu miro ſeſe direxiſſe: ardentiq́ prorſus furore venatu
canes inuaſiſſe: ac dehinc proximum petiiſſe ſtabulum, at
ibi pleraque iumenta incurriſſe pari ſæuitia; nec poſtremò
595 *ſaltem ipſis hominibus pepercíſſe. nam Mitillum mulionem,*
& Hephæſtionem cocum , & Hypatauium cubicularium,
& Apollonium medicum , immò verò & plures alios e
familia , abigere tentantes , variis morſibus quemque lace-
raſſe : certè venenatis morſibus contacta nonnulla iumenta
efferari iam ſimili rabie . Quæ res omnium ſtatim percuſ-
ſit animos. ratique me etiam eadem peſte infectum fero-
re , arreptis cuiuſcemodi telis , mutuóque vt exitium com-
596 *mune protelarent cohortati, ipſi ſpotius eodem veſaniæ mor-*
bo laborantes , perſequuntur . Nec dubio me lanceis il-
& venabulis , immò verò & bipennibus , quæ facilè famu-
li ſubminiſtrabant , membratim compilaſſent ; ni reſpi-
ſubiti periculi turbine , cubiculum in quo mei domini d-
uertebant , protinus irrupiſſem . Tunc clauſis obſeratiſq
ſuper me foribus , obſidebant locum ; quoad , ſine vllo co
ceſſionis ſuæ periculo , peſtilentiæ letalis peruicaci rabie p
ſeſſus ac pereſus, abſumerer . Quo facto , tandem liber-
tem nactus , ſolitariæ Fortunæ munus amplexus , ſup
conſtratum lectum abiectus , poſt multum equidem te
poris ſomnum humanum quieui .
597 *Iámque clara die , m*
litie cubiculi refota laſſitudine , vegetus exſurgo : atque
los, qui meæ tutelæ peruigiles excubias agitauerant, auſcu
to de meis ſic altercare fortunis : At hunccine miſerum
iſtum aſinum iugi furore iactari credimus? immò verò i
virus, inquieſcente ſæuitia, prorſus extinctum . Sic opini
nis variæ terminū, ad explorationem conferunt : ac de ri
quidam proſpiciunt , ſanum me atque ſobrium otioſe co
ſiſtere . Iámque vltro foribus patefactis , plenius , an ſ

iam manſuefactus, periclitantur. Sed vnus ex his, de cælo miſſus mihi ſoſpitator, argumentum explorandæ ſanitatis meæ tale commonſtrat ceteris: vt aquæ recentis completam peluem offerrent potui meo. ac, ſi intrepidus, & more ſolito ſumens, aquis allubeſcerem; ſanum me, atque omni morbo ſcirent expeditum: contra verò, ſi viſum contactumq; laticis vitarem ac perhorreſcerem; pro comperto, noxiam rabiem pertinaciter durare. Hoc enim, libris etiam priſtinis proditum, obſeruari ſolere. Iſto placito, vas immane confeſtim aquæ perlucidæ de proximo petitæ fonte, contantes adhuc, offerunt mihi. At ego ſine vlla mora progreſſus, etiam obuio gradu ſatis ſitienter, pronus, & totum caput inuergens, ſalutares verè equidem illas aquas hauriebam. Iamquè & plauſus manus, & aurium flexus, & ductum capiſtri, & quiduis aliud periclitantium, placidè patiebar; quoad contra veſanam eorum præſumptionem, modeſtiam meam liquidò cunctis approbarem. Ad iſtum modum vitato duplici periculo, die ſequenti rurſum diuinis exuuiis onuſtus, cum crotalis & cymbalis circumforaneum mendicabulum producor ad viam. Nec paucis caſulis atque caſtellis oberratis, deuertimus ad quempiam pagum vrbis opulentæ quondam, vt memorabant incolæ, inter ſemirutæ veſtigia conditum. & hoſpitio proximi ſtabuli recepti, cognoſcimus lepidam de adulterio cuiuſdam pauperis fabulam: quam vos etiam cognoſcatis volo. Hic gracili pauperie laborans, fabriles operas præbendo, paruis illis mercedibus vitam tenebat. Erat ei tamen vxorcula, etiam ſatis quidem tenuis & ipſa, verumtamen poſtrema laſciuia famigerabilis. Sed die quadam, dum matutinò ille ad opus ſuſceptum proficiſcitur, ſtatim latenter irrepit eius hoſpitium temerarius adulter. Ac, dum Veneris colluctationibus ſecurius operantur; maritus ignarus rerum, ac nihil etiamtunc tale ſuſpicans, improuiſus hoſpitium repetit. Iámque clauſis &

obſeratis foribus, vxoris laudata continentia, ianuam pulſat, ſibilo etiam præſentiam ſuam denuntiante. Tum mulier callida, & ad huiuſmodi flagitia peraſtutula, tenaciſſimis amplexibus expeditum hominem, dolio, quod erat in angulo ſemiobrutum, ſed alias vacuum, diſſimulanter abſcondit: & patefactis ædibus, adhuc introeuntem maritum aſpero ſermone accipit: Siccine, vacuus & otioſus, inſinuatis manibus ambulabis mihi, nec, obito conſueto labore, vitæ noſtræ proſpicies, & aliquid cibatui parabis? at ego miſera & pernox & perdiem lanificio neruos meos contorqueo, vt intra cellulam noſtram ſaltem lucerna luceat. Quanto me felicior Daphne vicina, quæ mero & prandio matutino ſaucia, cum ſuis adulteris voluptatur! Sic confutatus maritus, Et quid iſtuc eſt? ait. Nam, licet forenſi negotio officinator noſter attentus ferias nobis fecerit, tamen hodiernæ cœnulæ noſtræ proſpexit. Vides iſtud dolium, quod ſemper vacuum, fruſtra locum detinet tantum, & reuera præter impedimentum conuerſationis noſtræ, nihil præſtat amplius? iſtud ego quinque denariis cuidam venditaui: & adeſt, vt, dato pretio, ſecum rem ſuam ferat. Quin itaque percingeris, mihiq́; manum tantiſper accommodas, vt exobrutum protinus tradatur emptori. E re nata fallacia, mulier temerariũ tollens cachinnum, Magnum, inquit, iſtum virum ac ſtrenuũ negotiatorem nacta ſum, qui rem quam ego mulier, & intra hoſpitium cõtenta, iamdudum ſeptem denariis vendidi, minoris diſtraxit. Additamento pretij lætus maritus, Et quis eſt ille, ait, qui tanto pretio præſtinauit? At illa, Olim inepte, inquit, deſcendit in dolium, ſedulo ſoliditatem eius probaturus. Nec ille ſermoni mulieris defuit: ſed exurgens alacriter, Vis, inquit, verum ſcire materfamilias? hoc tibi dolium nimis vetuſtum eſt, & multifariam rimis hiantibus quaſſum. Ad maritumq́; eius diſſimulanter conuerſus: Quin tu quicunque es homuncio, lucernam

ait, actutùm mihi expedis; vt, craſis intrinſecus ſordibus, di-
ligenter aptum vſui poſsim dinoſcere. niſi nos putas æs de 604
malo habere. Nec quidquam moratus ac ſuſpicatus acer &
egregius ille maritus, accenſa lucerna: Diſcede, inquit, fra-
ter, & otioſus adſiſte, donec probè procuratum iſtud tibi
repræſentem. Et cum dicto nudatus ipſe, delato lumine, ſca-
biem vetuſtam carioſæ teſtæ occipit exſculpere. At verò 605
adulter, belliſsimus ille puſio, inclinatam dolio pronam vxo-
rem fabri, ſuperincuruatus, ſecurè dedolabat. At illa capite
in dolium demiſſo, maritum ſuum aſtu meretricio tracta-
bat ludicrè. hoc, & illud, & aliud, & rurſus aliud pur-
gandum digito demonſtrat ſuo: donec vtroque opere perfe-
cto, acceptis ſeptem denariis, calamitoſus faber collo ſuo ge-
rens dolium, coactus eſt ad hoſpitiũ adulteri perferre. Pau-
culis ibi diebus commorati, & munificentia publica ſagina-
ti, vaticinationisq́; crebris mercedibus ſuffarcinati piiſsimi
illi ſacerdotes, nouum quæſtus genus ſibi comminiſcuntur. 606
Sorte vnica caſulis pluribus enotata, conſulentes de rebus 607
variis plurimos, ad hunc modum cauillantur. Sors hæc erat:

Ideo coniuncti terram proſcindunt boues,
Vt in futurum læta germinent ſata.

Tum ſi qui, matrimonium ſorte captantes, interrogarent;
rem ipſam reſponderi aiebant: Iungendos connubio, & ſatis
liberûm procreandis. Si poſſeſsiones præſtinaturus quæreret;
meritò boues, vt & iugum, & arua ſementis florentia,
pronuntiari. Si quis de profectione ſollicitus, diuinum cape-
ret auſpicium; iunctos iam paratosq́; quadrupedum cuncto-
rum manſuetiſsimos: & lucrum promitti de glebæ germine. 608
Si prœlium capeſſiturus, vel latronum factionem perſequu-
turus, vtiles necne proceſſus ſciſcitaretur; additam victo-
riam ſorti præſagio contendebant: quippe ceruices hoſtium
iugo ſubacturi, & prædam de rapinis vberrimam fructuo-
ſamq́; capturi. Ad iſtum modum, diuinationis eius aſtu 609

captioſo contraxerant non paruas pecunias . Sed aſsidu interrogationibus, argumenti ſatietate iam defecti, rurſum ad viam prodeunt, via tota quam nocte confeceramus long peiorẽ. quidni? lacunoſis incilibus voraginoſam, partim ſt gnanti palude fluidam, & alibi ſubluuie cænoſa lubrica Crebris deniq. offenſaculis & aſsiduis lapſibus iã contuſis cru ribus meis, vix tandẽ ad campeſtres ſemitas feſſus euade potui. Et ecce, nobis repentè de tergo manipulus armati ſu percurrit equitis: ægreq́; cohibita equorum curruli rab Philebum ceteroſq́; comites eius inuolant auidi: colloq́; co ſtricto, & ſacrilegos impuroſq́; compellantes, interdu pugnis obuerberant: necnon manicis etiam cunctos co tant: & identidẽ vrgenti ſermone comprimunt, promere otius aureum cantharum, promerent auctoramentum illu ſui ſceleris; quod, ſimulatione ſolemnium, quæ in op factitauerant, ab ipſis puluinaribus matris Deũm clancu furati, prorſus quaſi poſſent tanti facinoris euadere ſupp cium, tacita profectione adhuc luce dubia pomerium pe ſerint. Nec defuit, qui manu ſuper dorſum meum inie in ipſo Deæ, quam gerebam, gremio ſcrutatus, reperit atque incoram omnium aureum depromeret cantharum Nec iſto ſaltem tam nefario ſcelere impuratiſsima illa ca ta confutari, terreríue potuere; ſed mendoſo riſu cauill tes: En, inquiunt, indignæ rei ſcæuitatem! quam plerique inſontes periclitantur homines! propter vnicum cantha rum, quem Deũm mater ſorori ſuæ Syriæ hoſpitale mun obtulit, noxios religionis antiſtites ad diſcrimen vocari c pitis. His, & aliis ſimilibus affaniis fruſtra blatteratis, retrorſum abducunt pagani, ſtatimq́; vinctos in Tullian compingunt: cantharoq́;, & ipſo ſimulacro quod gereba apud fani donarium redditis ac conſecratis, altera die pr ductum me, rurſum voce præconis venui ſubijciunt. ſe temq́; nummis carius, quàm prius me comparauerat Ph lebus,

lebus, quidam piſtor de proximo caſtello præſtinauit. protinusq́; frumento etiam coëmpto affatim onuſtum, per iter arduum ſcrupis, & huiuſcemodi ſtirpibus infeſtum, ad piſtrinum, quod exercebat, perducit. Ibi complurium iumentorum multiuij circuitus intorquebant molas ambage varia. nec die tantùm, verùm perpeti etiam nocte, prorſus inſtabili machinarum vertigine lucubrabant peruigilem farinam. Sed mihi, ne rudimentum ſeruitij perhorreſcerem, nouus dominus loca lautia prolixè præbuit. Nam & diem illum primum feriatum dedit, & cibariis abundanter inſtruxit præſepium. Nec tamen illa otij ſaginæq́; beatitudo durauit vlterius. Sed die ſequenti, molæ, quæ maxima videbatur, matutinus adſtituor: & illico velata facie, propellor ad incurua ſpacia flexuoſi canalis; vt in orbe termini circumfluentis reciproco greſſu, mea recalcans veſtigia, vagarer errore certo. Nec tamen ſagacitatis ac prudentiæ meæ prorſus oblitus, facilem me tirocinio diſciplinæ præbui. Sed quamquam frequenter, cùm inter homines agerem, machinas ſimiles circumrotari vidiſſem; tamen vt expers & ignarus operis, ſtupore mentito defixus hærebam. quod enim rebar, vt minus aptum, & huiuſmodi miniſterio ſatis inutilem, me ad quempiam alium vtique leniorem laborem legatum iri, vel otioſum certè cibatum iri. Sed fruſtra ſolertiam damnoſam exercui. Complures enim protinus, baculis armati me circunſteterunt: atque, vt eram luminibus obtectis ſecurus, etiamnunc repentè ſigno dato, & clamore conſerto, plagas ingerentes aceruatim, adeò me ſtrepitu turbulentant; vt cunctis conſiliis abiectis, illico ſcitiſsimè tæniæ ſparteæ totus innixus, diſcurſus alacres obirem. Hac ſubita ſectæ commutatione riſum toto cœtu commoueram. Iamq́; maxima diei parte tranſacta, defectum alioquin, me, helcio ſparteo dimoto, nexu machinæ liberatum applicant præſepio. At ego quamquam eximiè fatigatus, & re-

ſectione virium vehementer indigus, & prorſus fame perditus; tamen familiari curioſitate attonitus, & ſatis anxius, poſtpoſito cibo, qui copioſus aderat, inoptabilis officinæ diſciplinam cum delectatione quadam arbitrabar. Dii boni! quales illi homunculi vibicibus liuedinis totam cutem depicti, dorſumq́; plagoſum ſcißili centunculo magis inumbrati quàm obtecti; nonnulli exiguo tegili tantummodo pubem iniecti: cuncti tamen ſic tunicati, vt eſſent per pannulos manifeſti. frontes literati, & capillum ſemiraſi, & pedes annulati: cum lurore deformes: & fumoſis tenebris vaporoſæ caliginis palpebras adeſi, atque adeò malè luminati; vt in modum pugilum, qui puluiſculo perſperſi dimicant, farinulento cinere ſordidè candidati. Iam de meo iumentario contubernio quid, vel ad quem modum memorem? Quales illi muli ſenes, vel cantherij debiles? circa præſepium capita demerſi, contruncabant moles palearum: ceruice carioſa vulnerum putredine, follicantes nares languidas aßiduo pulſu tuſſedinis hiulci, pectora copulæ ſparteæ tritura continua exulcerati, coſtas perpetua caſtigatione oßium tenus renudati, vngulas multiuia circuncisione in enorme veſtigium porrecti, totumq́; corium veterna atque ſcabioſa macie exaſperati. Talis familiæ funeſtũ mihi etiam metuens exemplum, veterisq́; Lucij Fortunam recordatus, & ad vltima ſalutis iam detrux, ſummiſſo capite mærebam. Nec vllum vſpiam cruciabilis vitæ ſolatium aderat; niſi quòd ingenita mihi curioſitate recreabar, dum præſentiam meam parui facientes, liberè quæ volunt, omnes & agunt & loquuntur. Nec immeritò priſcæ poëticæ diuinus auctor apud Graios, ſummæ prudentiæ virum monſtrare cupiens, multarum ciuitatum obitu, & variorum populorum cognitu, ſummas adeptum virtutes cecinit. Nam & ipſe gratas gratias Aſino meo memini, quod me ſuo celatum tegmine, variisq́; fortunis exercitatum, etſi minus prudentem, multiſcium

tiſcium certè reddidit. Fabulam denique bonam, præ ceteris ſuauè comptam, ad aures veſtras afferre decreui. & en, occipio. Piſtor ille, qui me pretio ſuum fecerat, bonus alioqui vir & apprimè modeſtus, peßimam & ante cunctas mulieres longè deterrimam ſortitus coniugem, pœnas extremas tori Lariſq; ſuſtinebat: vt hercules eius vicem ego quoque tacitus frequenter ingemiſcerem. Nec enim vel vnum vitium nequißimæ illi feminæ decrat; ſed omnia prorſus, vt in quamdam cænoſam latrinam, in eius animum flagitia confluxerant. ſcæua, ſæua, virioſa, ebrioſa, peruicax, pertinax: in rapinis turpibus auara, in ſumptibus fœdis profuſa: inimica Fidei, hoſtis Pudicitiæ. Tunc ſpretis atque calcatis diuinis numinibus, in vicem certæ religionis, mentita ſacrilega præſumptione Dei, quem prædicaret vnicum, cõfictis obſeruationibus vacuis, fallens omnes homines, & miſerum maritum decipiens, matutino mero & continuo ſtupro corpus manciparat. Talis illa mulier, miro me perſequebatur odio. Nam & antelucio recubans adhuc, ſubiungi machinæ nouitium clamabat aſinum: & ſtatim vt cubiculo primùm proceſſerat, inſiſtens iubebat, incoram ſui plagas mihi quàmplurimas irrogari. &, cum tempeſtiuo prandio laxarentur iumẽta cetera, longè tardius applicari præſepio iubebat. Quæ ſæuitia, multo mihi magis genuinam curioſitatem in ſuos mores ampliauerat. Nam & aßiduò planè commeantem in eius cubiculum quemdam ſentiebam iuuenem, cuius & faciem videre cupiebam ex ſummo ſtudio: ſi tamen velamentum capitis libertatem tribuiſſet meis alioquin luminibus. nec enim mihi ſolertia defuiſſet, ad detegenda quoquomodo peſſimæ feminæ flagitia. Sed anus quædam, ſtupri ſequeſtra, & adulterorum internuntia, de die cottidie inſeperabilis aderat. cum qua protinus ientaculo, ac dehinc vino mero mutuis vicibus velitatas cænas fraudulentas, in exitium miſerrimi mariti ſubdolis ambagibus con-

ſtruebat. At ego quamquam grauiter ſuccenſens errori Fotidis, quæ me dum auem fabricat, perficit aſinum; iſto tamen vel vnico ſolatio ærumnabilis deformitatis meæ recreabar, quòd auribus grandiſsimis præditus, cuncta longule etiam diſsita facillimè ſentiebam. Denique die quadam timidæ illius aniculæ ſermo talis meas adfertur aures: De iſto quidem mi herilis tecum ipſa videris, quem ſine meo conſilio pigrum, & formidoloſum familiarem iſtum ſortita es: qui inſuauis & odioſi mariti tui caperatum ſupercilium ignauiter perhorreſcit; ac per hoc amoris languidi deſidia tuos volentes amplexus diſcruciat. Quanto melior Phileſitærus, adoleſcens & formoſus & liberalis & ſtrenuus, & contra maritorum inefficaces diligentias conſtantiſsimus! dignus hercules ſolus omnium matronarum perfrui deliciis! dignus ſolus coronam auream capite geſtare. vel ob vnicum iſtud, quod nuncnuper in quemdam zelotypum maritum eximio ſtudio commentus eſt. Audi denique, & amatorum diuerſum ingenium compara. Noſti quemdam Barbarum, noſtræ ciuitatis decurionem, quem Scorpionem, præ morum acritudine, vulgus appellat. hic vxorem generoſam, & eximia formoſitate præditam, mira cuſtodela munitam, domi ſuæ quamcautiſsimè cohibebat. Ad hæc, vltima piſtoris illa vxor, ſubiiciens: Quidni? inquit, noui diligenter. Aretem meam condiſcipulam memoras. Ergo, inquit anus, noſti totam Phileſitæri etiam ipſius fabulam? Minimè gentium, inquit: ſed noſſe valde cupio. & oro mater, ordine mihi ſingula retexe. Nec commorata illa ſermocinatrix immodica, ſic anus incipit: Barbarus iſte, cùm neceſſariam profectionem pararet, pudicitiamq; caro coniugio conſeruare ſumma diligentia cuperet; ſeruulum ſuum Myrmecem, fidelitate præcipua cognitum, ſecretum commenet, ſuæq; dominæ cuſtodiam omnem permittit: carcerem & perpetua vincula, mortem denique violentam & famem commi-

comminatus, ſi quiſquam hominum, vel in tranſitu, digitotenus eam contigiſſet. idque deierans etiam confirmat per omnia diuina numina. Ergo igitur ſummo pauore perculſum Myrmecem acerrimum relinquens vxori ſequutorem, ſecuram dirigit profectionem. Tunc obſtinato animo vehementer anxius Myrmex, nec vſquam dominam ſuam progredi ſinebat, & lanificio domeſtico deſtrictam inſeparabilis adſidebat. ac tantum neceſſario veſpertini lauacri progreſſu, adfixus atque conglutinatus, extremas manu prehendens lacinias, mira ſagacitate commiſſæ prouinciæ fidem tuebatur. Sed ardentem Phileſitæri vigilantiam, matronæ nobilis pulcritudo latêre non potuit. Atque hac ipſa potiſsimum famoſa caſtitate, & inſignis tutelæ nimietate inſtrictus atque inflammatus, quiduis facere quiduis pati paratus, ad expugnandam tenacem domus diſciplinam totis accingitur viribus. certuſq; fragilitatis humanæ Fidei, & quòd pecuniæ cunctæ ſint difficultates peruiæ, auroq; ſoleant adamantinæ etiam perfringi fores; opportunè nactus Myrmecis ſolitatem, ei amorem ſuum aperit: & ſupplex eum medelam cruciatui deprecatur. nam ſibi ſtatutam decretamq; mortem proximare, ni maturius cupito potiatur. Nec eum tamen quidquam in re facili formidare debere. quippe cùm veſpera ſolus, fide tenebrarum contectus atque abſconditus, introrepere, & intra momentum temporis remeare poſſet. His & huiuſcemodi ſuadelis validum addens cuneum, qui rigentem prorſus ſerui tenacitatem violenter diffinderet. porrecta enim manu ſua, demonſtrat ei nouitate nimia candentes ſolidos aureos: quorum viginti quidem puellæ deſtinaſſet; ipſi verò decem libenter offerret. Exhorruit Myrmex inauditum facinus, & obcluſis auribus effugit protinus. Nec auri tamen ſplendor flammeus oculos ipſius exire potuit. ſed quanquam procul ſemotus, & domum celeri gradu prouectus, videbat tamen decora illa monetæ lumina, & opulentam

tam

tam prædam iam tenebat animo: miroq́ mentis ſalo & cogitationis diſſenſione, miſellus in diuerſas ſententias carpebatur, ac distrahebatur. Illic fides, hic lucrum; illic cruciatus, hic voluptas. Ad poſtremum tamen, formidinem mortis vicit aurum. Nec ſaltem ſpatio cupido formoſæ pecuniæ leniebatur. ſed nocturnas etiam curas inuaſerat peſtilens auaritia; vt, quamuis herilis eum comminatio domi cohiberet, aurum tamen foras euocaret. Tunc deuorato pudore, & dimota cunctatione, ſic ad aures dominæ mandatum perfert. Nec à genuina leuitate diſceſſit mulier, ſed execrando metallo pudicitiam ſuam protinus auctorata eſt. Ita gaudio perfuſus, ad ſuæ fidei præcipitium, Myrmex non modò capere, verùm ſaltem, contingere quam exitio ſuo viderat, pecuniam cupiens, & magnis ſuis laboribus perfectum deſiderium Phileſitæro, lætitia percitus, nuntiat: ſtatimq́ deſtinatum pretium repoſcit. & tenet nummos aureos manus Myrmecis, quæ nec æreos norat. Iamq́ nocte promota, ſolum perducit ad domum, probeq́ capite contectum, amatorem ſtrenuum infert aduſque dominæ cubiculum. Commodùm nouis amplexibus Amori rudi litabant, commodùm prima ſtipendia Veneri militabant noui & nudi milites: & contra omnium opinionem, captata noctis opportunitate, improuiſus maritus aſſiſtit. ſuæ domus ianuam iam pulſat, iam clamat, iam ſaxo fores verberat: &, ipſa tarditate magis magiſq́ ſuſpectus, dira comminatur Myrmeci ſupplicia. At ille, repentino malo perturbatus, & miſera trepidatione ad inopiam conſilij deductus, quod ſolum poterat, nocturnas tenebras cauſabatur ſibi obſiſtere, quin clauem curioſe abſconditam reperiret. Interdum Phileſitærus, cognito ſtrepitu, raptim tunicam iniectus, ſed planè præ turbatione pedibus intectis, procurrit cubiculo. Tunc Myrmex, tandem claue peſſulis ſubiecta, repandit fores: & recipit tunc etiam fidem Deûm boantem dominum. eoq́ propere

cubicu-

cubiculum petente, clandeſtino tranſcurſu dimittit Phileſitarum. Quo iam pro limine liberato, ſecurus ſui, clauſa domo, rurſum ſe reddidit quieti. Sed dum prima luce Barbarus procedit cubiculo; videt ſub lectulo ſoleas incognitas, quibus indutus Phileſitarus irrepſerat: ſuſpectuſq́; è re nata, quæ geſta ſunt: non vxori, nec vlli familiarium cordolio patèfacto, ſublatis his, & in ſinum furtim abſconditis, iuſſo tantum Myrmece per conſeruos vincto forum verſus detrahi, tacitos ſecum mugitus iterans, rapidum dirigit greſſum: certus ſolearum indicio veſtigium adulteri poſſe ſe perfacilè indipiſci. Sed ecce, per plateam dum Barbarus vultu turgidus, ſubductiſq́; ſuperciliis incedit iratus; ac ponè eum Myrmex vinculis obrutus, non quidem coram noxæ deprehenſus, conſcientia tamen peſſima permiſtus lacrymis vberibus, ac poſtremis lamentationibus, inefficacem commouet miſerationem: opportunè Phileſitarus occurrẽs, quamquam diuerſo quodam negotio deſtinatus, repentina tamen facie permotus, non enim deterritus, recolens feſtinationis ſuæ delictum, vt cetera conſequenter ſuſpicatus, ſagaciter extemplò ſumpta familiari conſtantia, dimotis ſeruulis, inuadit cum ſummo clamore Myrmecem, pugniſq́; malas eius clementer obtundens, At te, inquit, nequiſſimum & periurum caput, dominus iſte tuus, & cuncta cæli numina, quæ deierando temerè deuotaſti, peſſimum peſſimè perdant! qui de balneis ſoleas heſterna die mihi furatus es: dignus hercules, dignus, qui & iſta vincula conteras, & inſuper etiam carceris tenebras perferas. Hac opportuna fallacia vigorati iuuenis inductus, immò ſublatus & ad crudelitatem delapſus Barbarus, poſtliminiò domum regreſſus, vocato Myrmece, ſoleas illas offerens, & ignouit ex animo: & vti domino redderet, cui ſubripuerat, ſuaſit. Hactenus adhuc anicula garriente, ſuſcipit mulier: Beatam illam, quæ tam conſtantis ſodalis libertate fruitur! At ego miſella, molæ etiam

UNIVERSIDAD DE GRANADA Hospital Real Biblioteca

etiam ſonum, & cæcam illius ſcabioſi aſini faciem timentem familiarem incidi. Ad hæc anus: Iam ego tibi, probè ſuaſum & confirmatum animi amatorem illum alacrem, vadimonio ſiſtam. Et inſuper condicta veſpertina regreſſione, cubiculo faceſſit. At pudica vxor ſtatim cœnas Saliares comparat. vina pretioſa defæcat, pulmenta recentia tuccetis temperat. menſa largiter inſtructa. Denique, vt Dei cuiuſdam, ſic aduentus expectatur adulteri. nam, & opportunè, maritus foris apud naccam proximum cœnitabat. Ergo igitur meridie propinquante, helcio tandem abſolutus, refectuiq́; ſecurè redditus, non tam hercules laboris libertate gratulabar, quàm quòd reuelatis luminibus, liber etiam, cunctas facinoroſæ mulieris artes proſpectare poteram. Sed ipſum quidem delapſus Oceanum, ſubterrenas orbis plagas illuminabat: & ecce, nequiſſimæ anus adhærens lateri temerarius adulter aduentat: puer admodum, & adhuc lubrico genarum ſplendore conſpicuus, adhuc adulteros ipſe delectans. Hunc multis admodum ſauiis exceptum, mulier cœnam iubet paratam accumbere. Sed vt primùm antecurſoriam potionem, & inchoatum guſtum extremis labiis contigebat adoleſcens; multo celerius opinione rediens, maritus aduentat. Tunc vxor egregia, diras deuotiones in eum deprecata, & crurum eius fragium abominata, exangui formidine trepidantem adulterum alueo ligneo, quo frumenta purgari conſueuerant, temerè propter iacenti ſuppoſitum, abſcondit: ingenitaq́; aſtutia diſſimulato tanto flagitio, intrepidum mentita vultum, percontatur de marito, cur vtique contubernalis artiſſimi relicta cœnula, præmaturus afforet. At ille dolenti prorſus animo ſuſpirans aſſiduè, Nefariū, inquit, & extremū facinus perditæ feminæ tolerare nequiens, fuga me proripui. Hem qualis Dij boni matrona, quàm fida, quamq́; ſobria, turpiſſimo ſe dedecore fœdauit! Iuro per iſtam ego ſanctam Cererem, me nunc etiam

meis

meis oculis de tali muliere minus credere. His inſtincta verbis mariti, audaciſſima vxor, noſcendæ rei cupiens, non ceſſat obtundere, totam prorſus à principio fabulam promeret. Nec deſtitit; donec eius voluntati ſuccubuit maritus. & ſic ignarus ſuorũ, domus alienæ percenſet infortuniũ: Contubernalis mei fullonis vxor, alioquin ſeruati pudoris, vt videbatur, femina, quæ ſemper ſecundo rumore glorioſa, Larem mariti pudicè gubernabat, occulta libidine prorupit in adulterum quempiam. Cumq́ furtiuos amplexus obiret aſsiduè, ipſo illo deniq. momento, quo nos lauati cœnam petebamus, cum eodem illo iuuene miſcebatur in Venerem. Ergo noſtra repentè turbata præſentia, ſubitario ducta conſilio, eumdem illum ſubiectum contegit viminea cauea: quæ fuſtium flexu in rectum aggregata cumulũ, lacinias circumdatas, ſuffuſa candido fumo ſulphuris, inalbabat. eóq. iam, vt ſibi videbatur, tutiſsimè celato, menſam nobiſcũ ſecura participabat. Interdũ acerrimo grauiq́ odore ſulphuris iuuenis ineſcatus, atq. obnubilatus, intercluſo ſpiritu diffluebat: vtq́ eſt ingenium viuacis metalli, crebras ei ſternutationes commouebat. Atque vt primum eregione mulieris, ponè tergum eius maritus acceperat ſonum ſternutationis, quod enim putaret ab ea profectum; ſolito ſermone ſalutem ei fuerat imprecatus, & iteratò rurſum, & frequentatò ſæpius: donec rei nimietate commotus, quæ res erat tandem ſuſpicatur. Et, impulſa menſa protinus, remotáque cauea, producit hominem crebros anhelitus ægrè reſflantem. inflamматuſq́ indignatione contumeliæ, gladium flagitans, iugulare moriturum geſtiebat; ni reſpecto communi periculo, vix eum ab impetu furioſo cohibuiſſem: adſeuerans breui, abſque noxa noſtri, ſuapte inimicum eius violentia ſulphuris periturum. Nec ſuadella mea, ſed ipſius rei neceſsitate lenitus, quippe iam ſemiuiuum, illum in proximum deportat angiportum. Tunc vxorem eius tacitè ſuaſi, ac de-

nique

nique perſuaſi, ſecederet paululũ, atq. vltra limen tabe-
næ ad quampiã tantiſper familiarem ſibi mulierem; quo
ſpatio feruens mariti ſedaretur animus: qui tanto calore,
tantaq́; rabie perculſus, non eram dubius, aliquid etiam i
ſe ſuaq́; coniuge triſtius profectò cogitaret aliud. Contuber-
nalis epularum tædio fugatus, Larem reueni meum. Ha
recenſente piſtore, iamdudum procax & temeraria mulier,
verbis execrantibus fullonis illius deteſtabatur vxorem: il-
lam perfidam, illam impudicam, denique vniuerſi ſexu
grande dedecus: quæ ſuo pudore poſtpoſito, toriq́; genialis
calcato fœdere, Larem mariti lupanari maculaſſet infamia,
iamq́; perdita nuptæ dignitate, proſtitutæ ſibi notam adſc-
uerit. Addebat, & tales oportere viuas exuri feminas. E
tamen, taciti vulneris, & ſuæ ſordidæ conſcientiæ commu-
nita, quo maturius ſtupratorem ſuum tegminis cruciatu
liberaret, idemtidem ſuadebat, maritum temporius quie-
recedere. At ille, vtpote intercepta cæna profugerat prorſu
ieiunus, menſam poni comiter poſtulabat. Apponebat
properè, quamuis inuita, mulier. quippini? deſtinatam al
Sed mihi penitus carpebantur præcordia, & præcedens fa-
cinus ac præſentem deterrimæ feminæ conſtantiam cogitan-
ti: mecumq́; ſedulò deliberabam, ſi quomodo poſſem, dete-
ctis ac reuelatis fraudibus, auxilium meo præbere domin
illumq́;, qui inſtar teſtudinis alueum ſuccubabat, depul-
tegmine, cunctis palam facere. Sic herili contumelia m
cruciatum, tandem cæleſtis reſpexit Prouidentia. Nam ſe-
nex claudus, cui noſtra tutela permiſſa fuerat, vniuerſ
nos iumenta, id hora iam poſtulante, ad locum proximum
bibendi cauſa gregatim prominabat. Quæ res opportuniſ-
mam mihi vindictæ ſubminiſtrauit occaſionem. Namque
prætergrediens, obſeruatos extremos digitos adulteri, qu
per anguſtias caui tegminis prominebant, obliquata atque
infeſta vngula compreſſos, vſque ad ſummam minutien

conte

contero; donec intolerabili dolore commotus, ſublato flebili clamore, repulſoq; & abiecto alueo, conſpectui profano redditus, ſcenam propudioſæ mulieris patefecit. Nec tamen piſtor damno pudicitiæ magnopere commotus, exangui pallore trepidantem puerum, ſerena fronte & propitiata facie commulcens, incipit: Nihil triſte de me tibi fili metuas. non ſum barbarus, nec agreſti morum ſquallore præditus: nec ad exemplum machinæ truculentæ, ſulphuris te letali fumo necabo; ac ne iuris quidem ſeueritate Lege de adulteriis ad diſcrimen vocabo capitis tam venuſtum atque pulcellum puellum: ſed planè cum vxore mea partiario tractabo. nec erciſcundæ familiæ, ſed communi diuidundo formula dimicabo: vt, ſine vlla controuerſia vel diſſenſione, tribus nobis in vno conueniat lectulo. Nam & ipſe ſemper cum mea coniuge tam cōcorditer vixi, vt, ex ſecta prudentium, eadem nobis ambobus placerent. Sed nec æquitas ipſa patitur, habere plus auctoritatis vxorem quàm maritum. Talis ſermonis blanditie cauillatum, deducebat ad torum nolentem puerum, ſequentem tamen: & pudiciſſima illa vxore alterorſus diſcluſa, ſolus ipſe cum puero cubans, gratiſſima corruptarum nuptiarum vindicta perfruebatur. Sed cùm primùm rota Solis lucida diem peperit; vocatis duobus è familia validiſſimis, quàm altiſſimè ſublato puero, ferula nates eius obuerberans: Tu autem, inquit, tam mollis ac tener, & admodum puer, defraudatis amatoribus, ætatis tuæ flore mulieres appetis: atque eas liberas & connubia lege ſociatas corrumpis, & intempeſtiuum tibi nomen adulteri vindicas? His, & pluribus verbis compellatum, & inſuper affatim plagis caſtigatum, forinſecus abiicit. At ille adulterorum omnium fortiſſimus, inſperata potitus ſalute, tamen nates candidas illas noctu diuq; diruptus, mærens profugit. Nec ſecius piſtor ille nuntium remiſit vxori, eamq; protinus de ſua proturbauit domo. At illa, præter genuinam nequitiam,

tiam, contumelia etiam, quamuis iuſta, tamen altius com-
mota atque exaſperata, ad armillum reuertit ; & ad fami-
liares feminarum artes accenditur : magnaq; cura requi-
tam veteratricem quamdam feminam, quæ deuotionibus &
maleficiis quiduis efficere poſſe credebatur, multis exne
precibus, multisq; ſuffarcinat muneribus, alterum de duob
poſtulans : vel rurſum mitigato conciliari marito ; vel ſi
nequiuerit, certè Larua, vel aliquo diro numine immiſ
violenter eius expugnari ſpiritum. Tunc ſaga illa, & diu
nipotens primis adhuc armis facinoroſæ diſciplinæ ſuæ vi
tatur : & vehementer offenſum mariti flectere atque
amorem impellere conatur animum. Quæ res cùm ei ſec
ac rata fuerat, proueniret; indignata numinibus, & præ
præmij deſtinatum compendium, contemptione etiam ſ
mulata, ipſi iam miſerrimi mariti incipit imminere capi
vmbramq; violenter peremptæ mulieris ad exitium eius
ſtigare. Sed forſitan lector ſcrupuloſus, reprehendens na
ratum meum, ſic argumentaberis: Vnde autem tu ſtult
aſine, intra terminos piſtrini contentus, quid ſecretò, vt
firmas, mulieres geſſerint, ſcire potuiſti? Accipe igitu
quemadmodum homo curioſus, iumenti faciem ſuſtine
cuncta quæ in perniciem piſtoris mei geſta ſunt, cogn
Diem fermè circa mediam, repentè intra piſtrinum mul
reatu miraq; triſtitie deformis, apparuit, flebili centunc
ſemiamicta, nudis & intectis pedibus, lurore buxeo mac
fœdata: & diſcerptæ comæ ſemicanæ, ſordentes inſperſ
neris, pleramq; eius anteuentulæ contegebant faciem. H
talis, manu piſtori clementer iniecta, quaſi quippiam ſec
tò collocutura, in ſuum cubiculum deducit eum : & add
cta fore, quàm diutiſsimè demoratur. Sed cùm eſſet ia
confectum omne frumentum, quod inter manus opi
tractauerant, neceſſarioq; peti deberet aliud; ſeruuli cub
lum propter aſtantes, dominum vocabant, operiq; ſupp

menti

mentum poſtulabant. Atque vt illis ſæpiculè & interuocaliter clamantibus nullus reſpondit dominus; iam forem pulſare validius: & quòd diligentiſſimè fuerat oppeſſulata, maius peiusq́ aliquid opinantes, niſu valido reducto vel diffracto cardine, tandem patefaciunt aditum. Nec vſpiam reperta illa muliere, vident è quodam tigillo conſtrictum, iámque exanimem pendêre dominum. Eumq́ nodo ceruicis abſolutum, detractumq́, ſummis plangoribus, ſummiſq́ lamentationibus atque vltimo lauacro procurant: peractiſq́ feralibus officiis, frequentiq́ proſequente comitatu, tradunt ſepulturæ. Die ſequenti, filia eius occurrit è proximo caſtello, in quo pridem denupſerat, mæſta, atque crines pendulos quatiens, & interdum pugnis obtundens vbera. quæ, nullo quidem domus infortunium nuntiante, cuncta cognouerat; ſed ei per quietem obtulit ſeſe flebilis patris ſui facies, adhuc nodo reuincta ceruice: eíque totum nouercæ ſcelus aperuit, de adulterio, de maleficio, & quemadmodum laruatus ad Inferos demeaſſet. Et cùm ſe diutino plangore cruciaſſet, concurſu familiarium cohibita, tandem pauſam luctui fecit. Iamq́ nono die ritè completis apud tumulum ſolemnibus, familiam, ſupellectilemq́, & omnia iumenta ad hereditariam deducit auctionem. Tunc vnum Larem, variè diſpergit venditionis incertæ licentioſa Fortuna. Me denique ipſum pauperculus quidam hortulanus comparat quinquaginta nummis, ſed magno, vt aiebat: ſed vt communi labore victum ſibi quæreret. Res ipſa mihi pòſcere videtur, vt huius quoque ſeruitij mei diſciplinam exponam. Matutinò me multis oleribus onuſtum, proximam ciuitatem deducere conſueuerat dominus: atque ibi venditoribus tradita mercede, dorſum inſidens meum, ſic hortum redire. At dum fòdiens, dum irrigans, ceteroq́ incuruus labore deſeruit; egò tantiſper otioſus, tacita quiete recreabar. Sed ecce, ſiderum ordinatis ambagibus, per numeros dierum àc men-

menſium remeans annus, poſt muſtulentas auctumni de
cias, ad hybernas Capricorni pruinas deflexerat: & aſſidu
pluuiis, nocturniſq; rorationibus, ſub dio, & intecto conclu
ſus ſtabulo, continuo diſcruciabar frigore. quippe cùm me
dominus, præ nimia paupertate, ne ſibi quidem, nedum m
hi, poſſet ſtramen aliquod, vel exiguum tegimen par
ſed, frondoſo caſulæ contentus vmbraculo, degeret. Ad hu
matutinò lutum nimis frigidum, geluq; præacuta fru
nudis inuadens pedibus, enitebar. ac ne ſuetis ſaltem cibar
ventrem meum replere poteram. Namque & mihi & m
domino cæna par ac ſimilis oppidò, ſed tenuis aderat: lactu
cæ veteres & inſuaues, illæ, quæ ſeminis enormi ſenecta,
655 inſtar ſcoparum, in amaram cœnoſi ſuccus cariem exol
cunt. Nocte quadam paterfamilias, de pago proximo, te
bris illunæ caliginis impeditus, & imbre nimio madeſcen
atque ob id ab itinere directo cohibitus, ad hortum noſtru
iam feſſo equo, deuertit. Receptuſq; comiter pro tempore, l
cet non delicato, neceſſario tamen quietis ſubſidio remu
rari benignum hoſpitem cupiens, promittit ei, de præ
656 ſuis ſeſe daturum & frumenti & oliui aliquid, & ampl
duos vini cados. Nec moratus meus dominus, ſacculo
vtribus vacuis ſecum apportatis, nudæ ſpinæ meæ reſiden
ad ſexageſimum ſtadium profectionem comparat. Eo i
confecto viæ ſpatio, peruenimus ad prædictos agros. ibi
ſtatim meum dominum comis hoſpes opipari prandio par
cipat. Iam his in poculis mutuis altercantibus, mira
prorſus euenit oſtentum. Vna de cetera cohorte gallina, p
mediam curſitans aream, clamore genuino, velut ou
parere geſtiens, perſonabat. eam ſuus dominus intuens,
bona, inquit, ancilla, & ſatis fœcunda, quæ multo ia
tempore quotidianis nos partubus ſaginaſti! nunc etiam co
657 gitas, vt video, guſtulũ nobis præparare. Et, Heus, inqu
puer, calathum fœtui gallinaceo deſtinatum, angulo ſ

col

collocato. Ita, vti fuerat iuſſum, procurante puero, gallina conſuetæ lecticulæ ſpreto cubili, ante ipſos pedes domini præmaturum, ſed magno prorſus futurum ſcrupulo, prodidit partum. non enim ouum, quod ſcimus, illud; ſed pinnis & vnguibus, & oculis & voce etiam perfectum edidit pullum. qui matrem ſuam continuò cœpit comitari. Nec eo ſecius longè maius oſtentum, & quod meritò perhorreſcerent, exoritur. Sub ipſa enim menſa, quæ reliquias prandij gerebat, terra dehiſcente imitùs, largiſſimus emicuit fons ſanguinis. Hinc reſultantes vberrimæ guttæ, menſam cruore perſpergunt. ipſoq; illo momento, quo ſtupore defixi mirantur ac trepidant diuina præſagia; concurrit vnus è cella vinaria, nuntians omne vinum, quod olim diffuſum fuerat, in omnibus doliis feruenti calore, & prorſus, vt igni copioſo ſubdito, rebullire. Viſæ etiam interea muſtelæ, mortuum ſerpentem forinſecus mordicus attrahentes. & de ore paſtoricij canis virens exſiluit ranula: ipſumq; canem qui proximus conſiſtebat, aries appetitum, vnico morſu ſtrangulauit. Hæc tot ac talia, ingenti pauore domini illius, & familiæ totius ad extremum ſtuporem deiecerunt animos: quid prius, quidue poſterius, quid magis, quid minus numinum cæleſtium leniendis minis, quot & qualibus procuraretur hoſtiis. Adhuc omnibus expectatione teterrimæ formidinis torpidis, accurrit quidam ſeruulus, magnas & poſtremas domino illi fundorum clades annuntians. Namque is adultis iam tribus liberis, doctrina inſtructis, & verecundia præditis viuebat glorioſus. His adoleſcentibus erat cum quodam paupere, modicæ caſulæ domino, vetus familiaritas. At enim caſulæ paruulæ conterminos magnos & beatos agros poſſidebat vicinus potens, & diues, & iuuenis, & proſapiæ maiorum gloria malè vtens: pollensq; factionibus, & cuncta facilè faciens in ciuitate, hoſtili modo vicini tenuis incurſabat pauperiem, pecua trucidando, boues abi-

gendo, fruges adhuc immaturas obterendo. iamq́ totu
frugalitate ſpoliatum, ipſis etiam glebulis exterminare g
ſtiebat: finiumq́ inani commota quæſtione, terram tot
ſibi vindicabat. Tunc agreſtis, verecundus alioquin, auar
diuitis iam ſpoliatus, vt ſuo ſaltem ſepulcro paternum re-
neret ſolum, amicos plurimos ad demonſtrationem finiu
trepidans eximiè, corrogarat. Aderant inter alios tres
fratres, cladibus amici quantulum ferentes auxilium. N
tamen ille veſanus tantillum præſentia multorum ciui
territus, vel etiam confuſus, licet non rapinis, ſaltem ver
temperare noluit: ſed illis clementer expoſtulantibus, feru
dosq́ eius mores blanditiis permulcentibus, repentè ſu
ſuorumq́ carorum ſalutem quam ſanctiſſimè adiurans, a
ſeuerat, parui ſe pendere tot mediatorum præſentiam: de
nique vicinum illum auriculis per ſuos ſeruulos ſublatu
de caſula longiſſimè, ſtatimq́ proiectum iri. Quo dicto, i
ſignis indignatio totos audientiū pertentauit animos. Tu
vnus è tribus fratribus, incontanter & paulò liberius
ſpondit: Fruſtra eum ſuis opibus confiſum, tyrannicam ſu
perbiam comminari; cùm alioquin pauperes, etiam liber
legum præſidio, de inſolentia locupletium conſueuerint v
dicari. Quod oleum flammæ, quod ſulfur incendio, qu
flagellum Furiæ, hoc & iſte ſermo truculentiæ hominis n
trimento fuit. Iamq́ ad extremam inſaniam vecors, ſu
pendium ſeſe & totis illis, & ipſis legibus mandare pro
mans, canes paſtoricios, villaticos, feros atque imma
adſuetos abiecta per agros exicare cadauera, præterea eti
tranſeuntium viatorum paſtiuis morſibus annulatos laxa
atque in eorum exitium inhortatos, immitti præcipit. Q
ſimul ſigno ſolito paſtorum incenſi atque inflammati ſu
furioſa rabie conciti, & latratibus etiam abſonis horribi
eunt in homines: eosq́, variis aggreſſi vulneribus, diſtr
hunt ac lacerant. nec fugientibus ſaltem compeſcunt; ſed

mag

magis irritatiores ſequuntur. Tunc inter confertam trepidæ multitudinis ſtragem, è tribus iunior, offenſo lapide, atque obtunſis digitis, terræ proſternitur: ſæuiſq; illis ac ferociſſimis canibus inſtruit nefariam dapem. protinus enim nacti prædam iacentem, miſerum illum aduleſcentem ſic fruſtatim diſcerpunt. Atque, vt eius letalem vlulatum cognouere ceteri fratres; accurrunt mæſti ſuppetias: obuolutiſq; lacinia læuis manibus, lapidum crebris iactibus propugnare fratri, atque abigere canes aggrediuntur. Nec tamen eorum ferociam vel conterrere, vel expugnare potuere. quippe cùm miſerrimus aduleſcens, vltima voce prolata, vindicarent de pollutiſſimo diuite mortem fratris iunioris, illicò laniatus interiit. Tunc reliqui fratres, non tam hercules deſperata quàm vltro neglecta ſua ſalute, contendunt ad diuitem: atque, ardentibus animis impetuq; veſano, lapidibus crebris in eum velitantur. At ille cruentus, & multis antè flagitiis ſimilibus exercitatus percuſſor, iniecta lancea, duorum alterum per pectus medium tranſadegit. Nec tamen peremptus ac prorſus exanimatus adoleſcens ille, terræ concidit. nam telum tranſiectum, atque ex maxima parte ponè tergum elapſum, ſoloq; niſus violentia defixum, rigore librato ſuſpenderat corpus. Sed & quidam de ſeruulis, procerus & validus, ſicario illi ferens auxilium, lapide contorto, tertij illius iuuenis dexterum brachium longo iactu petierat. ſed impetu caſſo per extremos digitos tranſcurrens lapis, contra omnium opinionem, deciderat innoxius. Nonnullam tamen ſagaciſſimo iuueni prouentus humanior vindictæ ſpeculam ſubminiſtrauit. Ficta namque manus ſuæ debilitate, ſic crudeliſſimum iuuenem compellat: Fruere exitio totius noſtræ familiæ, & ſanguine trium fratrum inſatiabilis, tuam crudelitatem paſce, & de proſtratis tuis ciuibus glorioſe triumphandum ſcias. licet priuato ſuis poſſeſſionibus paupere, fines vſque & vſque proterminaueris, habiturum te

tamen vicinũ aliquem. Nam hæc etiam dextra, quæ tuum prorſus amputaſſet caput, iniquitate Fati contuſa, decidit. Quo ſermone alioquin exaſperatus furioſus latro, rapto gladio, ſua miſerrimum iuuenem manu perempturus, inuadit auidus. Nec tamen ſui molliorem prouocauerat. quippe inſperatò, & longè contra eius opinionem reſiſtens iuuenis, complexu fortiſsimo arripuit eius dexteram: magnoq́; niſu ferro vibrato, multis & crebris ictibus impuram elidit diuitis animam: &, vt accurrentium etiam familiarium manu ſe liberaret, confeſtim adhuc inimici ſanguine delibuto mucrone, gulam ſibi prorſus execuit. Hæc erant, quæ prodigioſa præſagiuerant oſtenta; hæc, quæ miſerrimo domino fuerant nuntiata. Nec vllum verbum, ac nec tacitum quidem fletum, tot malis circumuentus ſenex, quiuit emittere: ſed arrepto ferro, quo commodùm inter ſuos epulones caſeum atque alias prandij partes diuiſerat, ipſe quoque, ad inſtar infeliciſsimi ſui filij, iugulum ſibi multis ictibus contrucidat: quoad ſuper menſam cæruleus corruens, portentoſi cruoris maculas noui ſanguinis fluuio proluit. Ad iſtum modum puncto breuiſsimo, dilapſæ domus Fortunam hortulanus ille miſeratus, ſuosq́; caſus grauiter ingemiſcens, depenſis pro prādio lacrymis, vacuasq́; manus complodens ſæpiculè, protinus inſcenſo me, retro, quam veneramus, viam capeſſit. Nec innoxius ei ſaltem regreſſus euenit. Nam quidam procerus, & vt indicabat habitus atque habitudo, miles e legione, factus nobis obuius, ſuperbo atque arroganti ſermone percontatur, quorſum vacuum duceret aſinum? At meus dominus adhuc mærore permixtus, & aliàs Latini ſermonis ignarus, tacitus præteribat. Nec miles ille familiarem cohibere quiuit inſolentiam; ſed indignatus ſilentio eius, vt conuicio, vite quam tenebat, obtundens eum, dorſo meo proturbat. Tunc hortulanus ſupplicuè reſpondit, ſermonis ignorantia ſe, quid ille diceret, ſcire nõ poſſe. Ergo igitur Græ-

ſubij-

ſubijciens miles, Vbi, inquit, ducis aſinum iſtum? Reſpondit hortulanus, petere ſe ciuitatem proximam. Sed mihi, inquit, operæ eius opus eſt. nam de proximo caſtello ſarcinas præſidis noſtri cum ceteris iumentis debet aduehere. Et, iniecta ſtatim manu, loro me quo ducebar arreptum, incipit trahere. Sed hortulanus prioris plagæ vulnere prolapſum capite ſanguinem detergens, rurſus precatur, ciuilius atque manſuetius verſari commilitonem. idq; per ſpes proſperas eius orabat adiurans. Nam & hic ipſe, aiebat, iners aſellus, & nihilominus morbo deteſtabili caducus, vix etiam paucos olerum manipulos de proximo hortulo ſolet, anhelitu languido fatigatus, ſubuehere; nedum vt rebus amplioribus idoneus videatur gerulus. Sed vbi nullis precibus mitigari militem, magiſq; in ſuam perniciem aduertit efferari, iamq; inverſa vite de vaſtiore nodulo cerebrum ſuum diffindere; currit ad extrema ſubſidia. ſimulánsque, ad commouendam miſerationem, genua eius velle contingere, ſummiſſus atque incuruatus, arreptis eius pedibus vtriſq;, ſublimem elatum, terræ grauiter applodit: & ſtatim quà pugnis, quà cubitis, quà morſibus, etiam de via lapide correpto, totam faciem, manuſq; eius & latera conuerberat. Nec ille, vt primùm humi ſupinatus eſt, vel repugnare, vel omnino munire ſe potuit. ſed planè identidem comminabatur, ſi ſurrexiſſet, ſeſe conciſurum eum machæra ſua fruſtatim. Quo ſermone eius commonefactus hortulanus, eripit ei ſpatham: eaq; longiſſimè abiecta, rurſus ſæuioribus eum plagis aggreditur. Nec ille proſtratus ac præuentus vulneribus, vllum reperire quiens ſaluti ſubſidium, quod ſolum reſtabat, ſimulat ſeſe mortuum. Tunc ſpatham illam ſecum aſportans hortulanus, inſcenſo me, concito gradu rectè feſtinat ad ciuitatem. nec hortulum ſuum ſaltem curans inuiſere, ad quempiam ſibi deuertit familiarem. cunctiſq; narratis, deprecatur periclitanti ſibi ferret auxilium: ſeq; cum ſuo ſibi aſino tantiſper

occultaret; quoad celatus ſpatio bidui triduiue, capitalem cauſam euaderet. Nec oblitus ille veteris amicitiæ, promptè ſuſcipit. meq; per ſcalas, complicitis pedibus, in ſuperius cœnaculum attracto, hortulanus deorſus in ipſa tabernacula direpit in quamdam ciſtulam, & ſupergeſto deliteſcit orificio. At miles ille, vt poſtea didici, tandem velut emerſus graui crapula, nutabundus tamen, & tot plagarum dolore ſaucius, baculóque ſe vix ſuſtinens, in ciuitatem aduentat: confuſuſquê de impotentia, déque inertia ſua quidquam ad quemquam referre popularium, ſed tacitus iniuriam deuorans, quoſdam commilitones nactus, iſtas tunc clades enarrat ſuas. Placuit, vt ipſe quidem contubernio ſe tantiſper abſconderet: nam præter propriam contumeliam, militiæ etiam ſacramenti Genium ob amiſſam ſpatham verebatur; ipſi autem, ſignis noſtris enotatis, inueſtigationi vindictæ ſedulam darent operam. Nec defuit vicinus perfidus, qui me illico occultari nuntiaret. Tum commilitones, accerſitu magiſtratibus, mentiuntur ſeſe multi pretij vaſculum argenteum præſidis in via perdidiſſe: idq; hortulanum quemdam reperiſſe, nec velle reſtituere, ſed apud familiarem quemdam ſibi deliteſcere. Tunc magiſtratus, & damno præſidis nomine cognito, veniunt ad diuerſorij noſtri fores: claraq; voce denuntiant hoſpiti noſtro, nos, quos occultaret apud ſe, certò certius dedere, potius quàm diſcrimen proprij ſubiret capitis. Nec ille tantillum conterritus, ſalutiq; ſtudens eius, quem in ſuam receperat fidem, quidquam de nobis fatetur: ac diebus pluſculis non vidiſſe quidem illum hortulanum contendit. Contra militones, ibi, nec vſpiam, illum deliteſcere, adiurantes Genium principis, contendebant. Poſtremùm magiſtratibus placuit, obſtinatè denegantem ſcrutinio detegere. Immiſſis itaque lictoribus, ceteriſq; publicis miniſteriis, angulatim cuncta ſedulò perluſtrari iubent. nec quiſquam mortalium, ac ne ipſe quidem aſinus intra limina

compa-

comparêre nuntiatur. Tunc gliſcit violentior vtrimqueſecus contentio militum, pro comperto de nobis aſſeuerantium, fidemq́; Cæſaris idemtidem implorantium, ad illius negantisſ aſsiduéq́; Deûm numen obteſtantis. Qua contentione & clamoſo ſtrepitu cognito, curioſus alioquin, & inquieti procacitate præditus aſinus, dum obliquata ceruice per quandam feneſtrulam quidnam ſibi vellet tumultus ille, proſpicere geſtio; vnus è commilitonibus, caſu fortuito collimatis oculis ad vmbram meam, cunctos teſtatur incoram. Magnus denique continuò clamor exortus eſt. Et emenſis protinus ſcalis, iniecta manu, quidam me velut captiuum detrahunt. Iámque omni ſublata contatione, ſcrupuloſius contemplantes ſingula, ciſta etiam illa reuelata, repertum, productumq́; & oblatum magiſtratibus miſerum hortulanum, pœnas ſcilicet capite penſurum, in publicum deducunt carcerem: ſummoq́; riſu de meo proſpectu cauillari non deſinunt. Vnde etiam de proſpectu & vmbra aſini natum eſt frequens prouerbium.

L. APVLEII METAMORPHOSEON SIVE DE ASINO AVREO

LIBER DECIMVS.

D*IE ſequenti meus quidem dominus hortulanus quid egerit, neſcio. me tamẽ miles ille, qui propter eximiam impotentiam pulcerrimè vapularat, ab illo præſepio, nullo equidem contradicente, diductum abducit: atque à ſuo contubernio, hoc enim mihi videba-*

videbatur, ſarcinis propriis onuſtum, & prorſus exornatum armatumq; militariter, producit ad viam. namq; galeam nitore præmicantem, & ſcutum ceteris his longius lucens; ſic etiam lanceam longiſſimo haſtili conſpicuam, quam ſcilicet non diſciplinæ tunc quidem cauſa, ſed propter terrendos miſeros viatores in ſummo atque edito ſarcinarum cumulo, ad inſtar exercitus, ſedulò compoſuerat. Confecta campeſtri, nec adeò difficili via, ad quamdam ciuitatulam peruenimus; nec in ſtabulo, ſed in domo cuiuſdam decurionis deuertimus. Statímque me commendato cuidam ſeruulo, ipſe ad præpoſitum ſuum, qui mille armatorum ducatum ſubſtinebat, ſollicitè proficiſcitur. Poſt dies pluſculos, ibidem deſignatum ſceleſtum ac nefárium facinus memini. ſed, vt vos etiam legatis, ad librum profero. Dominus ædium habebat iuuenem filium, probè litteratum, atque ob id conſequenter pietate modeſtiaq; præcipuum: quem tibi quoque proueniſſe cuperes, vel talem. Huius matre multo antè defuncta, rurſum matrimonium ſibi reperauerat: ductaq; alia, filium procreauerat alium, qui iam adaque duodecimum ætatis annum ſupergreſſerat. Sed nouerca formæ magis quàm moribus in domo mariti præpollens, ſeu naturaliter impudica, ſeu fato ad extremum impulſa flagitium, oculos ad priuignum adiecit. Iam ergo, lector optime, ſcito te tragœdiam, non fabulam legere, & à ſocco ad cothurnum aſcendere. Sed mulier illa, quamdiu primis elementis Cupido paruulus nutriebatur, imbecillis adhuc eius viribus, fàcilè ruborem tenuem deprimens, ſilentio reſiſtebat. At vbi completis igne veſano totis præcordiis, immodicè bacchatus Amor exæſtuabat; ſæuienti Deo iam ſuccubuit: ac languore ſimulato, vulnus animi mentitur in corporis valetudine. Iam cetera ſalutis vultuſque detrimenta, & ægris & amantibus examuſſim conuenire, nemo eſt qui neſciat. pallor deformis, marcentes oculi, laſſa genua, quies

turbida, & ſuſpiritus cruciatus tarditate vehementior. Crederes & illam fluctuare tantum vapore febrium; niſi quòd & flebat. Heu medicorum ignaræ mentes! quid venæ pulſus, quid caloris intemperantia, quid fatigatus anhelitus, & vtrinqueſecus iactatæ crebiter laterum mutuæ viciſsitudines? Dij boni! quàm facilis, licet non artifici medico, cuiuis tamen docto Venereæ cupidinis, comprehenſio; cùm videas aliquam ſine corporis calore flagrantem. Ergo igitur impatientia furoris altius agitata, diutinum dirupit ſilentium; & ad ſe vocari præcipit filium; quod nomen in eo ipſo, ſcilicet ne ruboris admoneretur, libenter eraderet. Nec adoleſcens ægræ parentis moratus imperium, ſenili triſtitie ſtriatam gerens frontem, cubiculum petit vxoris patris, matriſque fratris, vtcunque debitum ſiſtens obſequium. Sed illa cruciabili ſilentio diutiſsimè fatigata, &, vt in quodam vado dubitationis hærens, omne verbum quod præſenti ſermoni putabat aptiſsimum, rurſum improbans, nutante etiamnunc pudore, vnde potiſsimum caperet exordium, decontatur. At iuuenis nihil etiamtunc ſequius ſuſpicatus, ſummiſſo vultu rogat vltro præſentis cauſas ægritudinis. Tunc illa nacta ſolitudinis damnoſam occaſionem, prorumpit in audaciam: & vbertim adlacrymans, laciniaq; contegens faciem, voce trepida ſic eum breuiter affatur: Cauſa omnis & origo præſentis doloris, & etiam medela ipſa, & ſalus vnica mihi vitæ tute ipſe es. Iſti enim tui oculi per meos oculos adintima delapſi præcordia, meis medullis acerrimum commouent incendium. Ergo miſerere tuæ caræ parentis. nec te religio patris omnino deterreat. cui morituram prorſus ſeruabis vxorem. Illius enim recognoſcens imaginem in tua facie, meritò te diligo. Habes ſolitudinis plenam fiduciam, habes capax neceſſarij facinoris otium. Nam quod nemo nouit, pænè non fit. Repentino malo perturbatus adoleſcens, quamquam tale facinus protinus exhorruiſſet;

non

non tamen negationis intempeſtiua ſeueritate putauit exaſperandum, ſed cautæ promiſsionis dilatione leniendum. Ergo prolixè pollicetur, vt bonum caperet animum, refectioniq; ſe ac ſaluti redderet, impendiò ſuadet; donec patris aliqua profectione, liberum voluptati concederetur ſpatium. ſtatimq; ſe refert à noxio conſpectu nouercæ. Et magnam domus cladem ratus indigere conſilio pleniore, ad quemdam compertæ grauitatis educatorem ſenem protinus refert. Nec quidquam diutina deliberatione tam ſalubre viſum, quàm fuga celeri procellam Fortunæ ſæuientis euadere. Sed impatiens vel exiguæ dilationis mulier, ficta qualibet cauſa, confeſtim marito miris perſuadet artibus, ad longiſsimè diſsitas feſtinare villulas. Quo facto, maturatæ ſpei veſania præceps, promiſſæ libidinis flagitat vadimonium. Sed iuuenis, modò iſtud, modò illud cauſæ faciens, execrabilem fruſtatur eius aſpectum; quoad illa nuntiorum varietate, pollicitationem ſibi denegatam manifeſtò perſpiciens, mobilitate lubrica nefarium amorem ad longè deterius tranſtuliſſet odium. Et, aſſumpto ſtatim nequiſsimo, & ad omne facinus emancipato, quodam dotali ſeruulo, perfidiæ ſuæ conſilia communicat. nec quidquam melius videtur, quàm vita miſerum priuare iuuenem. Ergo miſſus continuò furcifer, venenum præſentarium comparat: idq; vino diligenter dilutum, inſontis priuigni præparat exitio. Ac dum de oblationis opportunitate ſecum noxij deliberant homines; forte fortuna puer ille iunior, proprius peſsimæ feminæ filius, poſt matutinum laborem ſtudiorum domum ſe recipiens, prandio iam capto ſitiens, repertum vini poculum, in quo venenum latebat incluſum, neſcius fraudis occultæ, continuo perduxit hauſtu. qui, vbi fratri ſuo paratam mortem ebibit, exanimis terræ procumbit. Illico repentina pueri pernicie pædagogus commotus, vlulabili clamore matrem totamq; ciet familiam. Iamq; cognito caſu noxiæ potionis, variè quiſque

præſen-

præſentium auctores inſimulabant extremi facinoris. Sed dira illa femina, & malitiæ nouercalis exemplar vnicum, non acerba filij morte, non parricidij conſcientia, non infortunio domus, non luctu mariti, vel ærumna funeris commota, cladem familiæ vindictæ compendium traxit. miſitque protinus curſorem qui vianti marito domus expugnationem nuntiaret. ac mox eodem ocius ab itinere regreſſo, perſonata nimia temeritate, inſimulat priuigni veneno filium ſuum interemptum. Et hic quidem non adeò mentiebatur, quòd iam deſtinatam iuueni mortem præueniſſet puer. ſed fratrem iuniorem fingebat ideo priuigni ſcelere peremptum, quòd eius probroſæ libidini, qua ſe comprimere tentauerat, noluiſſet ſuccumbere. Nec tam immanibus contenta mendacijs, addebat, ſibi quoque, ob detectum flagitium, eumdem illum gladio comminari. Tunc infelix, duplici filiorum morte percuſſus, magnis ærumnarum procellis æſtuat. Nam & iuniorem incoram ſui funerari videbat; & alterum, ob inceſtum parricidiumq́; capitis ſcilicet, damnatum iri certò ſciebat. Adhuc vxoris dilectæ nimium mentitis lamentationibus, ad extremum ſobolis impellebatur odium. Vixdum pompæ funebres ſepulturæ filij fuerant explicatæ: & ſtatim ab ipſo eius rogo ſenex infelix, ora ſua recentibus adhuc rigans lacrymis, trahensq́; cinere ſordentem canitiem, foro ſe feſtinus immittit. Atque ibi tum fletu tum precibus, genua etiam decurionum contingens, neſcius fraudium peſſimæ mulieris, in exitium reliqui filij plenis operabatur affectibus: illum inceſtum paterno thalamo, illum parricidam fraterno exitio, & incomminata nouercæ nece ſicarium. Tanta deniq. miſeratione, tantaq́; indignatione curiam, ſed & plebem mærens inflammauerat; vt remoto iudicandi tædio, & accuſationis manifeſtis probationibus, & reſponſionis meditatis ambagibus, cuncti conclamarint: LAPIDIBVS OBRVTVM PVBLICVM

MALVM

MALVM PVBLICE VINDICARI. Magiſtra
interim, metu periculi proprij, ne de paruis indignation
elementis, ad exitium diſciplinæ ciuitatisq́ȝ ſeditio procede-
ret, partim decuriones deprecari, partim populariter com-
peſcere; vt ritè, & MORE MAIORVM iudicio reddi-
to, & vtrimqueſecus allegationibus examinatis, ciuili
ſententia promeretur: nec, adinſtar barbaricæ feritatis, v
tyrannicæ impotentiæ, damnaretur aliquis inauditus: & i
pace placida tam dirum ſæculo proderetur exemplum. Pla-
cuit ſalubre conſilium. & illico iuſſus præco, pronuntia
PATRES IN CVRIAM CONVENIRENT. Qui-
bus protinus dignitatis iure conſueta loca reſidentibus, ru
ſum præconis vocatu, primus accuſator intendit. Tunc de-
mum clamatus inducitur etiam reus: &, exemplo legis A-
ticæ, Martijq́ȝ iudicij, cauſæ patronis denuntiat præco, ne-
que principia dicere, neque miſerationem commouere. Hæ
ad iſtum modum geſta compluribus mutuò ſermocinan-
bus, cognoui. Quibus autem verbis accuſator egerit, qui
rebus diluerit reus, ac prorſus orationes, altercationesq́
neque abſens ipſe apud præſepium ſcire, neque ad vos qu
ignoraui poſſum enuntiare. ſed quæ planè concepi, ad iſta
litteras proferam. Simul enim finita eſt dicentium conte-
tio; veritatem criminum fidemqúe probationibus certi
ſtrui, nec ſuſpicionibus tantam coniecturam permitti pla-
cuit: atque illum promptiſſimum ſeruum, qui ſolus hæc
geſta eſſe ſcire diceretur, ſiſti modis omnibus oportere. N
tantillum cruciarius ille, vel Fortuna tam magni iudicij, ne
confertæ conſpectu curiæ, vel certè noxia conſcientia ſua d-
territus, quæ ipſe finxerat, quaſi vera adſeuerare atque a-
ſerere incipit. Quòd ſe vocaſſet indignatus faſtidio nouerc
iuuenis; quòd vlciſcens iniuriam, filij eius mandauerat ne-
cem; quòd promiſiſſet grande ſilentij præmium; quòd re-
ſanti mortem ſit comminatus; quòd venenum ſua manu
temp-

*temperatum, dandum fratri reddiderit; quòd ad criminis
probationem reſeruatum poculum neglexiſſe ſuſpicatus, ſua
poſtremum manu porrexerit puero. Hæc, eximia enim ad
veritatis imaginem, verberone illo ſimulata trepidatione
perferente, finitum eſt iudicium. Nec quiſquam decurio- 694
num tam æquus remanſerat iuueni, quin eum euidẽter no-
xæ compertum, inſui culleo pronuntiaret. Cum iam ſen-
tentiæ pares, cunctorum ſtilis ad vnum ſermonem con-
gruentibus, ex more perpetuo, in vrnam æneam deberent
coniici: quo ſemel conditis calculis, iam cum rei Fortuna
tranſacto, nihil poſtea commutari licebat; ſed mancipaba-
tur poteſtas capitis in manum carnificis: vnus è curia ſe-
nior, præ ceteris compertæ fidei, atque auctoritatis præci-
puæ, medicus, orificium vrnæ manu contegens, ne quis
mitteret calculum temerè, hoc ad ordinem pertulit: Quòd
ætatis ſum vobis approbatus, me vixiſſe gaudeo. nec patiar,
falſis criminibus petito reo, manifeſtum homicidium per- 695
petrari: nec vos, qui iureiurando adſtricti iudicatis, indu-
ctos ſeruuli mendacio, peierare. ipſe non poſſum, calcata
numinum religione, conſcientiam meam fallens, perperam
pronuntiare. Ergo vt res eſt, de me cognoſcite. Furcifer iſte
venenum præſentarium comparare ſollicitus, centumq́; au-
reos ſolidos offerens pretium, mecum olim conuenerat. quod
ægroto cuidam dicebat neceſſarium, qui morbi inextricabi-
lis veterno vehementer implicatus, vitæ ſe cruciatui ſubtra-
here geſtiret. At ego perſpiciens malum iſtum verberonem
blaterantem, atque inconcinnè cauſificantem, certusq́; ali-
quod moliri flagitium, potionem quidem dedi; ſed futuræ 696
quæſtioni præcauens, non ſtatim pretium quod offerebatur
accepi. Sed, ne fortè aliquis, inquam, iſtorum quos offers 243
aureorum, nequam vel adulter reperiatur: in hoc ipſo ſac-
culo conditos eos, annulo tuo prænota; donec altera die
nummulario præſente comprobentur. Sic inductus, ſignauit*

 pecu-

pecuniam. quam exinde, vt iſte repræſentatus eſt iu
iuſsi de meis aliquem curriculò taberna promptam aff
& en ecce, prolatam coràm exhibeo. videat, & ſuum ſi
lum recognoſcat. Nam quemadmodum eius veneni fr
inſimulari poteſt, quod iſte comparauerit? Ingens ex
verberonem corripit trepidatio; & in vicem humani co
ſuccedit pallor infernus: perquè vniuerſa membra frig
ſudor emanabat. Tunc pedes incertis alternationibus c
mouere: modò hanc modò illam partem ſcalpere capit
ore ſemiclauſo balbutiens, neſcio quas affanias effutire
eum nemo prorſus à culpa vacuum meritò crederet.
reualeſcente rurſus aſtutia, conſtantiſsimè negare, &
ceſſere mendacij medicum non deſinit. Qui præter iu
religionem, cum fidem ſuam coràm lacerari videret; mu
plicato ſtudio verberonem illum contendit redarguere:
nec iuſſu magiſtratuum miniſteria publica, contrectati
quiſsimi ſerui manibus, annulum ferreum deprehen
cum ſigno ſacculi conferunt. quæ comparatio præceden
roborauit ſuſpicionem. Nec rota, vel eculeus, more Græ
rum, tormentis eius apparata iam deerant. ſed obfirma
mira præſumptione, nullis verberibus, ac ne ipſo qui
ſuccubuit igni. Tunc medicus: Non patiar, inquit, her
les, non patiar, vel contra fas de innocente iſto iuuene
plicium vos ſumere; vel hunc, ludificato noſtro iudicio,
nam noxij facinoris euadere. Dabo enim rei præſentis e
dens argumentum. Nam, cum venenum peremptori
comparare peſsimus iſte geſtiret; nec meæ ſectæ crede
conuenire, cauſas vlli præbere mortis; nec exitio, ſed ſa
hominum medicinam quæſitam eſſe didiciſſem: verens,
ſi daturum me negaſſem, intempeſtiua repulſa viam ſce
ſubminiſtrarem: &, ab alio quopiam exitiabilem merca
hic potionem, vel poſtremùm gladio, vel quouis telo ne
inchoatum perficeret; dedi non venenum, ſed ſomnife

man

mandragoræ illud, grauedinis compertæ famoſum, & morti ſimillimi ſoporis efficax. Nec mirum, deſperatiſſimum iſtum latronem, certum extremæ pœnæ, quæ MORE MAIORVM in eum competit, cruciatus iſtos, vt leniores, facilè tolerare. Sed ſi verè puer meis temperatam manibus ſumpſit potionem; viuit, quieſcit, & dormit: & protinus marcido ſopore diſcuſſo, remeabit ad diem lucidam. quod ſi verè peremptus eſt, ſi verè morte præuentus eſt; quæratis licet cauſas mortis eius alias. Ad iſtum modum ſeniore adorante, placuit. & itur confeſtim magna cum feſtinatione ad illud ſepulcrum, quo corpus pueri depoſitum iacebat. Nemo de curia, de optimatibus nemo, ac ne de ipſo quidem populo quiſquam, qui non illuc curioſè confluxerit. Ecce pater, ſuis ipſe manibus, cooperculo capuli remoto, commodum diſcuſſo mortifero ſopore, ſurgentem poſtliminio mortis deprehendit filium: eumq́; complexus artiſſimè, verbis impar præſenti gaudio, producit ad populum. atque vt erat adhuc feralibus amiculis obſtrictus atque obditus, portatur ad iudicium puer. Iamq́; liquidò ſerui nequiſſimi, atque mulieris nequioris patefactis ſceleribus, procedit in medium nuda veritas. & nouercæ quidem perpetuum indicitur exilium; ſeruus verò patibulo ſuffigitur: & omnium conſenſu, bono medico ſinuntur aurei opportuni ſomni pretium. Et illius quidem ſenis famoſa atque fabuloſa Fortuna, Prouidentiæ diuinæ condignum accepit exitum: qui momento modico, immo puncto exiguo, poſt orbitatis periculum, aduleſcentium duorum pater repentè factus eſt. At ego tunc temporis talibus fatorum fluctibus volutabar. Miles ille, qui me nullo vendente comparauerat, & ſine pretio ſuum fecerat, tribuni ſui præcepto debitum ſuſtinens obſequium, litteras ad magnum ſcriptas Principem Romam verſus perlaturus, vicinis me quibuſdam duobus ſeruis fratribus vndecim denariis vendidit. His erat diues admodum domi-

dominus. at illorum alter piſtor dulciarius, qui pan mellita concinnabat edulia; alter coquus, qui ſapidiſſim ſtrimentis ſuccuum pulmenta condita, vapore mollibat. V co illi contubernio communem vitam ſuſtinebam. me vaſa illa complura geſtanda præſtinarant, quæ, domini giones pluſculas pererrantibus, variis vſibus erant nec ria. Adſciſcor itaque inter duos illos fratres tertius con bernalis: haud vllo tempore tam benignam Fortunam e pertus. Nam veſpera, poſt opiparas cænas, earumq́; ſolen diſſimos apparatus, multas numero partes in cellulam ſu mei ſolebant reportare domini: ille porcorum, pullor piſcium, & eiuſcemodi pulmentorum largiſſimas reliq hic panes, cruſtula, lucunculos, hamos, lacertuloſ complura ſcitamenta mellita. Qui cum ſe refecturi, cellula, balneas petiſſent; oblatis ego diuinitus dapibus tim ſaginabar. Nec enim tam ſtultus eram, tamq́; ver nus, vt dulciſſimis illis relictis cibis, cænarem aſperrimum num. Et diu quidem pulcerrimè mihi furatrinæ proce artificium: quippe adhuc timidè & ſatis parcè ſubrip de tam multis pauciora, nec illis fraudes vllas in aſini picantibus. At vbi fiducia latendi pleniore capta, parte mas quaſque deuorabam, & rancidiora ſeligens, ablega bam dulcia; ſuſpicio non exilis fratrum pupugit an Et, quamquam de me nihil etiamtunc tale crederent; men quotidiani damni ſtudioſe veſtigabant reum. illi poſtremò, etiam mutuò ſeſe rapinæ turpiſſimæ crimina tur. Iamq́; curam diligentiorem, & acriorem cuſtodi & dinumerationem adhibebant partium. Tandem de rupta verecundia, ſic alter alterum compellat: At iſtud neque æquum, ac ne humanum, fidem minuere qu quotidie, ac partes electiores ſurripere: atque his diuend peculium latenter augere, de reliquis æquam vindica uiſionem. Si tibi denique ſocietas iſta diſplicet; poſ

om

omnia quidem cetera fratres manere, ab iſto tamen nexu communionis diſcedere. Nam video in immenſum damni procedentem querelam, nutrire nobis immanem diſcordiam. Subiicit alius: Laudo iſtam tuam mehercules & ipſe conſtantiam, quòd, furatis clanculo partibus, præueniſti querimoniam: quam diutiſſimè ſuſtinens, tacitus ingemiſcebam; ne viderer rapinæ ſordidæ meum fratrem arguere. Sed bene, quòd vtrimqueſecus ſermone prolato, iacturæ remedium quæritur; ne ſilentio procedens ſimultas, Eteocleas nobis contentiones pariat. His & ſimilibus altercati cõuiciis, deierant vtrique, nullam ſe prorſus fraudem, nullam denique ſurreptionem factitaſſe: ſed planè debere cunctis artibus communis diſpendii latronem inquiri. Nam neque aſinum, qui ſolus intereſſet, talibus cibis affici poſſe: & tamen quotidie partes electibiles comparère nuſquam: nec vtique cellam ſuam tam immanes inuolare muſcas, vt olim Harpyiæ fuere, quæ diripiebant Phineias dapes. Interea liberalibus cœnis ineſcatus, & humanis affatim cibis ſaginatus, corpus obeſa pinguitie compleueram; corium aruina ſucculenta molliueram; pilum liberali nitore nutriueram. Sed iſte corporis mei decor, pudori peperit grande dedecus. Inſolita namque tergoris vaſtitate commoti, fœnum prorſus intactum quotidie remanere cernentes, iam totos ad me dirigunt animos. Et, hora cõſueta velut balneas petituri, clauſis ex more foribus, per quamdam modicam cauernulam rimantur me paſſim expoſitis epulis inhærentem. Nec vlla cura iam damni ſui habita, mirati monſtruoſas aſini delicias, riſu maximo dirumpuntur: vocatoq́; vno, & altero, ac deinde pluribus conſeruis, demonſtrant infandam memoratu hebetis iumenti gulam. Tantus denique ac tam liber cachinnus cunctos inuaſerat, vt ad aures quoque prætereuntis perueniret domini. Sciſcitatus denique, quid bonum rideret familia: cognito quod res erat, ipſe quoque per idem proſpiciens fora-

men, delectatur eximiè. ac dein riſu ipſe quoque latiſ aduſque inteſtinorum dolorem redactus, iam patefacto culo proximè conſiſtens, coràm arbitratur. Nam & ego dem ex aliqua parte mollius mihi renidentis Fortuna templatus faciem, gaudio præſentium fiduciam mihi ſub niſtrante, nec tantillum cōmotus, ſecurus eſitabam: qu nouitate ſpectaculi lætus dominus ædium, duci me iuſſit mò verò ſuis & ipſe manibus ad triclinium perduxit: m ſaq; poſita, omne genus edulium ſolidorum, & illibata p cula iuſſit apponi. At ego, quamquam iam bellulè ſuf natus, gratiorem commendatioremq; me tamen ei ſ cupiens, eſurienter exhibitas eſcas appetebam. Na quidquid potiſſimum abhorreret aſinus excogitantes ſ puloſè, ad explorandam manſuetudinem id offerunt m carnes laſere infectas, altilia pipere inſperſa, piſces ex iure perfuſos. Interim conuiuium ſummo riſu perſona Quidam denique præſens ſcurrula, Date, inquit, ſo huic quippiam meri. Quod dictum dominus ſecutus: N adeò, reſpondit, abſurdè locutus es furcifer. valde enim poteſt, vt contubernalis noſter poculum quoque mu benter appetat. Et, Heus ait puer, lautum diligente illum aureum cantharum mulſo, & multo, contempera affer paraſito meo: ſimul, quòd ei præbiberim, comm Ingens exin oborta eſt epulonum expectatio. Nec vlla men ego ratione conterritus, otioſe, ac ſatis genialiter c torta, in modum linguæ, extrema labia, grandiſſimum lum calicem vno hauſtu perhauſi. Clamor exurgit con voce cunctorum ſalute me proſequentium. Magno den delibutus gaudio dominus, vocatis ſeruis emptoribus m iubet quadruplum reſtitui pretium. meq; cuidam accep ſimo liberto ſuo, & ſatis peculiato, magna præfatus d gentia, tradidit. qui me ſatis humanè, ſatiſq; comiter triebat: &, quo ſe patrono commendatiorem faceret,

dioſſ

dioſiſſimè voluptates eius per meas argutias inſtruebat. Et primùm me quidem menſam accumbere ſuffixo cubito, dein adluctari, & inſultare ſublatis primoribus pedibus perdocuit: quodque eſſet apprimè mirabile, verbis nutum commodare; vt quod nollem relato, quod vellem reiecto capite monſtrarem; ſitiensq;, pocillatore reſpecto, ciliis alternà conniuens, bibere flagitarem. Atque hæc omnia perfacilè obediebam: quæ nullo etiam monſtrante ſcilicet facerem. Sed verebar, ne ſi fortè ſine magiſtro, humano ritu hoc ederem; plerique rati ſcæuum præſagium portendere, velut monſtrum oſtentumq;, me obtruncatum vulturibus opimum pabulum redderent. Iamq; rumor publicè crebuerat, quo conſpectum atque famigerabilem meis miris artibus effeceram dominum: Hic eſt, qui ſodalem conuiuamq; poſſidet luctantem aſinum, ſaltantem aſinum, voces humanas intelligentem, ſenſum nutibus exprimentem. Sed prius eſt, vt vobis, quod initiò facere debueram, vel nunc ſaltem referam, quis iſte, vel vnde fuerit Thyaſus. hoc enim nomine meus nuncupabatur dominus. Oriundus patria Corintho, quod caput eſt totius Achaiæ prouinciæ. vt eius proſapia atque dignitas poſtulabat, gradatim permenſis honoribus, quinquennali magiſtratui fuerat deſtinatus: &, vt ſplendori capeſſendorum reſponderet faſcium, munus gladiatorium triduanis ſpectaculis pollicitus, latius munificentiam ſuam porrigebat. Denique gloriæ publicæ ſtudio, tunc Theſſaliam etiam acceſſerat, nobiliſſimas feras & famoſos inde gladiatores comparaturus. Iámque ex arbitrio diſpoſitis coëmptiſq; omnibus, domuitionem parabat. ſpretis luculentis illis ſuis vehiculis, ac poſthabitis decoris prædarum carpentis, quæ partim contecta, partim reuelata, fruſtra nouiſſimis trahebantur conſequiis: equis etiam Theſſalicis, & aliis iumentis Gallicanis, quibus generoſa ſoboles perhibet pretioſam dignitatem: me phaleris aureis, & fucatis ephip-

pus, & purpureis tapetis, & frenis argenteis, & pictili baltheis, & tintinnabulis perargutis exornatum, ipſe dens amantiſsimè, nonnumquam comiſsimis affatur ſer nibus. Atque inter alia pleraque, ſumme ſe delectari p tebatur, quòd haberet in me ſimul & conuiuam & vi rem. At, vbi partim terreſtri, partim maritimo it confecto, Corinthum acceſsimus; magnæ ciuium turbæ fluebant: vt mihi videbatur, non tantum Thyaſi dantes nori, quàm mei cònſpectus cupientes. Nam tanta ib etiam de me fama peruaſerat; vt non mediocri quæſtui poſito illi meo fuerim. Qui cum multos videret nimio ſ re luſus meos ſpectare geſtientes; obſerata fore, atque ſi lis eorum ſeorſus admiſsis, ſtipes acceptans non pa ſummulas diurnas corradere conſueuerat. Fuit in illo uenticulo matrona quædam pollens, & opulens: quæ ceterorum viſum meum mercata, ac dehinc multiſo bus ludicris delectata, per admirationem aſsiduam, pa tim in admirabilem mei cupidinem incidit. nec vllam næ libidini medelam capiens, adinſtar aſinariæ Paſiph complexus meos ardenter expetebat. grandi denique inio cum altore meo depacta eſt noctis vnius concubit At ille nequam, vt poſſet de me ſuaue prouenire, lucr tantum contentus, annuit. Iam denique cænati è tric domini deceſſeramus: & dudum præſtolantem cubiculo matronam offendimus. Dij boni! qualis ille, quamq; clarus apparatus! Quatuor eunuchi confeſtim, pul compluribus ventosè tumentibus pluma delicata, terr nobis cubitum præſtruunt: ſed & ſtragula veſte, aur murice Tyrio depicta probè conſternunt: ac deſuper bre admodum, ſed ſatis copioſis puluillis, aliis nimis mo quis maxillas & ceruices delicatæ mulieres ſuffulcire ſuerunt, ſuperſtruunt. nec dominæ voluptates diutin præſentia morati, clauſis cubiculi foribus, faceſſunt.

intus cerei præclara micantes luce, nocturnas nobis tenebras inalbabant. Tunc ipſa cuncto prorſus ſpoliata tegmine, tænia quoque, qua decoras deuinxerat papillas, lumen propter adſiſtens, de ſtagneo vaſculo multo ſeſe perungit oleo balſamo, meque indidem largiſsimè perfricat: ſed multo tanta impenſius cura etiam nares perfundit meas. Tunc exoſculata preſſulè: non qualia in lupanari ſolent baſiola iactari, vel meretricum poſcinummia, vel aduentorum negotinummia, ſed pura atque ſincera inſtruit. & blandiſsimos affatus: Amo &, Cupio, & Te ſolum diligo, &, Sine te iam viuere nequeo: & cetera, quîs mulieres & alios inducunt, & ſuas teſtantur affectiones. Capiſtroq; me prehenſum, more quo didiceram, reclinat facilè / quippe cum nil noui, nihilque difficile facturus mihi viderer; præſertim poſt tantum temporis, tam formoſæ mulieris cupientis amplexus obiturus. Nam & vino pulcerrimo atque copioſo memet madefeceram; & vnguento fragrantiſsimo proluuium libidinis ſuſcitaram. Sed angebar planè, non exili metu reputans, quemadmodum tantis tamque magnis cruribus, poſſem delicatam matronam inſcendere: vel tam lucida, tamque tenera, & lacte ac melle confecta membra, duris vngulis complecti: labiasq; modicas ambroſio rore purpurantes, tã amplo ore tamq; enormi, & ſaxeis dentibus deformis ſauiari: nouiſsimè, quo pacto, quanquam ex vnguiculis perpruriſcens, mulier tam vaſtum genitale ſuſciperet. Heu me, qui dirupta nobili femina, beſtiis obiectus, munus inſtructurus ſim mei domini! Molles interdum voculas, & aſsidua ſauia, & dulces gannitus, commorſicantibus oculis, iterabat illa. Et in ſumma: Teneo te, inquit, teneo meum palumbulum, meum paſſerem. Et cum dicto, vanas fuiſſe cogitationes meas, ineptumq; monſtrat metum. artiſsimè namq. complexa, tum me prorſus, ſed totum recipit. Illa verò, quotiens ei parcens nates recellebam; accedens totiens niſu ra-

bido, & ſpinam prehendens meam, appliciore nexu inhære-
bat: vt hercules etiam deeſſe mihi aliquid, ad ſupplendam
eius libidinem crederem; nec Minotauri matrem, fruſtra de-
lectatam putarem adultero mugiente. Iamque operoſa &
peruigili nocte tranſacta, vitata lucis conſcientia, faceſſit
mulier, condicto pari noctis futuræ pretio. Nec grauatè ma-
giſter meus voluptates ex eius arbitrio largiebatur, partim
mercedes ampliſsimas acceptando, partim nouum ſpectacu-
lum domino præparando. incontanter ei denique libidinis
noſtræ totam detegit ſcenam. At illè, liberto magnificè mu-
nerato, deſtinat me ſpectaculo publico. Et, quoniam neque
egregia illa vxor mea propter dignitatem, neque prorſus vl-
la alia inueniri poterat; grandi præmio vilis quæritur ali-
qua, ſententia præſidis beſtiis addicta: quæ mecum incoram
publicam populi caueam frequentaret. eius pænè talem co-
gnoueram fabulam. Maritum habuit, cuius pater peregrè
proficiſcens mandauit vxori ſuæ, matri eiuſdem iuuenis,
quòd enim ſarcina prægnationis oneratam eam relinquebat:
vt, ſi ſexus ſequioris edidiſſet fœtum; protinus, quod eſſet
editum, necaretur. At illa per abſentiam mariti, natam
puellam inſita matri pietate præuenta, deſciuit ab obſequio
mariti: eamq́; prodidit vicinis alumnandam. Regreſſoq́; iam
marito, natam necatamq́; puellam nuntiabat. Sed vbi flos
ætatis nuptialem virgini diem flagitabat, nec, ignaro mari-
to, dotare filiam pro natalibus quibat; quod ſolum potuit,
filio ſuo tacitum ſecretum aperuit. Nam & oppidò vereba-
tur, ne quo caſu caloris iuuenilis impetu lapſus, neſcius ne-
ſciam ſororem incurreret. Sed pietatis ſpectatæ iuuenis, &
matris obſequium, & ſororis officium religioſe diſpenſat: &
arcanis domus venerabilis ſilentij cuſtodiam tradidit; ple-
biam facietenus prætendens humanitatem. Sic neceſſarium
ſanguinis ſui munus aggreditur, vt deſolatam vicinā puel-
lam parentumq́; præſidio viduatam, domus ſuæ tutela re-

ceptaret; ac mox artiſsimo, multumq́; ſibi dilecto contubernali, largitus de proprio dotem liberaliſsimè, traderet. Sed hæc bene atque optimè, plenaq́; cum ſanctimonia diſpoſita, feralem Fortunæ nutum latère non potuerunt. cuius inſtinctu, domum iuuenis protinus ſe direxit ſæua riualitas. Et, illico hæc eadem vxor eius, quæ nunc beſtiis propter hæc ipſa fuerat addicta, cœpit puellam, velut æmulam tori, ſuccubamq́;, primò ſuſpicari: dehinc deteſtari, dehinc crudeliſſimis laqueis mortis inſidiari. Tale denique comminiſcitur facinus. Annulo mariti ſurrepto, rus profecta, mittit quemdam ſeruulum, ſibi quidem fidelem, ſed de ipſa Fide peſsimè merentem, qui puellæ nuntiaret, quod eam iuuenis profectus ad villulam vocaret ad ſeſe: addito, vt ſola & ſine vllo comite, quammaturiſsimè perueniret. Et, ne qua fortè naſceretur veniendi contatio; tradit annulum marito ſubtractum, qui monſtratus, fidem verbis adſtipularetur. At illa mandato fratris obſequens, hæc enim ſola ſciebat, reſpecto etiam ſigno eius, quod offerebatur; gnauiter, vt præceptum fuerat, incomitata feſtinat. Sed vbi fraudis extremæ lapſa decipula laqueos inſidiarum acceſsit; tunc illa vxor egregia, ſororem mariti, libidinoſæ Furiæ ſtimulis efferata, primùm quidem nudam flagris vberrimè verberat: dehinc, quod res erat, clamantem quoque, quòd fruſtra pellicatus indignatione bulliret, fratriſq́; nomen ſæpius iterantem, velut mentitam, atque cuncta fingentem, titione candenti inter media femina detruſo, crudeliſsimè necauit. Tunc acerbæ mortis exciti nuntiis frater & maritus, accurrunt: variiſq́; lamentationibus defletam puellam, tradunt ſepulturæ. Nec iuuenis ſororis ſuæ mortem tam miſeram, & quæ minimè vt par erat illata eſt, æquo tolerare quiuit animo: ſed medullitùs dolore commotus, acerrimæq́ue bilis noxio furore perfuſus, exin flagrantiſsimis febribus ardebat; vt ipſi quoque iam medela videretur eſſe neceſſaria. Sed vxor, quæ iampri-

iampridem nomen vxoris cum fide perdiderat, medicum conuenit quemdam notæ perfidiæ, qui iam multarum palmarum ſpectatus prælijs, magna dextræ ſuæ trophæa numerabat. eiq; protinus quinquaginta promittit ſeſtertia: vt ille quidem momentarium venenum venderet; illa autem emeret mariti ſui mortem. Quo confecto, ſimulatur neceſſaria
727 *præcordiis leniendis, biliq; ſubtrahendæ illa prænobilis potio, quam ſacram doctiores nominant: ſed in eius vice ſubditur alia, Proſerpinæ ſacra ſaluti. Iamq; præſente familia, & nonnullis amicis & affinibus, ægroto medicus poculum probè temperatum manu ſua porrigebat. Sed audax illa mulier,*
728 *vt ſimul & conſcium ſceleris amoliretur, & quam deſponderat pecuniam lucraretur; coram detento calice: Non prius, inquit, medicorum optime, non prius cariſsimo mihi marito trades iſtam potionem, quàm de ea bonam partem hauſeris ipſe. Vnde enim ſcio, an noxium in ea lateat venenum? quæ res vtique te, tam prudentem, tamq; doctum virum, nequaquam offendit; ſi religioſa vxor, circa ſalutem mariti ſolicita, neceſſariam affero pietatem. Qua mira deſperatione truculentæ feminæ repentè perturbatus medicus, excuſſusq; toto conſilio, & ob anguſtiam temporis ſpatio cogitandi priuatus, antequam trepidatione aliqua vel contatione ipſa daret malæ conſcientiæ ſuſpicionem; indidem de potione guſtauit ampliter. Quam fidem ſecutus adoleſcens, etiam ſumpto calice, quod offerebatur hauſit. Ad iſtum modum præſenti trāſacto negotio, medicus quàm celerrimè domum remeabat, ſalutifera potione peſtem præcedentis veneni feſtinans extinguere. Nec eum obſtinatione ſacrilega, qua ſemel cœperat, truculenta mulier vngue latius à ſe diſcedere paſſa eſt: Priuſquam, inquit, digeſta potione, me-*
729 *dicinæ euentus probatus appareat. Sed ægrè, precibus & obſtinationibus eius multum ac diu fatigata, tandem abire conceſsit. Interdum perniciem cæcam totis viſceribus furentem,*

tem, medullæ penitus attraxerant. multum denique ſaucius, & grauedine ſomnolenta iam demerſus, domum peruadit ægerrimè. Vixq́; enarratis cunctis, ad vxorem mandat, ſaltem promiſſam mercedem mortis geminatæ depoſceret. Sicq́; eliſus violenter ſpectatiſsimus medicus, effudit ſpiritum. Nec ille tamen iuuenis diutius vitam tenuerat; ſed inter fictas mentitasq́; lacrymas vxoris, pari caſu mortis fuerat extinctus. Iamq́; eo ſepulto, paucis interiectis diebus, quis feralia mortuis litantur obſequia, medici vxor pretium geminæ mortis petens aderat. Sed mulier vſquequaque ſuæ ſimulatæ fidei ſupprimens faciem, prætendens imaginem, blandiculè reſpondit: & omnia prolixè accumulateq́; pollicetur; & ſtatutum præmium ſine mora ſe reddituram conſtituit; modò pauxillum de ea potione largiri ſibi vellet, ob incœpti negotij perſecutionem. Quod, pluribus laqueis fraudium peſſimarum vxor inducta medici, facilè conſenſit: &, quò ſe gratiorem locupleti feminæ faceret, properiter domo petita, totam prorſus veneni pyxidem mulieri tradidit. Quæ grandem ſcelerum nacta materiam, longè lateq́; cruētas ſuas manus porrigit. Habebat filiam ſuam paruulam de marito, quem nuper necauerat. Huic infantulæ quòd leges neceſſariam patris ſucceſsionem deferrent, ſuſtinebat ægerrimè: inhiansq́; toto filiæ patrimonio, imminebat & capiti. Ergo certa, deſunctorum liberorum matres ſceleratas hereditates excipere, talem parentem præbuit, qualem exhibuerat vxorem. prandioq́; commēto pro tempore, etiam vxorem medici, ſimul & ſuam filiam veneno eodem percutit. Sed paruulæ quidem tenuem ſpiritum, & delicata ac tenera præcordia conficit protinus virus infeſtum. at vxor medici, dum noxiis ambagibus pulmones eius pererrat tempeſtas deteſtabilis potionis; primùm ſuſpicata quod res erat, mox vrgente ſpiritu iam certò certior, contendit ad ipſam præſidis domum: magnoq́; fidem eius proteſtata

teſtata clamore, & populi concitato tumultu, vtpote tam immania detectura flagitia, efficit ſtatim, ſibi ſimul & domus & aures præſidis pateſierent. Iamq; ab ipſo exordio, crudeliſsimæ mulieris cunctis atrocitatibus diligenter expoſitis, repentè mentis nubilo turbine correpta, ſemihiantes adhuc compreſsit labias: & attritu dentium longo ſtridore reddito, ante ipſos præſidis pedes exanimis corruit. Nec ille, vir alioquin exercitus, multiforme facinus execratæ veneficæ dilatione languida paſſus marceſcere. confeſtim cubicularíis mulieris attractis vi tormentorũ, veritatem eruit: atque illam, minus quidem quàm merebatur, ſed quòd dignus cruciatus alius excogitari non poterat, certè beſtiis obiiciendam pronuntiauit. Talis mulieris publicitùs matrimonium conferreaturus, ingentiq; angore oppidò ſuſpenſus, expectabam diem muneris: ſæpius quidem mortem mihi mea volens manu conſciſcere, priuſquam ſceleroſæ mulieris contagio macularer, vel infamia publici ſpectaculi depudeſcerem. Sed priuatus humana manu, priuatus digitis, vngula rotunda atq; mutila gladium ſtringere nequaquam poteram. Planè tenui ſpecula ſolabar clades vltimas; quòd ver in ipſo ortu iam gemmulis floridis cuncta depingeret, & iam purpureo nitore prata veſtiret: & commodùm dirupto ſpineo tegmine, ſpirantes cinnameos odores, promicarent roſæ, quæ priori me Lucio redderent. Dies ecce muneri deſtinatus aderat. ad conſeptum caueæ, proſequente populo, pompatico fauore deducor. Ac dum ludicris ſcenicorum choreis primitiæ ſpectaculi dedicantur; tantiſper ante portam conſtitutus, pabulum lætiſsimi graminis, quod in ipſo germinabat aditu, libens affectabam: ſubinde curioſos oculos, patente porta, ſpectaculi proſpectu gratiſsimo reficiens. Nam puelli puellæq; virenti florentes ætatula, forma conſpicui, veſte nitidi, inceſſu geſtuoſi, Græcanicam ſaltantes pyrrhicam, diſpoſitis ordinationibus decoros ambitus inerrabant:

nunc in orbe rotarum flexuoſi; nunc in obliquam ſeriem connexi; & in quadratum patorem cuneati; & in cateruæ diſſidium ſeperati. At vbi diſcurſus reciproci multimodes ambages tubæ terminalis cantus explicuit; aulæo ſubducto & complicitis ſiparis, Paridis ſcena diſponitur. Erat mons ligneus, ad inſtar inclyti montis illius quem vates Homerus Idæum cecinit, ſublimi inſtructus fabrica, conſitus viretis & viuis arboribus ſummo cacumine, de manibus fabri fonte manante, fluuialis aquas eliquans. Capellæ paucula tondebant herbulas: &, in modum Paridis Phrygij paſtoris, barbaricis amiculis humeris defluentibus, pulcrè induſiatus adoleſcens, aurea tyara contecto capite, pecuarium ſimulabat magiſterium. Adeſt luculentus puer nudus, niſi quòd ephebica chlamyda ſiniſtrum tegebat humerum: flauis crinibus vſquequaque conſpicuus: &, inter comas eius, aureæ pinnulæ cognatione ſimili ſociatæ, prominebant, quem caduceum & virgula, Mercurium indicabant. Is ſaltatoriè procurrens, malumq́ bracteis inauratum dextera gerens, ei qui Paris videbatur porrigit: quid mandaret Iupiter, nutu ſignificans. protinus gradus citulè referens, è conſpectu faceſſit. Inſequitur puella vultu honeſta, in deæ Iunonis ſpeciem ſimilis. nam & caput ſtringebat diadema candida. ferebat & ſceptrum. Irrupit alia, quam putares Mineruam, caput contecta fulgenti galea, & oleaginea corona tegebatur ipſa galea: clypeum attollens, & haſtam quatiens, & qualis illa cum pugnat. Super has introceſſit alia, viſendo decore præpollens, gratia coloris ambroſei deſignans Venerem: qualis fuit Venus, cum fuit virgo, nudo & intecto corpore perfectam formoſitatem profeſſa; niſi quòd tenui pallio bombycino inumbrabat ſpectabilem pubem. quam quidem laciniam curioſulus ventus ſatis amanter nunc laſciuiens reflabat; vt dimota, pateret flos ætatulæ: nunc luxurians aſpirabat; vt adhærens preſſulè, membrorum voluptatem

tem graphicè laciniaret. Ipſe autem color Deæ diuiſus in ſpeciem: corpus candidum, quod cælo demeat; cærulum, quod mari remeat. Iam ſingulas virgines, quæ Deæ putabantur, ſui obibant comites. Iunonem quidem Caſtor & Pollux, quorum capita caſsides æratæ ſtellarum apicibus inſignes contegebant. ſed & iſti Caſtores erant ſcenici pueri. Hæc puella, varios modulos laſciua concinente tibia, procedens quieta & inaffectata geſticulatione, nutibus honeſtis, paſtori pollicetur, ſi ſibi præmium decoris addixiſſet; ſeſe regnum totius Aſiæ tributuram. At illam, quam cultus armorum Mineruam fecerat, duo pueri muniebant, præliaris deæ comites armigeri, Terror & Metus, nudis inſultantes gladiis. at ponè tergum tibicen hormum canebat bellicoſum: & permiſcens bombis grauibus tinnitus acutos, in modum tubæ, ſaltationis agilis vigorem ſuſcitabat. Hæc inquieto capite, & oculis inſpectu minacibus, citato & intorto genere, geſticulatione alacri demonſtrabat Paridi, ſi ſibi formæ victoriam tradidiſſet; fortem, tropæiſq; bellorum inclutũ ſuis adminiculis futurum. Venus ecce cum magno fauore caueæ, in ipſo meditullio ſcenæ, circumfuſo populo lætiſsimorum paruulorum, dulce ſubridens, conſtitit amœnè. Illos teretes & lacteos puellos diceres tu Cupidines, & Cupidines veros, de cælo vel mari commodùm inuolaſſe. nam & pinnulis & ſagittulis, & habitu cetero formæ præclaræ congruebant: &, velut nuptiales epulas obituræ, dominæ coruſcis prælucebant facibus. Et influunt innuptarum puellarum decoræ ſoboles. hinc Gratiæ gratiſsimæ; inde Horæ pulcerrimæ. quæ iaculis floris ſerti & ſoluti Deam ſuam propitiantes, ſcitiſsimum conſtruxerunt chorum, dominæ voluptatum Veneris coma blandientes. Iam tibiæ multiforabiles, cantus Lydios dulciter conſonant. quibus ſpectatorum pectora ſuauè mulcentibus, longè ſuauior Venus placidè commoueri, contãtiq; lentè veſtigio, & leuiter per fluctuantes pinnulas, &

ſenſim

ſenſim annutante capite cœpit incedere, molliq́; tibiarum ſono delicatis reſpondere geſtibus: & nunc mitè conniuentibus, nunc acrè comminantibus geſtire pupillis; & nonnunquam ſaltare ſolis oculis. Hæc vt primùm ante iudicis conſpectum facta eſt, niſu brachiorum polliceri videbatur, ſi fuiſſet Deabus ceteris antelata; daturam ſe nuptam Paridi forma præcipuam, ſuiq́; conſimilem. Tunc animo volenti Phrygius iuuenis, malum, quod tenebat, aureum, velut victoriæ calculum, puellæ tradidit. Quid ergo miramini viliſſima capita, immò forenſia pecora, immò verò togati vulturij, ſi toti nunc iudices ſententias ſuas pretio nundinantur? cum rerum exordio, inter Deos & homines agitatum iudicium corruperit gratia: & originalem ſententiam magni Iouis conſiliis electus iudex, ruſticanus & opilio, lucro libidinis vendiderit, cum totius etiam ſuæ ſtirpis exitio? Sic hercules & aliud ſequens iudicium, inter inclytos Achiuorum duces celebratum: vel cum falſis inſimulationibus, eruditione doctrinaq́; præpollens Palamedes proditionis damnatur; vel virtute Martia præpotenti præfertur Vlyſſes mendicus Aiaci maximo. Quale autem & illud iudicium apud legiferos Athenienſes, & catos illos, & omnis ſcientiæ magiſtros? Nonne diuinæ prudentiæ ſenex, quem ſapientia prætulit cunctis mortalibus deus Delphicus, fraude & inuidia nequiſſimæ factionis circumuentus, velut corruptor adoleſcentiæ, quam frenis coercebat, herbæ peſtilentis ſucco noxio peremptus eſt, relinquens ciuibus ignominiæ perpetuæ maculam? cùm nunc etiam egregij Philoſophi ſectam eius ſanctiſſimam præoptent, & ſummo beatitudinis ſtudio iurent in ipſius nomen. Sed ne quis indignationis meæ reprehendat impetum, ſecum ſic reputans: Ecce nunc patiemur philoſophantem nobis aſinum? rurſus, vnde diſceſſi, reuertar ad fabulam. Poſtquam finitum eſt illud Paridis iudicium; Iuno quidem cum Minerua triſtes, & iratis ſimiles è ſcena redeunt,

*deunt, indignationem repulſæ geſtibus profeſſæ: Venus verò
gaudens & hilaris, lætitiam ſuam ſaltando, toto cum cho-
ro, profeſſa eſt. Tunc de ſummo mõtis cacumine, per quam-
748 dam latentem fiſtulam, in excelſum prorumpit vino crocus
diluta: ſparſimq́; defluens, paſcentis circa capellas odore
perpluit imbre; donec in meliorem maculatæ ſpeciem, cani-
256 tiem propriam luteo colore mutarent. Iámque tota ſuaue
fragante cauea, montem illum ligneum terræ vorago dece-
pit. Ecce quidam miles per mediam plateam dirigit curſum,
petiturus, iam populo poſtulante, illam de publico carcere
mulierem: quam dixi, propter multiforme ſcelus, beſtiis
749 eſſe damnatam, meisq́; præclaris nuptiis deſtinatam. Et
iam, torus Genialis ſcilicet noſter futurus, accuratiſsimè de-
ſternebatur lectus, Indica teſtudine perlucidus, plumea con-
gerie tumidus, veſte ſerica floridus. At ego, præter pudorem
obeundi publicè concubitus, præter contagium ſceleſtæ pollu-
tæq́; feminæ, metu etiam mortis cruciabar maximè, ſic ipſe
mecum reputans: Quod, in amplexu Venereo ſcilicet nobis
coëuntibus, quæcunque ad exitium mulieris beſtia fuiſſet
immiſſa, non adeò vel prudentia ſolers, vel artificio docta,
vel abſtinentia frugi, poſſet prouenire: vt adiacentem lateri
meo laceraret mulierem; mihi verò, quaſi indemnato & in-
noxio, parceret. Ergo igitur non de pudore iam, ſed de ſa-
lute ipſa ſollicitus, dum magiſter meus lectulo probè coap-
tando diſtrictus inſeruit; tota familia partim miniſterio ve-
nationis occupata, partim voluptario ſpectaculo attenta,
750 meis cogitationibus liberum tribuebatur arbitrium. nec ma-
gnopere quiſquam cuſtodiendum tam manſuetum putabat
aſinum. Paulatim furtiuum pedem proferens, porta, quæ
proxima eſt, potitus, iam curſu me celerrimo proripio:
ſexq́; totis paſſuum milibus perniciter confectis, Cenchreas
peruado: quod oppidum adeunt quidem nobiliſsimæ coloniæ
Corinthienſium; adluitur autem Aegæo & Saronico mari.*

vbi portus etiam, tutiſsimum nauium receptaculum, magno frequentatur populo. Vitatis ergo turbulis, & electo ſecreto littore, prope ipſas fluctuum aſpergines, in quodam molliſsimo harenæ gremio laſſum corpus porrectus reſoueo. nam & vltimam diei metam/ curriculum Solis deflexerat: & veſpertinæ me quieti traditum, dulcis ſomnus oppreſſerat.

L. APVLEII
METAMORPHOSEON
SIVE
DE ASINO AVREO
LIBER VNDECIMVS.

CIRCA *primam fermè noctis vigiliam experrectus pauore ſubito, video præmicantis Lunæ candore nimio completum orbem, commodum marinis emergentem fluctibus. Nactuſq; opacæ noctis ſilentioſa ſecreta, certus etiam ſummatem Deam præcipua maieſtate pollere, reſq; prorſus humanas ipſius regi prouidentia: nec tantum pecuina & ferina, verùm inanima etiam diuino eius luminis numinisq; nutu vegetari: ipſa etiam corpora terra, cælo, mariq;, nunc incrementis conſequenter augeri; nunc decrementis obſequenter imminui: Fato ſcilicet iam meis tot tantisq; cladibus ſatiato, & ſpem ſalutis, licet tardam, ſubminiſtrante, auguſtum ſpecimen Deæ præſentis ſtatui deprecari. Confeſtimq; diſcuſſa pigra quiete, alacer exſurgo: meq; protinus, purificandi ſtudio, marino lauacro trado: ſeptiesque ſubmerſo fluctibus capite, quòd eum numerum præcipuè religionis aptiſsimũ diuinus ille Pythagoras prodidit, lætus & alacer, Deam præpo-*

præpotentem lacrymoſo vultu ſic apprecabar: REGINA *cæli, ſiue tu Ceres alma frugum parens originalis, quæ repertu lætata filiæ, vetuſtæ glandis ferino remoto pabulo, miti commonſtrato cibo, nunc Eleuſiniam glebam percolis; ſeu tu cæleſtis Venus, quæ primis rerum exordiis, ſexuum diuerſitatem generato amore ſociaſti, & æterna ſobole humano genere propagato, nunc circumfluo Paphi ſacrario coleris: ſeu Phœbi ſoror, quæ partu ferarum medelis lenientibus recreato, populos tantos educaſti, præclariſq; nunc veneraris delubris Epheſi; ſeu nocturnis vlulatibus horrenda Proſerpina, triformi facie laruales impetus comprimens, terraq; clauſtra cohibens, lucos diuerſos inerrans, vario cultu propitiaris: iſta luce ſeminea conluſtrans cuncta mœnia, & nudis ignibus nutriens læta ſemina, & Solis ambagibus diſpenſans incerta lumina: quoquo nomine, quoquo ritu, quaqua facie te fas eſt inuocare; tu meis iamnunc extremis ærumnis ſubſiſte, tu Fortunam collapſam affirma; tu ſæuis exantlatis caſibus pauſam pacemq; tribue. ſit ſatis laborum, ſit ſatis periculorum. Depelle quadrupedis diram faciem. redde me conſpectui meorum; redde me meo Lucio. Ac ſi quod offenſum numen inexorabili me ſæuitia premit; mori ſaltem liceat, ſi non licet viuere. Ad iſtum modum fuſis precibus, & adſtructis miſeris lamentationibus, rurſus mihi marcentem animum in eodem illo cubili ſopor circumfuſus oppreſſit. Necdum ſatis compreſſeram: & ecce pelago medio, venerandos Diis etiam vultus attollens, emergit diuina facies. ac dehinc paulatim toto corpore perlucidum ſimulacrum, excuſſo pelago, ante me conſtitiſſe viſum eſt. Eius mirandam ſpeciem ad vos etiam referre connitar; ſi tamen mihi differendi tribuerit facultatem paupertas oris humani: vel ipſum numen eius dapſilem copiam eloquutilis facundiæ ſubminiſtrauerit. Iámque primùm crines vberrimi prolixiq;, & ſenſim intorti, per diuina colla paſſim*

diſperſi,

diſperſi, molliter defluebant. Corona multiformis, variis floribus ſublimem diſtrinxerat verticem: cuius media quidem ſuper frontem plana rotunditas, in modum ſpeculi, vel immo argumentum Lunæ candidum, lumen emicabat. Dextra læuáque ſulcis inſurgentium viperarum cohibita, ſpicis etiam Cerealibus deſuper porrectis. Multicolor, byſſo tenui pertexta: nunc albo candore lucida; nunc croceo flore lutea; nunc roſeo rubore flammida. &, quæ longè longéq; etiam meum confutabat obtutum, palla nigerrima, ſplendeſcens atro nitore: quæ circumcirca remeans, & ſub dextrum latus ad humerum læuum recurrens, vmbonis vice, deiecta parte laciniæ, multiplici contubulatione dependula, ad vltimas oras nodulis fimbriarum decoriter confluctuabat. Per intextam extremitatem, & in ipſa eius planitie, ſtellæ diſperſæ coruſcabant: earumq; media ſemeſtris Luna, flammeos ſpirabat ignes. Quaquà tamen inſignis illius pallæ perfluebat ambitus, indiuiduo nexu corona totis floribus, totisq; conſtructa pomis, adhærebat. Iam geſtamina longè diuerſa. nam dextera quidem ferebat æreum crepitaculum: cuius per anguſtam laminam in modũ balthei recuruatam, traiectæ mediæ paucæ virgulæ, criſpante brachio tergeminos ictus, reddebant argutum ſonorem. læuæ verò cymbium dependebat aureum: cuius anſulæ, qua parte conſpicua eſt, inſurgebat aſpis, caput extollens arduum, ceruicibus latè tumeſcentibus. Pedes ambroſios tegebant ſoleæ, palmæ victricis foliis intextæ. Talis ac tanta, ſpirans Arabiæ felicis germina, diuina me voce dignata eſt: En aſſum, tuis commota Luci precibus, rerum Natura parens, elementorum omnium domina, ſæculorum progenies initialis, ſumma numinum, regina Manium, prima cælitum Deorum, Dearumq; facies vniformis: quæ cæli luminoſa culmina, maris ſalubria flamina, Inferorum deplorata ſilentia, nutibus meis diſpenſo. cuius numen vnicum, multiformi ſpecie, ritu vario, nomine

mine multiiugo totus veneratur orbis. Me primigenij Phry-
ges Peſsinunticã nominãt Deûm matrem; hinc Autochtho-
763 nes Attici Cecropiam Mineruam; illinc fluctuantes Cyprij
Paphiam Venerem; Cretes ſagittiferi Dictynnam Dianam;
Siculi trilingues Stygiam Proſerpinam; Eleuſinij vetuſtam
Deam Cererem: Iunonem alij, alij Bellonam, alij Hecaten,
Rhamnuſiam alij. & , qui naſcentis dei Solis inchoantibus
764 radiis illuſtrantur Aethiopes, Ariiq́ꝫ, priſcaq́ꝫ doctrina pol-
lentes Aegyptij, cerimoniis me prorſus propriis percolentes,
appellant vero nomine Reginam Iſidem. Aſſum tuos miſe-
rata caſus, aſſum fauens & propitia. Mitte iam fletus, &
lamentationes omitte: depelle mœrorem. Iam tibi prouiden-
tia mea illuceſcet dies ſalutaris. Ergo igitur imperiis iſtis
meis animum intende ſollicitum. Diem, qui dies ex iſta no-
cte naſcetur, æterna mihi nuncupauit religio: quo ſedatis
hybernis tempeſtatibus, & lenitis maris procelloſis fluctibus,
765 nauigabili iam pelago, rudem dedicantes carinam, primitias
cõmeatus libant mei ſacerdotes. Id ſacrum nec ſollicita, nec
profana mente debebis opperiri. Nam meo monitu ſacerdos,
in ipſo procinctu pompæ, roſeam manu dextra ſiſtro cohæ-
rentem geſtabit coronam. Incontanter ergo, dimotis turbu-
lis, alacer continuare pompam meam, volentia fretus: &
de proximo clementer, velut manum ſacerdotis oſculabun-
dus, roſis decerptis, peſsimæ mihiq́ꝫ deteſtabilis, iamdudum
beluæ iſtius corio te protinus exue. Nec quidquam rerum
mearum reformides, vt arduum. Nam hoc eodem momen-
766 to, quo tibi venio, ſimul & tibi præſens, quæ ſunt conſe-
quentia ſacerdoti meo per quietem facienda præcipio. Meo
iuſſu tibi conſtricti comitatus decedent populi. Nec inter hi-
lares cerimonias & feſtiua ſpectacula, quiſquam deformem
iſtam, quam geris, faciem perhorreſcet: vel figuram tuam
repentè mutatam, ſequius interpretatus aliquis, malignè
criminabitur. Planè memineris, & penita mente conditum
ſemper

ſemper tenebis, mihi reliqua vitæ tuæ curricula, aduſque terminos vltimi ſpiritus, vadata. Nec iniurium, cuius beneficio redieris ad homines, ei totum debere quod viues. Viues autem beatus, viues in mea tutela glorioſus: & cùm ſpatium ſeculi tui permenſus ad Inferos demearis; ibi quoque in ipſo ſubterraneo ſemirotundo, me, quam vides Acherontis tenebris interlucentem, Stygiiſq; penetralibus regnantem, campos Elyſios incolens ipſe, tibi propitiam frequens adorabis. Quòd ſi ſedulis obſequiis & religioſis miniſteriis, & tenacibus caſtimoniis numen noſtrum promerueris; ſcies, vltra ſtatuta Fato tuo ſpatia, vitam quoque tibi prorogare mihi tantum licere. Sic oraculi venerabilis fine prolato, numen inuictum in ſe receßit. Nec mora, cum ſomno protinus abſolutus, pauore & gaudio, ac dein ſudore nimio permixtus exſurgo: ſummeq; miratus Deæ potentis tam præclaram præſentiam, marino rore reſperſus, magniſq; imperiis eius intentus, monitionis eius ordinem recolebam. Nec mora, cum noctis atræ fugato nubilo, Sol exurgit aureus: & ecce diſcurſu religioſo, ac prorſus triumphali, turbulæ complent totas plateas. Tantaq; hilaritudine præter peculiarem meam geſtire mihi cuncta videbantur; vt pecua etiã cuiuſcemodi, & totas domos, & ipſum diem ſerena facie gaudere ſentirem. nam & pruinam pridianam dies apricus ac placidus repentè fuerat inſecutus: vt canoræ etiam auiculæ, prolectante verno vapore, concentus ſuaues adſonarent: matrem ſiderum, parentem temporum, orbiſq; totius dominam blando mulcentes affamine. Quid? quòd arbores etiam quæ pomifera ſobole fœcundæ, quæq; earum tantum vmbra contentæ, & ſteriles, auſtrinis laxatæ flatibus, germine foliorum renidentes, clementi motu brachiorum dulces ſtrepitus obſibilabant. Magnoq; procellarum ſedato fragore, ac turbido fluctuum tumore poſito, mare quietas alluuies temperabat: cælum autem, nubiloſa caligine diſiecta,

nudo ſudoq́; luminis proprij ſplendore candebat. Ecce pompæ magnæ paulatim procedunt anteludia, vocibus cuiuſque ſtudiis exornata pulcerrimé. Hic incinctus baltheo militem gerebat; illum ſuccinctum chlamyde copides & venabula venatorem fecerant: alius ſoccis obauratis, indutus ſerica veſte, mundoq́; pretioſo, & adtextis capite crinibus, inceſſu perfluo feminam mentiebatur. porrò alium ocreis, ſcuto, galea, ferroq́; inſignem, è ludo putares gladiatorio procedere. Nec ille deerat, qui magiſtratum faſcibus purpuráq́; luderet: nec qui pallio, baculoq́;, & baxeis, & hircino barbitio Philoſophum fingeret: nec qui, diuerſis harundinibus, alter aucupem cum viſco, alter piſcatorem cum hamo induceret. Vidi & vrſam manſuem, quæ, cultu matronali, ſella vehebatur: & ſimiam pileo textili, crocotuq́; Phrygio, catamiti paſtoris ſpecie, aureum geſtantem poculum: & aſinum pinnis adglutinatis adambulantem cuidam ſeni debili: vt illum quidem Bellerophontem, hunc autem diceres Pegaſum; tamen rideres vtrumque. Inter has oblectationes ludicras popularium, quæ paſſim vagabantur, iam ſoſpitatricis Deæ peculiaris pompa moliebatur. Mulieres candido ſplendentees amicimine, vario lætantes geſtamine, verno florentes coronamine, quæ de gremio per viam, qua ſacer incedebat comitatus ſolum ſternebant floſculis: aliæque nitentibus ſpeculis pone tergum reuerſis, venienti Deæ obuium commonſtrarent obſequium: & quæ pectines eburneos ferentes, geſtu brachiorum, flexuq́; digitorum, ornatum atque oppexum crinium regalium fingerent: illæ etiam, quæ ceteris vnguentis & geniali balſamo guttatim excuſſo, conſpergebant plateas. Magnus præterea ſexus vtriuſque numerus, lucernis, tædis, cereis, & alio genere facium, lumine ſiderum cæleſtium ſtirpem propitiantes. Symphoniæ dehinc ſuaues, fiſtulæ tibiæq́; modulis dulciſſimis perſonabant. Eas amœnus lectiſſimæ iuuentutis veſte niuea, & catacliſta

præni-

prænitens ſequebatur chorus, carmen venuſtum iterantes: quod Camœnarum fauore ſolers poeta modulatus, edixerat, quod argumentum referebat. Interim maiorum antecantamina votorum. Ibant & dicati magno Serapi tibicines: qui per obliquum calamum ad aurem porrectum dextram, familiarem templi Deiq́; modulum frequentabant: & plerique, qui facilem ſacris viam dari prædicarent. Tunc influunt turbæ ſacris diuinis initiatæ, viri feminæq́; omnis dignitatis & omnis ætatis, linteæ veſtis candore puro luminoſi: illæ limpido tegmine crines madidos obuolutæ; hi capillum deraſi funditus, vertice prænitentes: magnæ religionis terrena ſidera, æreis & argenteis, immò verò aureis etiam ſiſtris argutum tinnitum conſtrepentes. Sed antiſtites, ſacrorum proceres illi, qui candido linteamine cinctum pectorale, aduſque veſtigia, ſtrictim iniecti, potentiſsimorum Deûm proferebant inſignes exuuias. Quorum primus lucernam, præmicantem porrigebat lumen, non adeò noſtris illis conſimilem, quæ veſpertinas illuminant epulas; ſed aureum cymbium medio ſui patore flammulam ſuſcitans largiorem. Secundus, veſtitu quidem ſimilis, ſed manibus ambabus gerebat altaria (id eſt, auxilia: quibus nomen dedit proprium Deæ ſummatis auxiliaris prouidentia. Ibat tertius, attollens palmā auro ſubtiliter foliatam, necnon Mercurialem etiam caduceum. Quartus Aequitatis oſtendebat indicium, deformatam manum ſiniſtram porrecta palmula: quæ genuina pigritia, nulla calliditate, nulla ſolertia prædita, videbatur æquitati magis aptior quàm dextera. idem gerebat & aureum vaſculum, in modum papillæ rotundatum, de quo lacte libabat. Quintus auream vannum aureis congeſtam ramulis: & alius ferebat amphoram. Nec mora, cùm Dei, dignati pedibus humanis incedere, prodeunt; hic horrendum, ille Superûm commeator & Inferûm: nunc atra nunc aurea facie ſublimis, attollens canis ceruices arduas: læua

caduceum gerens; dextera palmam virentem quatiens. cuius veſtigium continuum ſequebatur bos, in rectum leuata ſtatum. Erat & bos, omniparentis Deæ fecundum ſimulacrum: quod reſidens humeris ſuis, proferebat vnus è miniſterio beato, greſſu geſtuoſo. Ferebatur ab alio ciſta ſecretorum capax, penitus celans operta magnificæ religionis. Gerebat alius felici ſuo gremio ſummi ſui numinis venerandam effigiem, non pecoris, non auis, non feræ, ac ne hominis quidem ipſius conſimilem; ſed ſolerti repertu, etiam ipſa nouitate reuerendam altioris vtcunque & magno ſilentio tegendæ religionis argumentum ineffabile; ſed & ad iſtum planè modum, fulgente auro figuratum. Vrnula faberrimè cauata, fundo quàm rotundo, miris extrinſecus ſimulacris Aegyptiorum effigiata. eius orificium non altiuſculè leuatum, in canalem porrectum, longo riuulo prominebat. ex alia verò parte multum recedens ſpatioſa dilatione, adhærebat anſa: quam contorto nodulo ſuperſedebat aſpis, ſquameæ ceruicis ſtriato tumore ſublimis. Et ecce præſentiſſimi numinis promiſſa nobis accedunt beneficia, & fata: ſalutemq; ipſam meam gerens ſacerdos appropinquat, ad ipſum præſcriptum diuinæ promiſſionis ornatum: dextra proferens ſiſtrum deæ coronam, mihi etiam hercules coronam conſequenter; quod tot ac tantis exantlatis laboribus, tot emerſis periculis, Deæ maximæ prouidentia, adluctantem mihi ſæuiſſimam Fortunam ſuperarem. Nec tamen gaudio ſubitario commotus, inclementi me curſu proripui; verens ſcilicet ne repentino quadrupedis impetu, religionis quietus turbaretur ordo: ſed placido ac prorſus humano gradu contabundus, paulatim obliquato corpore, ſanè diuinitus decedente populo, ſenſim irrepo. At ſacerdos, vt reapſe cognoſcere potui, nocturni commonefactus oraculi, miratusq; congruentiam mandati muneris, confeſtim reſtitit: & vltro porrecta dextra, ob os ipſum meum coronam exhibuit.

buit. Tunc ego trepidans, aſſiduo pulſu micanti corde, coronam quæ roſis amœnis intexta fulgurabat, auido ore ſuſceptam, cupidus cupidiſſimè deuoraui. nec me fefellit cæleſte promiſſum. Protinus mihi delabitur deformis & ferina facies. ac primò quidem ſqualens pilus defluit; ac dehinc cutis craſſa tenuatur; venter obeſus reſidet; pedum plantæ per vngulas in digitos exeunt. manus non iam pedes ſunt, ſed in erecta porriguntur officia. ceruix procera cohibetur; os & caput rotundatur; aures enormes repetunt paruitatem priſtinam; dentes ſaxei redeunt ad humanam minutiem: &, quæ me potiſſimùm cruciabat ante, cauda nuſquam comparuit. Populi mirantur, religioſi venerantur tam euidentem maximi numinis potentiam, & conſimilem nocturnis imaginibus magnificentiam, & facilitatem reformationis: claraq; & conſona voce, cælo manus attendentes, teſtantur tam illuſtre Deæ beneficium. At ego ſtupore nimio defixus, tacitus hærebam, animo meo tam repentinũ tamq; magnum non capiente gaudium: quid potiſſimum præfarer primarium, vnde nouæ vocis exordium caperem, quo ſermonem nunc renata lingua felicius auſpicarer, quibus quantiſq; verbis tantæ Deæ gratias agerem. Sed ſacerdos, vtcunque diuino monitu cognitis ab origine cunctis cladibus meis, quamquam & ipſe inſigni permotus miraculo, nutu ſignificato prius, præcipit, tegendo mihi linteam dari laciniam. Nam me cùm primùm neſando tegmine deſpoliauerat aſinus; compreſſis in artum feminibus, & ſuperſtrictis accuratè manibus, quantum nudo licebat, velamento me naturali probè munieram. Tunc è cohorte religionis vnus, impigrè ſuperiorem exutus tunicam, ſupertexit me celerrimè. Quo facto, ſacerdos vultu geniali, & hercules perhumano in aſpectum meum attonitus, ſic effatur: Multis & variis exantlatis laboribus, magniſq; Fortunæ tempeſtatibus, & maximis actus procellis, ad portum quietis & aram

Miſeri-

Miſericordiæ tandem Luci veniſti. nec tibi natales, ac ne dignitas quidem, vel ipſa, qua flores, vſquam doctrina profuit: ſed lubrico virentis ætatulæ, ad ſeruiles delapſus voluptates, curioſitatis improſperæ ſiniſtrum præmium reportaſti. Sed vtcunque Fortunæ cæcitas, dum te peſsimis periculis diſcruciat, ad religioſam iſtam habitudinem improuida produxit malitia. Eat nunc, & ſummo furore ſæuiat, & crudelitati ſuæ materiam quærat aliam. Nam in eos, quorum ſibi vitas, ſeruitium Deæ noſtræ maieſtas vindicauit, non habet locum caſus infeſtus. Quid latrones, quid feræ, quid ſeruitium, quid aſperrimorum itinerum ambages reciprocæ, quid metus mortis quotidianæ nefariæ Fortunæ profuit? In tutelam iam receptus es Fortunæ, ſed videntis: quæ ſuæ lucis ſplendore ceteros etiam Deos illuminat. Sume iam vultum lætiorem, candido iſto habitu tuo congruentem: comitare pompā Deæ ſoſpitatricis, inouanti gradu. Videant irreligioſi; videant, & errorem ſuū recognoſcant. En ecce priſtinis ærumnis abſolutus, Iſidis magnæ prouidentia gaudens Lucius, de ſua Fortuna triumphat. Quo tibi tamen tutior ſis, atque munitior; da nomen huic ſanctæ militiæ, cuius non olim ſacramento etiā rogaberis: teq; iamnunc obſequio religionis noſtræ dedica, & miniſterij iugū ſubi voluntarium. nam, cùm cœperis Deæ ſeruire, tunc magis ſenties fructum tuæ libertatis. Ad iſtum modū vaticinatus ſacerdos egregius, fatigatos anhelitus trahens, conticuit. Exinde permixtus agmini religioſo procedens, comitabar ſacrariū: totæ ciuitati notus ac conſpicuus, digitis hominum nutibusq; notabilis. Omnes in me populi fabulantur: Hunc omnipotentis hodie Deæ numē auguſtum reformauit ad homines. Felix hercules, & ter beatus! qui vitæ ſcilicet præcedentis innocentia fideq; me ruerit tam præclarū de cælo patrocinium; vt renatus quodammodo, ſtatim ſacrorum obſequio deſponderetur. Inter hæc, & feſtorum votorū tumultū, paulatim progreſsi,

iam

iam ripam maris proximamus: atq; ad ipſum illũ locum, quo pridie meus ſtabulauerat aſinus, peruenimus. Ibidem ſimulacris ritè diſpoſitis, nauem faberrimè factam, picturis miris Aegyptiorum circumſecus variegatam, ſummus ſacerdos teda lucida, & ouo & ſulphure, ſolemniſsimas preces de caſto præfatus ore, quàm puriſsimè purificatam, Deæ nuncupauit, dedicauitq;. Huius aluei felicis nitens carbaſus, littore votũ ingeſtans progerebat. Ecce litteræ votũ inſtaurabant, de noui commeatus proſpera nauigatione. Iam malus inſurgit, pinus rotunda, ſplẽdore ſublimis, inſignis, carcheſio conſpicua: & puppis, intorta cheniſco, bracteis aureis veſtita, fulgebat: omniſq; prorſus carina citro limpido perpolita, florebat. Tunc cuncti populi, tam religioſi quàm profani, vannos onuſtas aromatis & huiuſcemodi ſuppliciis certatim congerunt: & inſuper fluctus libant intritũ lacte cõfectum; donec muneribus largis, & deuotionibus fauſtis completa nauis, abſoluta ſtrophiis anchoralibus, peculiari ſerenoq; flatu, pelago redderetur. Quæ poſtquam curſus ſpatio proſpectum ſui nobis incertat; ſacrorum geruli, ſumptis rurſum quæ quiſque detulerant, alacres ad fanum reditũ capeſſunt, ſimili ſtructu pompæ decori. Ac cùm ad ipſum iam templum peruenimus; ſacerdos maximus, quiq; diuinas effigies progerebant, & qui venerandis penetralibus pridem fuerant initiati, intra cubiculum Deæ recepti, diſponunt ritè ſimulacra ſpirantia. Tunc ex his vnus, quem cũcti Grammatea dicebant, pro foribus aſsiſtens, cœtu Paſtophorũm, quod ſacroſancti collegij nomẽ eſt, velut in concionem vocato, indidẽ de ſublimi ſuggeſtu, de libro, de litteris fauſta vota præfatus: PRINCIPI MAGNO, SENATVIQVE, ET EQVITI, TOTOQVE ROMANO POPVLO, *nauticis nauibus, quæq; ſub imperio mundi noſtratis reguntur, renuntiat, ſermone ritúq; Græcienſi, ita:* ΛΑΟΙΣ ΑΦΕΣΙΣ. *Qua voce, feliciter cunctis euenire, ſignauit populi clamor inſecutus.*

Exin

Exin gaudio delibuti populares, thallos, verbenas, corollas ferentes, exoſculatis veſtigiis Deæ, quæ gradibus hærebant argento formata, ad ſuos diſcedunt Lares. Nec tamen ſinebat me animus vngue latius indidem digredi; ſed intentus Deæ ſpecimen, priſtinos caſus meos recordabar. Nec tamen Fama volucris, pigra pinnarum tarditate ceſſauerat: ſed protinus in patria Deæ prouidentis adorabile beneficium, meamq́; ipſius Fortunam memorabilem narrauerat paſſim. Confeſtim denique familiares ac vernulæ, quiq́; mihi proximo nexu ſanguinis cohærebant, luctu depoſito, quem de meæ mortis falſo nuntio ſuſceperant, repentino lætati gaudio, variè quiſque munerabundi, ad meum feſtinant illico diuinum reducemq́; ab Inferis conſpectum. quorum deſperata ipſe etiam facie recreatus, oblationes honeſtas æquiboniq́; facio: quippe cùm mihi familiares, quoad cultũ ſumptumq́; largiter ſuccederet, deferre perſpicuè curaſſent. Aſfatis itaque, ex officio, ſingulis, narratiſq́; meis priſtinis ærumnis, & præſentibus gaudiis, me rurſum ad Deæ gratiſſimum mihi refero conſpectum: ædibuſq́; conductis, intra conſeptum templi Larem temporarium mihi conſtituo: Deæ miniſteriis adhuc priuatis appoſitus, contuberniiſq́; ſacerdotum indiuiduus, & numinis magni cultor inſeperabilis. Nec fuit nox vna, vel quies aliqua, viſu Deæ monituq́; ieiuna: ſed crebris imperiis, ſacris ſuis me iamdudum deſtinatum, nunc ſaltem cenſebat initiari. At ego, quamquam cupienti voluntate præditus, tamen religioſa formidine renitebar. Quod enim ſedulò percontaueram, difficile religionis obſequium, & caſtimoniorum abſtinentiam ſatis arduam, cautoq́; circumſpectu vitam, quæ multis caſibus ſubiacet, eſſe muniendam: hæc idemtidem mecum reputans, neſcio quo modo, quamquam feſtinans, differebam. Nocte quadam, plenum gremium ſuum viſus eſt mihi ſummus ſacerdos offerre: ac requirenti, quid vtique iſtud? reſpondiſſe,

partes

partes illas de Theſſalia mihi miſſas; ſeruum etiam meum indidem ſuperueniſſe, nomine Candidum. Hac experrectus imagine, diu diuq; apud cogitationes meas reuoluebã, quid rei portenderet; præſertim cùm nullum vmquam habuiſſe me ſeruum iſto nomine nuncupatum certus eſſem. vt tamen ſeſe præſagium ſomni porrigeret, lucrum certum modis omnibus ſignificari partium oblatione credebam. Sic anxius, & in prouentum proſperiorem attonitus, templi matutinas apertiones opperiebar. Ac, dum velis candentibus reductis, in diuerſum Deæ venerabilem conſpectum apprecamur, & diſpoſitas aras circumiens ſacerdos rem diuinam procurat; ſupplicamẽtis ſolemnibus, de penetrali fonte petitum ſpondeo libat. Rebus iam ritè conſummatis, inchoatæ lucis ſalutationibus, religioſi primam nuntiantes horam, perſtrepunt. Et ecce ſuperueniunt de patria, quos ibi reliqueram famulos; cùm me Fotis malis incapiſtraſſet erroribus. Cognitis ſcilicet famulis meis, nec non & equũ quoque illum meum reducentibus, quem diuerſæ diſtractum notæ dorſualis agitatione recuperauerant: quare ſolertiam ſomni tum mirabar vel maximè; quòd præter congruentiam lucroſæ pollicitationis, argumento ſerui Candidi, equum mihi reddidiſſet colore candidum. Quo facto idem ſollicitus, ſedulum colendi frequentabam miniſterium, ſpe futura beneficiis præſentibus pignerata. Nec minus indies mihi magis magiſq; accipiendorum ſacrorum cupido gliſcebat. ſummiſq; precibus primarium ſacerdotem ſæpiſſime conueneram, petens, vt me noctis ſocietate, tandem arcanis initiaret. At ille, vir alioquin grauis, & ſobriæ religionis obſeruatione famoſus, clementer ac comiter, &, vt ſolent parentes immaturis liberorum deſideriis modificari, meam differens inſtantiam, ſpei melioris ſolatiis alioquin anxium, mihi permulcebat animum. Nam & diem, quo quiſque poſſit initiari, Deæ nuntu demonſtrari, & ſacerdotem qui ſacra debeat

debeat miniſtrare, eiuſdem prouidentia deligi: ſumptus etiam, cerimoniis neceſſarios, ſimili præcepto deſtinari. Quæ cuncta nos quoque obſeruabili patientia ſuſtinere cenſebat: quippe cùm auiditati contumaciæque ſummè cauere, & vtramque culpam vitare, ac neque vocatus morari, nec non iuſſus feſtinare deberem. nec tamen eſſe quemquam de ſuo numero tam perditæ mentis, vel immò deſtinatæ mortis; qui non ſibi quoque ſeorſum iubente domina, temerarium atque ſacrilegum audeat miniſterium ſubire, noxamq́; letalem cõtrahere. Nam & Inferum clauſtra, & Salutis tutelam in Deæ manu poſita, ipſamq́; traditionem ad inſtar voluntariæ mortis & precariæ ſalutis celebrari: quippe cùm tranſactis vitæ temporibus, iam in ipſo finitæ lucis limine conſtitutos, quis tamen tuto poſſint magna religionis committi ſilentia, numen Deæ ſoleat eligere, & ſua prouidentia quodammodo renatos, ad nouæ reponere rurſus Salutis curricula. Ergo igitur me quoque oportere cæleſte ſuſtinere præceptum, quamquam perſpicua euidentiq́; magni numinis dignatione, iamdudum felici miniſterio nuncupatum deſtinatumq́;: nec ſecus quàm cultores ceteri, cibis profanis ac nefariis iamnunc temperare; quo rectius ad arcana puriſſimæ religionis ſecreta peruaderem. Dixerat ſacerdos: nec impatientia corrumpebatur obſequium meum: ſed intentus miti quiete, & probabili taciturnitate, ſedulum quotdies obibam culturæ ſacrorum miniſterium. Nec me feſellit, nec longi temporis prolatione cruciauit, potentis Deæ benignitas ſalutaris. ſed noctis obſcuræ non obſcuris imperiis euidenter monuit, adueniſſe diem mihi ſemper optabilem, quo me maximi voti compotiret. quantóque ſumptu deberem procurare ſupplicamentis, ipſumq́; Mithram illum ſuum ſacerdotem præcipuum, diuino quodam ſtellarum conſortio, vt aiebat, mihi coniunctum, ſacrorum miniſtrum decernit. Quibus, & ceteris beniuolis præceptis ſummatis Deæ recreatus

creatus

creatus animi, necdum ſatis luce lucida diſcuſſa quiete, protinus ad receptaculum ſacerdotis contendo: atque eum, cubiculo ſuo commodum prodeuntem continuatus, ſaluto. Solito conſtantius deſtinaueram iam, velut debitum ſacris obſequium flagitare. At ille, ſtatim vt me conſpexit, prior: O mi quidem Luci, inquit, te felicem, te beatum, quem propitia voluntate numen auguſtum tantopere dignatur! Et quid, inquit, iam nunc ſtas otioſus, teq́ ipſum demoraris? Adeſt tibi dies votis aſsiduis exoptatus, quo Deæ multinominis diuinis imperiis, per iſtas meas manus piiſsimis ſacrorum arcanis inſinueris. Et, iniecta dextera, ſenex comiſsimus, ducit me protinus ad ipſas fores ædis ampliſsimæ: rituq́ ſolemni apertionis celebrato miniſterio, ac matutino peracto ſacrificio, de opertis adyti profert quoſdam libros, litteris ignorabilibus prænotatos: partim figuris cuiuſcemodi animalium, concepti ſermonis compendioſa verba ſuggerentes; partim nodoſis, & in modum rotæ tortuoſis, capreolatimq́ condenſis apicibus, a curioſitate profanorum lectione munita. Indidem mihi prædicat, quæ forent ad vſum teletæ neceſſariò præparanda. Ea protinus grauiter, & aliquanto liberalius partim ipſe, partim per meos ſocios coëmenda procuro. Iamq́ tempore, vt aiebat ſacerdos, id poſtulante, ſtipatum me religioſa cohorte deducit ad proximas balneas: & prius ſueto lauacro traditum, præfatus Deûm veniam, puriſsimè circumrorans, abluit: rurſumq́ ad templum reductum, iam duabus diei partibus tranſactis, ante ipſa Deæ veſtigia conſtituit: ſecretóque mandatis quibuſdam, quæ voce meliora ſunt, idque planè cunctis arbitris præcipit, decem continuis illis diebus cibariam voluptatem coercerem, neque vllum animal eſſem, & inuinius eſſem. Quibus venerabili continentia ritè ſeruatis, iam dies aderat diuino deſtinatus vadimonio: & Sol curuatus intrahebat veſperam. Tum ecce confluunt vndique turbæ, ſacrorum

ritu vetuſto, variis quiſq. me muneribus honorantes. Tunc ſemotis procul profanis omnibus, linteo & rudi me contectum amicimine, arrepta manu, ſacerdos deducit ad ipſius ſacrarij penetralia. Quæras forſitan ſatis anxiè, ſtudioſe lector, quid deinde dictum, quid factum? dicerem, ſi dicere liceret; cognoſceres, ſi liceret audire. Sed parem noxam contraherent aures & lingua, temerariæ curioſitatis. Nec te tamen, deſiderio forſitan religioſo ſuſpenſum, angore diutino cruciabo. Igitur audi: ſed crede quæ vera ſunt. Acceſsi confinium mortis: & calcato Proſerpinæ limine, per omnia vectus elementa, remeaui. nocte media, vidi Solem candido coruſcantem lumine: deos Inferos, & deos Superos acceſsi coram, & adoraui de proximo. Ecce tibi retuli, quæ quamuis audita, ignores tamen neceſſe eſt. Ergo, quod ſolum poteſt ſine piaculo ad profanorum intelligentias enuntiari, referam. Manè factum eſt: & perfectis ſolemnibus, proceſsi duodecim ſacratus ſtolis, habitu quidē religioſo ſatis, ſed effari de eo nullo vinculo prohibeor: quippe quod tunc temporis vidêre præſentes plurimi. Namque in ipſo ædis ſacræ meditullio, ante Deæ ſimulacrum conſtitutum tribunal ligneum, iuſſus ſuperſtiti, byſsina quidem, ſed floridè depicta veſte conſpicuus. Et humeris dependebat, pone tergum, talorum tenus, pretioſa chlamyda. quàquà tamen viſeres, colore vario circumnotatis inſignibar animalibus. hinc dracones Indici; inde gryphes Hyperborei: quos, in ſpeciem pinnatæ alitis, generat mundus alter. hanc Olympiacam ſtolam ſacrati nuncupāt. At manu dextera gerebam flammis adultam facem: & caput decorè corona cinxerat, palmæ candidæ foliis in modum radiorum proſiſtentibus. Sic ad inſtar Solis exornato, & in vicem ſimulacri conſtituto, repentè velis reductis, in aſpectum populi errabam. Exhinc feſtiuiſſimum celebraui natalem ſacrorum: & ſuaues epulæ, & faceta conuiuia. Dies etiam tertius pari cerimoniarum ritu

celebra-

celebratus, & ientaculum religioſum, & teletæ legitima conſummatio. Paucis dehinc ibidem commoratus diebus, inexplicabili voluptate ſimulacri diuini perfruebar: irremunerabili quippe beneficio pigneratus. Sed tamen Deæ monitu, licet non plenè, tamen pro meo modulo, ſupplicuè gratiis perſolutis, tardam ſatis domuitionem comparo. Vix equidem abruptis ardentiſſimi deſiderij retinaculis, prouolutus denique ante conſpectum Deæ, & facie mea diu deterſis veſtigiis eius, lacrymis obortis, ſingultu crebro ſermonem interſiciens, & verba deuorans, aio: TV quidem ſancta, & humani generis ſoſpitatrix perpetua, ſemper fouendis mortalibus munifica, dulcem matris affectionem miſerorum caſibus tribuis. nec dies, nec quies vlla, ac ne momentum quidem tenue, tuis tranſcurrit beneficiis otioſum; quin mari terraq́; protegas homines, &, depulſis vitæ procellis, ſalutarem porrigas dextram. qua Fatorum etiam inextricabiliter contorta retractas licia, & Fortunæ tempeſtates mitigas, & ſtellarum noxios meatus cohibes. Te Superi colunt; obſeruant Inferi: tu rotas orbem; luminas Solem: regis mundum; calcas Tartarum. Tibi reſpondent ſidera, gaudent numina, redeunt tempora, ſeruiunt elementa: tuo nutu ſpirant flamina, nutriuntur nubila, germinant ſemina, creſcunt germina. Tuam maieſtatem perhorreſcunt aues cælo meantes, feræ montibus errantes, ſerpentes ſolo latentes, beluæ Ponto natantes. At ego referendis laudibus tuis exiguus ingenio, & adhibendis ſacrificiis tenuis patrimonio: nec mihi vocis vbertas, ad dicenda quæ de tua maieſtate ſentio ſufficit: nec ora mille, linguæq́; totidem, vel indefeſſi ſermonis æterna ſeries. Ergo, quod ſolum poteſt, religioſus quidem, ſed pauper alioquin, efficere, curabo. diuinos tuos vultus, numenq́; ſanctiſſimum, intra pectoris mei ſecreta conditū perpetuò cuſtodiens, imaginabor. Ad iſtum modum deprecato ſummo numine, complexus Mithram ſacerdo-

cerdotem, & meum iam parentem, colloq́; eius multis oſculis inhærens, veniam poſtulabam; quòd eum, cõdignè tantis beneficiis, remunerari nequirem. Diu denique gratiarum gerendarum ſermone prolixo commoratus, tandem digredior: & recta, patrium Larem reuiſurus meum poſt aliquammultum temporis, contendo: pauciſque poſt diebus, Deæ potentis inſtinctu, raptim conſtrictis ſarcinulis, naue conſcenſa, Romam verſus profectionem dirigo: tutumq́; proſperitate ventorum ferentium, Auguſti portum celerrimè, ac dehinc carpento peruolaui: veſperaq́; quam dies inſequebatur iduum Decembrium, ſacroſanctam iſtam ciuitatem accedo. Nec vllum tam præcipuum mihi exinde ſtudiũ fuit, quàm quotidie ſupplicare ſummo numini Reginæ Iſidis: quæ, de templi ſitu ſumpto nomine, Campenſis, ſumma cum veneratione propitiatur. Eram denique cultor aſſiduus, fani quidem aduena, religionis autem indigena. Ecce, tranſcurſo ſignifero circulo, Sol magnus annum compleuerat; & quietem meam rurſus interpellat numinis benefici cura peruigilis: & rurſus teletæ, rurſus ſacrorum commonet. Mirabar quid rei tentaret, quid pronuntiaret futurum. quidni? pleniſſimè iamdudum videbar initiatus. Ac dum religioſum ſcrupulum partim apud ſenſum meum diſputo, partim ſacratorum conſiliis examino; nouum mirumq́; planè comperior: Deæ quidem me tantum ſacris imbutum, ac magni Dei Deûmque ſummi parentis, inuicti Oſiris necdum ſacris illuſtratum. quamquam enim connexa, immò verò vnica ratio numinis religioniſq́; eſſet, tamen teletæ diſcrimen intereſſe maximum. Prohinc me quoque peti magno etiam Deo famulum, ſentire deberem. Nec diu res in ambiguo ſtetit. Nam proxima nocte vidi quemdam de ſacratis, linteis iniectum, qui thyrſos & hederas, & tacenda quædam gerens, ad ipſos meos Lares collocaret: & occupato ſedili meo, religionis amplæ denuntiaret epulas.

Is, vt

Is, vt agnitionem mihi ſcilicet certo aliquo ſui ſigno ſubminiſtraret, ſiniſtri pedis talo paululum reflexo, contabundo clementer incedebat veſtigio. Sublata eſt ergo, poſt tam manifeſtam Deûm voluntatem, ambiguitatis tota caligo. Et illico Deæ matutinis perfectis ſalutationibus, ſummo ſtudio percontabar ſingulos, ecqui veſtigio ſimilis, vt ſomnium? Nec is defuit. nam de Paſtophoris vnum conſpexi ſtatim, præter indicium pedis, cetero etiam ſtatu atque habitu examuſſim nocturnæ imagini congruentem: quem Aſinium Marcellum vocitari cognoui poſtea, reformationis meæ alienum nomen. Nec moratus, conueni protinus eum, ſanè nec ipſum futuri ſermonis ignarum: quippe iamdudum, conſimili præcepto, ſacrorum miniſtrandorum commonefactum. Nam ſibi viſus eſt quiete proxima, dum magno Deo coronas exaptat, & de eius ore quo ſingulorum fata dictat, audiſſe, mitti ſibi Madaurenſem, ſed admodum pauperem, cui ſtatim ſua ſacra deberet miniſtrare. nam & illi ſtudiorum gloriam, & ipſi grande compendium ſua comparari prouidentia. Ad iſtum modum deſponſus ſacris, ſumptuum tenuitate, contra votum meum, retardabar. Nam & viriculas patrimonij, peregrinationis attriuerant impenſæ; & erogationes vrbicæ, priſtinis illis prouincialibus antiſtabant. Plurimùm ergo duritia paupertatis intercedente, quod ait vetus prouerbium, Inter ſacrum & ſaxum poſitus, cruciabar. nec ſecius tamen idemtidem numinis premebar inſtantia. Iamq; ſæpiculè, non ſine magna turbatione, ſtimulatus, poſtremò iuſſus, veſte ipſa mea, quamuis paruula, diſtracta, ſufficientem corraſi ſummulam. & idipſum præceptum fuerat ſpecialiter. An tu, inquit, ſi quam rem voluptati ſtruendæ molireris, lacinis tuis nequaquam parceres, nunc tantas cerimonias aditurus, impœnitendæ te pauperiei contaris comitem? Ergo igitur cunctis affatim præparatis, rurſus decem diebus inanimis contentus cibis,

inſuper etiam de Serapis principalis Dei, nocturnis orgijs illuſtratus, plena iam fiducia germanæ religionis, obſequium diuinum frequentabam. Quæ res ſummum peregrinationi meæ tribuebat ſolatium, nec minus etiam victum vberiorem ſubminiſtrabat. quidni? ſpiritu fauentis Euentus, quæſticulo forenſi nutrito, per patrocinia ſermonis Romani. Et ecce, poſt pauculum tempus, inopinatis, & vſquequaque mirificis imperiis Deûm, rurſus interpellor, & cogor tertiam quoque teletam ſuſcitare. Nec leui cura ſollicitus, ſed oppidò ſuſpenſus animi, mecum ipſe cogitationes exercitius cogitabam, quorſus noua hæc, & inaudita ſe cæleſtium porrigeret intentio: quod ſubſiciuum, quamuis iteratæ iam, traditioni remanſiſſet. Nimirum perperam, vel minus plenè conſuluerunt in me ſacerdos vterque. & hercules iam de fide quoque eorum opinari cœpebam ſequius. Quò me cogitationis æſtu fluctuantem, ad inſtar inſaniæ, percitum, ſic inſtruxit nocturna diuinatione clemens imago: Nihil eſt, inquit, quod numeroſa ſerie religionis, quaſi quidquam ſit prius omiſſum, terreare. quin aſsidua iſta numinum dignatione lætum capeſſe gaudium, & potius exulta, ter futurus, quod alij vel ſemel vix conceditur: teq; iſto numero meritò præſume ſemper beatum. Ceterùm futura tibi ſacrorum traditio perneceſſaria eſt; ſi tecum nunc ſaltem reputaueris, exuuias Deæ, quas in prouincia ſumſiſti, in eodem fano depoſitas perſeuerare, nec te Romæ diebus ſolemnibus vel ſupplicare his, vel cùm præceptum fuerit, felici illo amictu illuſtrari poſſe. QVOD FELIX ITAQVE AC FAVSTVM, SALVTARIQVE TIBI SIT. animo gaudiali rurſum ſacris initiare, Dijs magnis auctoribus. Hactenus diuini ſomnij ſuada maieſtas, quod vſus foret, pronuntiauit. Nec deinceps poſtpoſito, vel in ſupinam procraſtinationem reiecto negotio, ſtatim ſacerdoti meo relatis quæ videram, inanimæ protinus

caſtimo-

caſtimoniæ iugum ſubeo : & lege perpetua præſcriptis illis decem diebus ſpontali ſobrietate multiplicatis, inſtructum teletæ comparo : largitùs ex ſtudio pietatis magis, quàm menſura rebus collatis. Nec hercules laborum me, ſumptuumq́; quidquam pœnituit. quidni? liberali Deûm prouidentia, iam ſtipendiis forenſibus bellulè fotum. Deniq. poſt dies admodum pauculos, Deus Deûm magnorum potior, & maiorum ſummus, & ſummorum maximus, & maximorum regnator Oſiris, non in alienam quampiam perſonam reformatus, ſed coràm ſuo venerando me dignatus affamine, per quietem præcipere viſus eſt, quam nunc incontanter glorioſa in foro redderem patrocinia: nec extimeſcerem maliuolorum diſſeminationes, quas ſtudiorum meorum laborioſa doctrina ibi deſeruiebat. Ac, ne ſacris ſuis gregi cetero permixtus deſeruirem; in collegium me Paſtophororum ſuorum, immò inter ipſos Decurionum quinquennales elegit. Rurſus denique, quàm raro capillo, collegij vetuſtiſsimi, & ſub illis Sullæ temporibus conditi, munia, non obumbrato vel obtecto caluitio, ſed quoquouerſus obuio, gaudens obibam.

FINIS.

L. APVLEII FLORIDORVM

LIBER PRIMVS.

Vt fermè religioſis viantium moris eſt, cùm aliquis lucus, aut aliquis locus ſanctus in via oblatus eſt, votum poſtulare, portum apponere, pauliſper aſsidere: ita mihi, ingreſſo ſanctiſsimam iſtam ciuitatem, quanquam oppidò feſtinè, præfanda venia, & habenda oratio, & inhibenda properatio eſt. Neque enim iuſtius religioſam moram viatori obiecerit, aut ara floribus redimita, aut ſpelunca frondibus inumbrata, aut quercus cornibus onerata, aut fagus pellibus coronata; vel etiam colliculus ſepimine conſecratus, vel truncus dolamine effigiatus, vel ceſpes libamine humigatus, vel lapis vnguine delibutus. Parua hæc quippe, & quamquam paucis percontantibus adorata, tamen ignorantibus tranſcurſa. At non itidem maior meus Socrates. qui cùm decorum adoleſcentem, & diutulè tacentem conſpicatus foret: Vt te videam, inquit, aliquid loquere. Scilicet Socrates tacentem hominem non videbat. etenim arbitrabatur homines non oculorum, ſed mentis acie & animi obtutu conſiderandos. Nec iſta re cum Plautino milite congruebat, qui ita ait:

Pluris eſt oculatus teſtis vnus, quàm auriti decem.

Immò enimuero hunc verſum ille ad examinandos homines conuerterat:

Pluris eſt auritus teſtis vnus, quàm oculati decem.

Ceterùm ſi magis pollerent oculorum quàm animi iudicia; profectò de ſapientia foret aquilæ concedendum. Homines verò neque longulè diſsita, neque proximè aſsita poſſumus cernere: verùm omnes quodammodo cæci ſumus. ac, ſi ad

oculos & obtutum iſtum terrenum redigas, & hebetem; profectò veriſsimè poeta egregius dixit, velut nebulam nobis ob oculos effuſam: nec cernere nos, niſi intra lapidis iactum, valere. Aquila enimuerò cùm ſe nubiũ tenus altiſsimè ſublimauit, euecta alis, totum iſtud ſpatium qua pluitur & ningitur, vltra quod cacumen nec fulmini nec fulguri locus eſt, in ipſo, vt ita dixerim, ſolo ætheris & faſtigio hyemis: cùm igitur eò ſeſe aquila extulit, nutu elementi læuorſum vel dextrorſum tanta mole corporis labitur, velificatas alas quò libuit aduertens modico caudæ gubernaculo, inde cuncta deſpiciens, ibidem pinnarum eminus indefeſſa remigia, ac pauliſper contabundo volatu pænè eodem loco pendula circumtuetur: & quærit, quorſus potiſsimùm in prædam ſupernè ſeſe ruat, fulminis vice: de cælo improuiſa ſimul campis pecua, ſimul montibus feras, ſimul homines vrbibus, vno obtutu ſub eodem impetu cernens; vnde roſtro transfodiat, vnde vnguibus inuncet, vel agnum incurioſum, vel leporem meticuloſum, vel quodcunque eſui animatum vel inanimatum ſors obtulit. Hyagnis fuit, vt fando accepimus, Marſyæ tibicinis pater & magiſter, rudibus adhuc Muſicæ ſeculis, ſolus ante alios cantus canere: nondum quidem tam infixa anima ſono, nec tam pluriformi modo, nec tam multiforatili tibia. quippe adhuc ars iſta repertu nouo commodùm oriebatur. Nec quidquam omnium eſt, quod poſsit in primordio ſui perfici: ſed in omnibus ſermè antè eſt ſpei rudimentum, quàm rei experimentum. Prorſus igitur ante Hyagnim nihil aliud plerique callebant, quàm Virgilianus opilio ſeu bubſequa,

Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen.

Quòd ſi quis videbatur paulò largius in arte promouiſſe; ei quoque tamen mos fuit vna tibia, velut vna tuba, perſonare. Primus Hyagnis in canendo manus diſcapedinauit: primus duas tibias vno ſpiritu animauit: primus læuis &

dextris

dextris foraminibus, acuto ſinitu, graui bombo concentum muſicum miſcuit. Eo genitus Marſyas, cùm in artificio patriſſaret tibicinij, Phryx ceterà, & barbarus, vultu ferino trux, hiſpidus, illutibarbus, ſpinis & pilis obſitus; fertur, pro nefas. cum Apolline certauiſſe: Therſites cum decoro, agreſtis cum erudito, belua cum Deo. Muſæ cum Minerua, diſsimulamenti gratia iudices aſtitere, ad deridendam ſcilicet monſtri illius barbariem, nec minus ad ſtoliditatem puniendam. Sed Marſyas, quod ſtultitiæ maximum ſpecimen eſt, non intelligens ſe deridiculo haberi, priuſquam tibias occiperet inſlare, prius de ſe & Apolline quædam deliramenta barbarè effutiuit: laudans ſeſe, quòd erat & coma relicinus, & barba ſquallidus, & pectore hirſutus, & arte tibicen, & fortunæ egenus. contrà Apollinem, ridiculum dictu, aduerſis virtutibus culpabat. quòd Apollo eſſet & coma intonſus, & genis gratus, & corpore glabellus, & arte multiſcius, & fortuna opulentus. Iam primùm, inquit, crines eius præmulſis antiis, & promulſis caproneis anteuentuli & propenduli: corpus totum gratiſsimum, membra nitida: lingua fatidica; ſeu tute oratione, ſeu verſibus malis vtrobique facundia æquiperari. Quid? quòd & veſtis textu tenuis, tactu mollis, purpura radians? Quid? quod & lyra eius auro fulgurat, ebore candicat, gemmis variegat? Quid? quòd & doctiſsimè & gratiſsime cantillat? Hæc omnia, inquit, blandimenta nequaquam virtuti decora, ſed luxuriæ accommodata, circa corporis ſui qualitatem præ ſe maximam ſpeciem oſtentare. Riſere Muſæ, cùm audirent hoc genus crimina, ſapienti exoptanda, Apollini obiectata: & tibicinem illum certamine ſuperatum, velut vrſum bipedem, corio execto, nudis & laceris viſceribus reliquerunt. Ita Marſyas in pœnam cecinit, & cecidit. Enimuero Apollinem tam humilis victoriæ puditum eſt. Tibicen quidam fuit Antigenidas, omnis voculæ melleus modulator, & idem omnimodis peritus

peritus

peritus modificator; ſeu tu velles Aeoliũ ſimplex, ſeu Aſium varium, ſeu Lydium querulum, ſeu Phrygium religioſum, ſeu Dorium bellicoſum. Is igitur cùm eſſet in tibicinio apprimè nobilis; nihil æquè ſe laborare, & animo angi & mente dicebat, quàm quòd monumentarij ceraulæ, ſtibicines dicerentur. Sed ferret æquo animo hanc nominum communionem, ſi mimos ſpectauiſſet. Animaduerteret illic pæne ſimili purpura alios præſidere, alios vapulare. Itidem ſi munera noſtra ſpectaret. nam illic quoque videret hominem præſidere, hominem depugnare: togam quoque parari & voto & funeri: item pallio cadauera operiri, & Philoſophos amiciri. Bono enim ſtudio in theatrum conueniſtis: vt qui ſciatis, non locum auctoritatem derogare orationi: ſed cum primis hoc ſpectandum eſſe, quid in theatro deprehendas. Nam ſi mimus eſt, riſeris: ſi funerepus, timueris: ſi comœdia eſt, faueris: ſi Philoſophus, didiceris. Indi, gens populoſa cultoribus, & finibus maxima, procul à nobis ad Orientem ſiti, prope Oceani reflexus, & Solis exortus primis ſideribus, vltimis terris, ſuper Ægyptios eruditos, & Iudæos ſuperſtitioſos, & Nabathæos mercatores, & fluxos veſtium Arſacidas, & frugum pauperes Ityræos, & odorum diuites Arabas. Eorum igitur Indorum non æquè miror eboris ſtrues, & piperis meſſes, & cinnami merces, & ferri temperacula, & argenti metalla, & auri fluenta: nec, quòd Ganges apud eos vnus omnium amnium maximus,

Eois regnator aquis in flumina centum
Diſcurrit, centum valles illi, oráque centum,
Oceaniq́ue fretis centeno iungitur amni:

nec quòd iiſdem Indis ibidem ſitis ad naſcentem diem, tamen in corpore color noctis eſt: nec quòd apud illos immenſi dracones cum immanibus elephantis, pari periculo in mutuam perniciem concertant. quippe lubrico volumine indepti reuinciunt, & illis expedire greſſum nequientibus, vel

omnino

*omnino abrumpere tenaciſsimorum ſerpentium ſquameas
pedicas, neceſſe ſit vltionem à ruina molis ſuæ petere, ac re-
tentores ſuos toto corpore oblidere. Sunt apud illos & varia
colentium genera. Lubentius ego de miraculis hominum,
quàm naturæ diſſeruerim. Eſt apud illos gens, quæ nihil am- 21
plius quàm bubulcitare nouere: idq́; ad cognomen illis Bu-
bulcis inditũ. Sunt & mutandis mercibus callidi, & obeun-
dis prælijs ſtrenui, vel ſagittis eminus, vel enſibus cominus.
Eſt præterea gens apud illos præſtabilis. Gymnoſophiſtæ vo-
cantur. Hos ego maximè admiror: quòd homines ſunt pe-
riti, non propagandæ vitis, nec inoculandæ arboris, nec pro-
ſcindendi ſoli. non illi norunt aruum colere, vel aurum co-
lare, vel equum domare, vel taurum ſubicere, vel ouem vel
capram tondere vel paſcere. Quid igitur eſt? Vnum pro his 22
omnibus norunt. Sapientiam percolunt, tam magiſtri ſenes
quàm diſcipuli minores. Nec quidquam apud illos æque lau-
do quàm quòd torporem animi & otium oderunt. Igitur
vbi menſa poſita, priuſquam edulia apponantur, omnes
adoleſcentes ex diuerſis locis & officiis ad dapem conue-
niunt. magiſtri perrogant, quod factum à lucis ortu ad il-
lud diei bonum fecerit. Hic alius ſe commemorat inter duos
arbitrum delectum, ſanata ſimultate, reconciliata gratia,
purgata ſuſpicione, amicos ex infenſis reddidiſſe: inde alius,
ſeſe parentibus quidpiam imperantibus obediſſe: & alius,
aliquid meditatione ſua reperiſſe, vel alterius demonſtratio-
ne didiciſſe. Denique ceteri commemorant. Qui nihil habet
adferre cur prandeat, impranſus ad opus foras extruditur.
Alexandro illi, longè olim excellentiſsimo regi, cui ex rebus VII
actis & auctis cognomentum Magno inditum eſt, ne niſi 23
vnicam gloriam adeptus ſine laude vnquam nominaretur.
Nam ſolus à condito æuo, quantum hominum memoria ex-
tat, inexuperabili imperio orbis auctus, Fortuna ſua maior
fuit: ſucceſſusqúe eius ampliſsimos & prouocauit vt ſtre-*

nuus,

nuus, & æquiperauit vt meritus, & ſuperauit vt melior: ſolusq́; ſine æmulo clarus; adeò vt nemo eius audeat vel ſperare virtutem, vel optare Fortunam. Eius igitur Alexandri multa ſublimia facinora, & præclara edita fatigaberis admirando, vel belli auſa, vel domi prouiſa. quæ omnia aggreſſus eſt meus Clemens, eruditiſſimus & ſuauiſſimus poëtarum, pulcerrimo carmine illuſtrare. Sed cumprimis Alexandri illud præclarum: quòd imaginem ſuam, quò certior poſteris proderetur, noluit à multis artificibus vulgò contaminari; ſed edixit vniuerſo orbi ſuo, ne quis effigiem regis temerè aſſimularet ære, colore, cælamine: quin ſæpe ſolus eam Polycletus ære duceret, ſolus Apelles coloribus deliniaret, ſolus Pyrgoteles cælamine excuderet. Præter hos treis, multò nobiliſſimos in ſuis artificiis, ſi quis vſpiam reperiretur alius ſanctiſſimi imagini regis manus admolitus; haud ſecus in eum quàm in ſacrilegum vindicaturus. Eo igitur omnium metu factum, ſolus Alexander vt vbique imaginum ſummus eſſet: vtiq́; omnibus ſtatuis, & tabulis, & toreumatis idem vigor acerrimi bellatoris, idem ingenium maximi honoris, eadem forma viridis iuuentæ, eadem gratia relicinæ frontis cerneretur. Quod vtinam pari exemplo Philoſophiæ edictum valeret: ne qui imaginem eius temerè aſſimularet, vti pauci boni artifices; iidem probè eruditi, omnifariam Sapientiæ ſtudium contemplarent: neu rudes, ſordidi, imperiti, palliotenus Philoſophos imitarentur: & diſciplinam regalem, tam ad bene dicendum quàm ad bene viuendum repertam, male dicendo, & ſimiliter viuendo contaminarent. Quod vtrumque ſcilicet perfacile eſt. Quæ enim facilior res, quàm linguæ rabies, & vilitas morum: alter ex aliorum contemptu, alter ex ſui? Nam viliter ſemetipſum colere, ſui contemptus eſt: barbarè alios inſectari, audientium contumelia eſt. An non ſummam contumeliam vobis imponit, qui vos arbitratur maledictis optimi cuiuſque gaudere,

qui vos

qui vos exiſtimat mala & vitioſa verba non intelligere: aut ſi intelligatis, boni conſulere? Quis ex rupiconibus, baiulis, tabernariis tam inſans eſt, vt ſi pallium accipere velit, diſertius maledicat? Hic enim plus tibi debet, quàm dignitati quanquam nec hæc illi ſit cum aliis promiſcua. Nam ex innumeris hominibus pauci ſenatores, ex ſenatoribus pauci nobiles genere, & ex his conſularibus pauci boni, & adhuc ex bonis pauci eruditi. Sed vt loquar de ſolo honore: non licet inſignia eius veſtitu vel calceatu temerè vſurpare. Si quis fortè in hoc pulcerrimo cœtu, ex illis inuiſoribus meis, malignus ſedet; quoniam in magna ciuitate hoc quoque genus inuenitur, qui meliores obtrectare malint, quàm imitari & quorum ſimilitudinem deſperent, eorum affectent ſimultatem: ſcilicet, vti qui ſuo nomine obſcuri ſunt, meo innoteſcant: ſi qui igitur ex illis libitinis ſplendidiſsimo huic auditorio, velut quædam macula, ſeſe immiſcuit; velim paulisper ſuos oculos per hunc incredibilem conſeſſum circumferat: contemplatusq́ frequentiam tantam, quanta ante me in auditorio Philoſophi numquam viſitata eſt, reputet cum animo ſuo, quantum periculum conſeruandæ exiſtimationis hic adeat, qui contemni non conſueuit; cùm ſit arduum & oppidò difficile, vel modicæ paucorum expectationi ſatisfacere: præſertim mihi, cui & antè parta exiſtimatio, & veſtra de me benigna præſumptio, nihil non quidquam ſinit neglegenter ac de ſummo pectore hiſcere. Quis enim veſtrûm vnum mihi Solœciſmum ignouerit? quis vel vnam ſyllabam barbarè pronuntiatam donauerit? quis incondita & vitioſa verba temerè, quaſi delirantibus oborientia, permiſerit blatterare? Quæ tamen aliis facilè, & ſanè meritiſsimò ignoſcitis. Meum verò vnumquodque dictum acriter examinatis, ſedulò penſiculatis, ad limam & lineam certam redigitis: cum torno & cothurno iterum comparatis. Tantum habet vilitas excuſationis, quantum digni-

dignitas difficultatis. Agnoſco igitur difficultatem meam, nec deprecor quin ſic exiſtimetis. Nec tamen vos parua quædam & praua ſimilitudo falſos animi habeat. quoniam quædam, vt ſæpe dixi, palliata mendicabula obambulant. Præco cum proconſule, & ipſe tribunal aſcendit, & ipſe togatus illic videtur; & quidem perdiu ſtat, aut ambulat, aut plerumque contentiſsimè clamitat: enimuero ipſe proconſul moderata voce rarenter, & ſedens loquitur, & plerumque de tabella legit. Quippe præconis vox garrula, miniſterium eſt; proconſulis autem tabella ſententia eſt. quæ ſemel lecta, neque augeri littera vna, neque autem minui poteſt: ſed vtcunque recitata eſt, ita prouinciæ inſtrumento refertur. Patior & ipſe in meis ſtudiis aliquam, pro meo captu, ſimilitudinem. Nam quodcunque ad vos protuli, excerptum illico & lectum eſt: nec reuocare illud, nec antè mutare, nec emendare mihi inde quidquam licet. Quò maior religio dicendi habenda eſt: & quidem non in vno genere ſtudiorum. Plura enim mea extant in Camœnis, quàm Hippiæ in opificiis operibus. Quid iſtud ſit, animo attendatis. diligentius, & accuratius diſputabo.

L. APVLEII
FLORIDORVM
LIBER SECVNDVS.

ET Hippias è numero ſophiſtarum eſt, artium multitudine prior omnibus, eloquentia nulli ſecundus. ætas illi cum Socrate; patria vel genus ignoratur. gloria verò magna, fortuna modica: ſed ingenium nobile, memoria excellens: ſtudia varia, æmuli multi. Venit Hippias iſte quondam certamine

Olympio Piſam, non minus cultu viſendus, quàm elaboratu mirandus. Omnia ſecum, quæ habebat, nihil eorum emerat, ſed ſuis ſibi manibus confecerat: & indumenta quibus indutus, & calciamenta quibus erat inductus, & geſtamina quibus erat conſpicatus. Habebat indutui ad corpus tunicam interulam tenuiſsimo textu, tripici licio, purpura duplici. ipſe eam ſibi ſolus domi texuerat. Habebat cinctui balteum: quod genus pictura Babylonica, miris coloribus variegatum. nec in hac eum opera quiſquam adiuuerat. Habebat amictui pallium candidum, quod ſupernè circumiecerat. id quoque pallium cooperatoris ipſius laborem fuiſſe. Etiam, pedum tegumenta, crepidas ſibimet compegerat, & annulum in læua aureum faberrimo ſignaculo: quem oſtentabat. ipſe eius annuli & orbiculum circulauerat, & palam clauſerat, & gemmam inſculpſerat. Nondum eius omnia commemoraui. Etenim non pigebit me commemorare, quod illum non puditum eſt oſtentare. qui magno in cœtu prædicauit, fabricatum ſemet ſibi ampullam quoq. oleariam, quam geſtabat, lenticulari forma, tereti ambitu, preſſula rotunditate: iuxtaq; honeſtam ſtrigileculam, recta faſtigiatione clauſulæ, flexa tubulatione ligulæ; vt & ipſa in manu capulo moraretur, & ſudor ex ea riuulo laberetur. Quis autem non laudauit hominem tam numeroſa arte multiſcium? totiugi ſcientia magnificum? tot vtenſilium peritia Dædalum? Quin & ipſe Hippiam laudo. ſed ingenij eius fœcunditatem malo doctrinæ, quàm ſupellectilis multiformi inſtrumento æmulari. Fateorq; me ſellularias quidem arteis minus callere: veſtem de texterna emere; baxeas iſtas de ſuterna præſtinare: enimuerò annulum nec geſtare; gemmam & aurum iuxta plumbum & lapillos nulli æſtimare: ſtrigilem & ampullam, ceteraq; balnei vtenſilia nundinis mercari. Prorſum enim non eo inficias, nec radio, nec ſubula, nec lima, nec torno, nec id genus ferramentis vti noſſe:

poſſe: ſed pro his præoptare me fateor, vno chartario calamo me reficere poëmata, omne genus: apta virgæ, lyræ, ſocco, cothurno: item ſatyras, ac griphos: item hiſtorias varias rerum: nec non orationes laudatas diſertis; nec non dialogos laudatos philoſophis: atque hæc & alia eiuſdem modi tam Græcè quàm Latinè gemino voto, pari ſtudio, ſimili ſtilo. Quæ vtinam poſſem equidem non ſigillatim ac diſcretim, ſed cunctim & coaceruatim tibi proconſul, vir optime, offerre; ac prædicabili teſtimonio ad omnem noſtram Camœnam frui! non hercule penuria laudis, quæ mihi dudum integra & florens per omneis anteceſſores tuos ad te reſeruata eſt; ſed quoniam nulli me probatiorem volo, quàm quem ipſe ante omneis meritò probo. Enim ſic natura comparatum eſt, vt eum quem laudes, etiam ames: porrò quem ames, etiam laudari te ab illo velis. Atque ego me dilectorem tuum profiteor: nulla tibi priuatim, ſed omni publicitùs gratia obſtrictus. Nihil quippe à te impetraui, quia nec poſtulaui. Sed Philoſophia me docuit non tantum beneficium amare, ſed etiam maleficium: magiſq; indicio impertire, quàm commodo inſeruire: & quod in commune expediat malle, quàm quod mihi. Igitur bonitatis tuæ diligunt plerique fructum, ego ſtudium. Id quod facere adorſus ſum, dummodo rationem tuam in prouincialium negotiis contemplor, quæ efflictim amare te debeant: experti propter beneficium, expertes propter exemplum. Nam & beneficiis multis commodaſti, & exemplo omnibus profuiſti. Quis enim à te non amet diſcere, quânam moderatione obtineri queat tua iſta gratia, vita iocunda, mitis auſteritas, placida conſtantia, blanduſq; vigor animi? Neminem proconſulum, quod ſciam, prouincia Africa magis reuerita eſt, minus verita. nullo, niſi tuo anno, ad coercenda peccata plus pudor quàm timor valuit. Nemo te alius pari poteſtate ſæpius profuit, rarius terruit. nemo ſimiliorem virtute filium

addu-

adduxit. Igitur nemo Carthagini proconſulum diutius fuit. Nam etiam eo tempore quo prouincias circumibas, manente nobis Honorino, minus ſenſimus abſentiã tuam, quàm vt te magis deſideraremus. Paterna in filio æquitas, ſenilis in iuuene prudentia, conſularis in legato auctoritas. Prorſus omnis virtutes tuas ita effingit ac repræſentat; vt medius fidius admirabilior eſſet in iuuene, quàm in te parta laus: niſi eam tu talem dediſſes. qua vtinam perpetuò liceret frui! Quid nobis cùm iſtis proconſulum vicibus? quid cum annis breuibus, & feſtinantibus menſibus? O celeres bonorum hominum dies! O præſidum optimorum citata curricula! Iam te Seueriane tota prouincia deſideramus. Enimuerò Honorinum & honos ſuus ad præturam vocat, & fauor Cæſarum ad conſulatum format, & amor noſter impræſentiarum tenet, & ſpes Carthaginis in futurum ſpondet: vno ſolatio freta exempli tui, quòd qui legatus mittitur, proconſul ad nos citò reuerſurus eſt.

Sol, qui micantem candido curru, atque equis
Flammam citatis feruido ardore explicas:

itemq; luminis eius Luna diſcipula, nec non quinque ceteræ vagantium poteſtates: Iouis benefica, Veneris voluptifica, pernix Mercurij, pernicioſa Saturni, Martis ignita. Sunt & aliæ mediæ Deûm poteſtates, quas licet ſentire, non datur cernere: vt Amoris, ceterorumq; id genus, quorum forma inuiſitata, vis cognita. Quæ item in terris, vtcunque Prouidentiæ ratio poſcebat, alibi montium vertices arduos extulit; alibi camporum ſupinam planiciem coæquauit. item quæ vbique diſtinxit amnium fluores, pratorum virores. item dedit volatus auibus, volutus ſerpentibus, curſus feris, greſſus hominibus. Pariter enim, vt qui herediolum ſterilem, & agrum ſcrupoſum meras rupinas & ſenticeta miſeri colunt: quoniam nullus in teſquis ſuis fructus eſt, nec vllam illic aliam frugem vident; ſed,

Infelix lolium & ſteriles dominantur auenæ:
*ſuis frugibus indigent, aliena furatum eunt, & vicinorum
flores decerpunt; ſcilicet vt eos flores carduis ſuis miſceant:
XII ad eumdem modum, qui ſuæ virtutis ſterilis eſt. Pſittacus
Indiæ auis eſt, inſtar illi minimo minus quàm columbarum,
ſed nec colorum columbarum. non enim lacteus ille, vel liui-
43 dus, vel vtrumq. ſubluteus, aut ſparſus eſt: ſed color pſittaco
viridis, & intimis plumulis, & extimis palmulis; niſi quòd
ſola ceruice diſtinguitur. Enimuerò ceruicula eius circulo
mineo, velut aurea torqui, pari fulgoris circumactu cingi-
tur & coronatur. Roſtri prima duritia. cùm in petram
quampiam concitus altiſſimo volatu præcipitat, roſtro ſe, vel
vt anchora, excipit. Sed & capitis eadem duritia, quæ ro-
ſtri. Cùm ſermonem noſtrum cogitur æmulari, ferrea cla-
44 uicula caput tunditur, imperium magiſtri vt perſentiſcat.
hæc ferula diſcenti eſt. Diſcit autem ſtatim pullus vſque ad
duos ætatis ſuæ annos; dum facilè os vti conformetur, cum
tenera lingua vti conuibretur. Senex autem captus & in-
349 docilis eſt, & obliuioſus. Verùm ad diſciplinam humani ſer-
monis facilior eſt pſittacus, glande qui veſcitur: & cuius in
pedibus, vt hominis, quini digituli numerantur. non enim
omnibus pſittacis id inſigne. ſed illud omnibus proprium.
quò eis lingua latior quàm ceteris auibus, eò facilius verba
hominum articulantur, patentiore plectro & palato. Id
verò quod dicit, ita ſimiliter nobis canit, vel potius eloqui-
45 tur; vt vocem ſi audias, hominem putes: nam quidem ſi vi-
deas; idem conari, non eloqui. Verùm enimuero & coruus
& pſittacus nihil aliud, quàm quod didicerunt, pronun-
tiant. Si conuicia docueris, conuiciabitur: diebus ac noctibus
perſtrepens maledictis. hoc illi carmen eſt, hanc putat can-
tionem. Vbi omnia quæ didicit maledicta percenſuit, denuò
repetit eamdem cantilenam. Si carere conuicio velis; lingua
excidenda eſt, aut quamprimum in ſyluas ſuas remittendus.*

Non

Non enim mihi Philoſophia id genus orationis largita eſt, vt natura quibuſdam auibus breuem & temporarium cantum commodauit: hirundinibus matutinum, cicadis meridianum, noctuis ſerum, vlulis veſpertinum, bubonibus nocturnum, gallis antelucanum. Quippe hæc animalia inter ſe, vario tempore & vario modo, occinunt & occipiunt carmine: ſcilicet galli expergiſico, bubones gemulo, vlulæ querulo, noctuæ intorto, cicadæ obſtrepero, hirundines perarguto. Sedenim Philoſophi ratio & oratio tempore iugis eſt, & auditu venerabilis, & intellectu vtilis, & modo omnicana. Hæc atq. hoc genus alia partim cùm audiret à Diogene Crates, aliàs ſibimet ipſe ſuggereret; denique in forum exilit. rem familiarem abiicit, velut onus ſtercoris, magis labori quàm vſui. Dein cœtu facto maximo, exclamat: Crates, inquit, Crates te manumittes. Exinde non modò ſolus, verùm nudus & liber omnium, quoad vixit, beatè vixit. Adeoq; is cupiebatur; vt virgo nobilis, ſpretis iunioribus ac ditioribus procis, vltro eum ſibi optauerit. Cumq; interſcapulum Crates retexiſſet, quod erat aucto gibbere, peramq; cum baculo & pallium humi poſuiſſet, eamq; ſupellectilem ſibi eſſe puellæ profiteretur, eamq; formã quam viderat: proinde ſedulò conſuleret, ne pòſt querela eam caperet; enimuero Hipparche conditionem accipit. Iamdudum ſibi prouiſum ſatis, & ſatis conſultum reſpondit: neque ditiorem maritum, neque formoſiorem vſpiam gentium poſſe inuenire. proinde duceret, quò liberet. Dux cynicus in porticum. ibidem, in loco celebri, coràm luce clariſſima accubuit. Coramq; virginem imminuiſſet, paratam pari conſtantia; ni Zeno procinctu palliaſtri, circumſtantis coronæ obtutu magiſtrum in ſecreto defendiſſet. Samos Icario in mari modica inſula eſt. exaduerſum Miletos, ad Occidentem eius ſita. nec ab ea multò pelagi diſpeſcitur. Vtrumuis clementer nauigantem dies alter in portu ſiſtit. Ager frumento piger,

aratro irritus, fœcundior oliueto, nec vinitori nec olitori ſcalpitur. Ruratio omnis in ſarculo & ſurculo: quorum prouentu magis fructuoſa inſula eſt, quàm frugifera. Ceterùm & incolis frequens, & hoſpitibus celebrata. Oppidum habet nequaquam pro gloria: ſed quod fuiſſe amplum, ſemiruta mœnium multifariam indicant. Enimuerò fanum Iunonis antiquitùs famigeratum. id fanum ſecundo littore, ſi rectè recordor, viam viginti haud amplius ſtadia oppido abeſt. Ibi donarium Deæ perquàm opulentum: plurima auri & argenti ratio in lancibus, ſpeculis, poculis, & huiuſcemodi vtenſilibus. Magna etiam vis æris, vario effigiatu, veterrimo & ſpectabili opere. Vel inde ante aram Bathylli ſtatua à Polycrate tyranno dicata: qua nihil videor effectius cognouiſſe. quidam Pythagoræ eam falſo exiſtimant. Aduleſcens eſt, viſenda pulcritudine, crinibus fronte parili ſeperata per malas reuulſis. ponè autem coma prolixior interlucentem ceruicem ſcapularum finibus obumbrat. Ceruix ſucci plena, malæ vberes, genæ teretes, ac modico mento laculatur. eiq; prorſus citharœdicus ſtatus Deam conſpiciens, canenti ſimilis, tunicam picturis variegatā deorſus ad pedes deiectus ipſos, Græcanico cingulo, chlamyda velat vtrumque brachium aduſque articulos palmarum. Cetera decoris inſtrumentis dependent. Cithara baltheo cælato apta, ſtrictim ſuſtinetur. manus eius teneræ procerulæ læua diſtantibus digitis neruos molitur; dextera pſallentis geſtu ſuo ſabulum citharæ admouet, ceu parata percutere. Cùm vox in cantico interquieuit; interim canticum videtur ore tereti ſemihiantibus in conatu labellis eliquare. Verùm hæc quidem ſtatua eſto cuiuſpiam puberum, qui Polycrati tyranno dilectus, Anacreonta Teium amicitiæ gratia cantillat. Ceterum multum abeſt Pythagoræ Philoſophi ſtatuam eſſe. & natu Samius, & pulcritudine apprimè inſignis, & pſallendi Muſicæq; omnis multò doctiſſimus, ac fermè id æui quo Polycrates

crates

crates Samo potiebatur. Sed haudquaquam Philoſophus tyranno dilectus eſt. Quippe eo commodùm dominari orſo, profugit ex inſula clanculò Pythagoras, patre Mneſarcho nuper amiſſo: quem comperio inter ſellularios artifices, gemmis faberrimè ſculpendis, laudem magis quàm opem quæſiſſe. Sunt qui Pythagoram aiant eo temporis inter captiuos Cambyſæ regis, Aegyptum cùm adueheretur, doctores habuiſſe Perſarum Magos, ac præcipuè Zoroaſtrem, omnis diuini arcanum antiſtitem: poſteáq; eum à quodam Gillo Crotonienſium principe recuperatum. Verùm enimuerò celebrior fama obtinet, ſponte eum petiſſe Ægyptias diſciplinas; atque ibi à ſacerdotibus cerimoniarum incredendas potentias, numerorum admirandas vices, Geometriæ ſolertiſſimas formulas didiciſſe: nec his artibus animi expletum, mox Chaldæos, atque inde Brachmanas: hi ſapientes viri ſunt, Indiæ gens eſt: eorum ergo Brachmanum Gymnoſophiſtas adiſſe. Chaldæi ſideralem ſcientiam, numinum vagantium ſtatus, ambitus, vtrorumque varios effectus in genituris hominum oſtendere: necnon medendi remedia mortalibus, latis pecuniis, terra cælóque & mari conquiſita. Brachmanæ autem pleraque Philoſophiæ eius contulerunt: quæ mentium documenta, corporúmque exercitamenta, quot partes animi, quot vices vitæ; quæ diis Manibus pro merito ſuo cuique tormenta vel præmia. Quinetiam Pherecydes Syro ex inſula oriundus, qui primus, verſuum nexu repudiato, conſcribere auſus eſt paſſis verbis, ſoluto loquutu, libera oratione: eum quoque Pythagoras magiſtrum coluit, & infandi morbi putredine in ſerpentium ſcabrem ſolutum, religioſè humauit. Fertur & penes Anaximandrum Mileſium naturabilia commentatus: necnon & Cretenſem Epimenidem inclutum fatiloquum, & Platonem diſciplinæ gratia ſectatus: itémque Leodamantem, Creophyli diſcipulum: qui Creophylus memoratur poetæ Homeri hoſpes &

æmulator canendi fuiſſe. Tot ille doctoribus eruditus, tot tamq́; multiiugis comitibus diſciplinarum toto orbe hauſtis, vir præſertim ingenio ingenti, ac profectò ſupra captum hominis animi auguſtior, primus Philoſophiæ nuncupator & conditor, nihil prius diſcipulos ſuos docuit quàm tacere: primaq́; apud eum meditatio, ſapienti futuro, linguam omnem coercere: verbaq́;, quæ volantia poetæ appellant, ea verba, detractis pinnis, intra murum candentium dentium premere. Prorſus inquam hoc erat primum Sapientiæ rudimentum, meditari condiſcere, loquitari dediſcere. Non in totum æuum tamen vocem deſueſcebant; nec omnes pari tempore elingues magiſtrum ſectabantur: ſed grauioribus viris breui ſpatio ſatis videbatur taciturnitas modificata. Loquaciores enimuero fermè in quinquennium velut exilio vocis puniebantur. Porrò noſter Plato nihil ab hac ſecta vel paululum deuius, Pythagoriſſat. In plurimis æquè & ipſe in nomen eius à magiſtris meis adoptatus, vtrumque meditationibus Academicis didici: & cum dicto eſt opus, impigrè dicere; & cum tacito opus eſt, libenter tacere. Qua moderatione videor ab omnibus tuis anteceſſoribus haud minus opportuni ſilentij laudem, quàm tempeſtiuæ vocis teſtimonium conſecutus.

L. APV-

L. APVLEII FLORIDORVM

LIBER TERTIVS.

PRIVSQVAM vobis occipiam, principes A. V. gratias agere, ob ſtatuam quam mihi præſenti honeſtè poſtulaſtis, & abſenti benignè decreuiſtis; prius volo cauſam vobis allegare, cur aliquammultos dies à conſpectu auditorij abſuerim, contulerimq; me ad Perſianas aquas: gratiſsima prorſus & ſanis natabula, & ægris medicabula. Quippe ita inſtitui omne vitæ meæ tempus vobis probare, quibus me in perpetuum firmiter dedicaui: nihil tantũ, nihil tantulum faciam, quin eius vos & gnaros & iudices habeam. Quid igitur derepentinò ab hoc ſplendidiſsimo conſpectu veſtro diſtulerim, exemplum eius rei paulò ſecus ſimillimum memorabo, quam improuiſa pericula hominibus ſubitò oboriantur, de Philemone comico. de ingenio eius qui ſatis noſtis, de interitu paucis cognoſcite. An etiam de ingenio pauca vultis? Poeta fuit hic Philemon, mediæ comœdiæ ſcriptor. fabulas cum Menandro in ſcena dictauit, certauitq; cum eo: fortaſſe impar, certè æmulus. Namque eum etiam vicit ſæpenumero, pudet dicere. Reperias tamẽ apud ipſum multos ſales, argumenta lepidè inflexa, agnatos lucidè explicatos, perſonas rebus competentes, ſententias vitæ congruentes: ioca non infra ſoccum, ſeria non vſque ad cothurnum. Raræ apud illum corruptelæ: & vti errores conceſſi amores. Nec eo minus & leno periurus, & amator feruidus, & ſeruulus callidus, & amica illudens, & vxor inhibens, & mater indulgens, & patruus obiurgator, & ſodalis opitulator, & miles prœliator: ſed & paraſiti edaces, & parentes tenaces,

naces, & meretrices procaces. Hiſce laudibus diu in arte comœdica nobilis, fortè recitabat partem ſabulæ, quam recens fecerat. Cumq; iam tertio actu, quod genus in comœdia fieri amat, iucundiores affectus moueret; imber repentinò coortus, ita vt mihi ad vos venit vſus nuperrimè, differri auditorij cœtum & auditionis cœptum coegit. Reliquum autem variis poſtulantibus, ſine intermiſsione deincipiti die perlecturum. Poſtridie igitur maximo ſtudio ingens hominum frequentia conuenere. ſeſe quiſque exaduerſum quàm proximè collocat. Serus adueniens amicus, annuit locum ſeſſui: impertiunt. extimus quiſque excuneati queruntur. farto toto theatro, ingens ſtipatio. occipiunt inter ſe queri. Qui non affuerant, percontari antè dicta: qui affuerant, recordari audita: cunctiſq; iam prioribus gnaris, ſequentia expectare. Interim dies ire, neque Philemon ad condictum venire. Quidam tarditatem poetæ murmurari, plures defendere. Sed vbi diutius æquo ſedetur, nec Philemon vſpiam comparet; miſsi ex promptioribus qui accirent, atque eum in ſuo ſibi lectulo mortuum offendunt. Commodùm ille anima edita obriguerat: iacebatq; incumbens toro, ſimilis cogitanti. Adhuc manus volumini implexa, adhuc os recto libro impreſſum. ſedenim iam animæ vacuus, libri oblitus, & auditorij ſecurus. Stetere pauliſper qui introierant, perculſi tam inopinatæ rei, tam formoſæ mortis miraculo. Deinde regreſsi ad populum, renuntiauere, Philemonem poetam, qui expectaretur, qui in theatro fictum argumentum finiret, iam domi veram fabulam conſummaſſe. Enimuerò iam dixiſſe rebus humanis, VALERE ET PLAVDERE: ſuis verò familiaribus, dolere & plangere. Heſternum illi imbrem lacrymas auſpicaſſe: comœdiam eius prius ad funebrem facem quàm ad nuptialem veniſſe. Proin quoniam poeta optimus perſonam vitæ depoſuerit; rectà de auditorio eius exequias eundum: legenda eius eſſe nunc oſſa, mox car-

mina. Hæc ego ita facta, vt commemoraui, olim didiceram. Sed audies me, meo periculo recordatus. Nam vt meminiſtis, profectò cùm impedita eſſet imbri recitatio, in propinquum diem, vobis volentibus, protuli: & quidem Philemonis exemplo. paniſſimæ quippe eodem die in palæſtra adeò vehementer talum inuerti, ut minimum abſuerim, quin articulum etiam à crure deſtringerem. tamen articulus loco conceſſit, exq; eo luxu adhuc fluxus eſt: & iamdum eum ingenti plaga reconcilio. iamiam, ſudoro affatim corpore, diutilè obrigui. Inde acerbus dolor inteſtinorum coortus, modicò ante ſedatus eſt, quàm me denique violentus exanimaret: &, Philemonis ritu, compelleret ante letum abire, quàm lectum; potius implere Fata quàm fanda; conſummare potius animam quàm hiſtoriam. Cùm primùm igitur apud Perſianas aquas, leni temperie, nec minus vtili quàm blando fomento greſſum reciperaui; nondum quidem ad innitendum idoneè, ſed quantum ad vos feſtinanti ſatis videbatur, veniebam redditum quod pepigeram: cùm interim vos mihi beneficio veſtro non tantum clauditatem dempſiſtis, verùm etiam pernicitatem addidiſtis. An non properandum mihi erat, vt pro eo honore vobis multas gratias dicerem, pro quo nullas preces dixeram? Non quin magnitudo Carthaginis mereatur etiam precem à Philoſopho pro honore; ſed vt integrum & intemeratum veſtrum eſſet beneficium, ſi nihil ex gratia eius petitio mea defregiſſet: id eſt, vt vſquequaq. eſſet gratuitum. Neque enim aut leui mercede emit qui precatur, aut paruum pretium accipit qui rogatur. adeò vt omnia vtenſilia emere velis, quàm rogare. Id ego arbitror præcipuè in honore obſeruandum. quem qui laborioſè exorauerit, ſibi debet vnam gratiam quòd impetrarit. qui verò ſine moleſtia ambitus adeptus eſt, duplam gratiam præbentibus debet: & quòd non petierit, & quòd acceperit. Duplam ergo gratiam vobis debeo: immò enim-

uerò

uerò multiiugam. quam vbique ſequidem & ſemper prædicabo. Sed nunc impræſentiarum libro iſto ad hunc honorem mihi conſcripto, ita vt ſoleo, publicè proteſtabor. Certa eſt enim ratio, quæ debeat Philoſopho, ob decretam ſibi publicè ſtatuam, gratias agere. à qua paululum demutauit liber, quem Strabonis Aemiliani excellentiſſimus honor flagitat. quem librum ſperabo me commodè poſſe conſcribere. ſcitis eum hodie nobiſcum probare. Eſt enim in ſtudiis tantus, vt prænobilior ſit proprio ingenio, quàm patricio conſulatu. Quibusnam verbis tibi Aemiliane Strabo, vir omnium qui vnquam Numantiæ fuerunt, aut ſunt, aut etiam erunt, inter optimos clariſſime, & inter clariſſimos optime, inter vtroſque doctiſſime? quibus tandem verbis, pro hoc tuo erga me animo, gratias habiturus es, commemoratu meo? Qua dignatione tam honorificā benignitatem tuam celebrem, qua remuneratione dicendi gloriam tui facti æquiperem, nondum herclè reperio. Sed quæram ſedulò, & connitar,

Dum memor ipſe mei; dum ſpiritus hos reget artus.

Nam nunc impræſentiarum, neque enim diſſitebor, lætitia facundiæ obſtrepit: & cogitatio voluptate impeditur, ac mens occupata delectatione, mauult impræſentiarum gaudere quàm prædicare. Quid faciam? Cupio gratus videri: ſed præ gaudio nondam mihi vacat gratias agere. Nemo me, nemo ex illis triſtioribus velit in iſto vituperare, quòd honorem meum non minus mereor, quàm intellego: quod clariſſimi & eruditiſſimi viri tanto honore exulto. quippe teſtimoninm mihi perhibuit in curia Carthaginienſium, non minus ſplendidiſſima quàm benigniſſima, vir conſularis: cui etiam notum eſſe tantummodo, ſummus honor eſt. Is etiam laudator mihi apud principes Africæ viros quodammodo adſtitit. Nam, vt comperior, nudiuſtertius libello miſſo, per quem poſtulabat locum celebrem ſtatuæ meæ, cumprimis cōmemorauit inter nos iura amicitiæ, a commilitio ſtudiorum,

rum, eiſdem magiſtris inchoata honeſtè: tunc poſtea vota omnia mea ſecundum dignitatis ſuæ gradus recognouit. Iam illud primum beneficium, quòd condiſcipulum ſe meminit. Ecce & hoc alterum beneficium, quòd tantus diligi ſe ex pari prædicat. Quin etiam commemorauit, & alibi gentium & ciuitatum honores mihi ſtatuarum & alios decretos. Quid addi poteſt ad hoc præconium viri conſularis? Immò etiam docuit argumento ſuſcepti ſacerdotij, ſummum mihi honorem Carthaginis adeſſe. Iam hoc præcipuum beneficium, ac longè ante ceteros excellens, quòd me vobis, locupletiſsimus teſtis, ſuo etiam ſuffragio commendat. Ad ſumma pollicitus eſt, ſe mihi Carthagini de ſuo ſtatuam poſiturum: vir, cui omnes prouinciæ quadriiuges & ſeiuges currus vbique gentium ponere gratulantur. Quid ergo ſupereſt ad honoris mei tribunal & culmen, ad laudis meæ cumulum? Immò enimuerò quid ſupereſt? Aemilianus Strabo vir conſularis, breui votis omnium futurus proconſul, ſententiam de honoribus meis in curia Carthaginienſium dixit. omnes eius auctoritatem ſecuti ſunt. Nonne videtur hoc vobis ſenatusconſultum eſſe? Quid? quod & Carthaginienſes omnes, qui in illa ſanctiſsima curia aderant, tam libenter decreuerunt omnes locum ſtatuæ: vt illo ſcires iccirco alteram ſtatuam, quantum ſpero, in ſequentem curiam protuliſſe; vt ſalua veneratione, ſalua reuerentia conſularis ſui, viderentur factum eius non æmulati, ſed ſecuti: id eſt, vt integro die beneficium ad me publicum perueniret. Ceterùm meminerant optimi magiſtratus & beniuolentiſsimi principes, mandatum ſibi à vobis quod volebant. Id ego neſcirem? haud prædicarem? ingratus eſſem. Quin etiam vniuerſo ordini veſtro ampliſsimis erga me meritis, quantas maximas poſſum, gratias ago atque habeo: qui me in illa curia honeſtiſsimis acclamationibus decorauêre. in qua curia vel nominari tantummodò, ſummus honor eſt.

eſt. Igitur quod difficile factu erat, quodq; reuera arduum nobis exiſtimabatur, gratum eſſe populo, placere ordini, probari magiſtratibus & principibus: id, præſiſcine dixerim, iam quodammodo mihi obtigit. Quid igitur ſupereſt ad ſtatuæ meæ honorem, niſi æris pretium, artificis miniſterium? quæ mihi ne in mediocribus quidem ciuitatibus vnquam defuére: ne vt Carthagini deſint, vbi ſplendidiſſimus ordo etiam de rebus maioribus iudicare potius ſolet, quàm computare. Sed de hoc tum ego perfectius, cùm vos effectius. Quin etiam tibi nobilitas ſenatorum, claritudo ciuium, dignitas amicorum, mox ad dedicationem ſtatuæ meæ, libro etiam conſcripto, plenius gratias, canaciuſque libro mandabo, vti per omneis prouincias eat: totoq; abhinc orbe, totoq; abhinc tempore, laudes benefacti tui vbique gentium ſemper annorum repræſentet. Viderint, quibus mos eſt oggerere ſe & otioſis præſidibus; vt impatientia linguæ commendationem ingenij quærant, & affectata amicitiæ veſtræ ſpecie glorientur. Vtrumque enim à me, Scipio Orfite, longè abeſt. Nam & quantulumcunque ingenium meum, iampridem pro captu ſuo hominibus notius eſt, quàm vt indigeat nouæ commendationis. Et gratiam tuam, tuorumq; ſimilium malo, quàm iacto: magiſq; ſum tantæ amicitiæ cupitor, quàm gloriator. quoniam cupere nemo, niſi verè putet, poteſt: poteſt autem quiuis falſò gloriari. Adhoc ita ſemper ab ineunte æuo bonas artes ſedulò colui: eamq; exiſtimationem morum ac ſtudiorum cùm in prouincia veſtra tum etiam Romæ penes amicos tuos quæſiſſe me, tute ipſe locupletiſſimus teſtis es. vt non minus vobis amicitia mea capeſſenda ſit, quàm mihi veſtra concupiſcenda. Quippe non promptè veniam impertire, rarenter adeundi aſſiduitatem eius, requirentis eſt: ſummumq; argumentum amoris, frequentibus delectari, ceſſantibus obiraſci, perſeuerantem celebrare, deſinentem deſiderare. quoniam neceſſe eſt eiuſdem

eſſe,

eſſe, cuius angat abſentia. Ceterùm vox cohibita ſilentio perpeti, non magis vſu iuerit, quàm nares grauedine oppletæ, aures ſpiritu obſeratæ, oculi albugine obducti. Quid ſi manus manicis reſtringantur? quid ſi pedes pedicis coartentur? iam rector noſtri animus aut ſomno ſoluatur, aut vino mergatur, aut morbo ſepeliatur? profectò vt gladius vſu ſplendeſcit, ſitu rubiginat: ita vox in vagina ſilentij condita diutino torpore hebetatur. Deſuetudo omnibus pigritiam, pigritia veternum parit. Tragœdi adeò ni cotidie proclament, claritudo arteriæ obſoleſcit. Igitur idemtidem boando purgant rauim. Ceterùm ipſius vocis hominis exercendi caſus labor ſuperuacaneo ſtudio plurifariam ſuperatur. Siquidem voce hominis & tuba rudore toruior, & lyra concentu variatior, & tibia queſtu delectabilior, & fiſtula ſuſurru iucundior, & buccina ſignificatu longinquior. Mitto dicere multorum animalium immeditatos ſonores, diſtinctis proprietatibus admirandos: vt eſt taurorum grauis mugitus, luporum acutus vlulatus, elephantorum triſtis barritus, equorum hilaris hinnitus: nec non auium inſtigati angores, nec non leonum indignati fremores: ceteræq; id genus voces animalium truces ac liquidæ, quas infeſta rabies vel propitia voluptas ciant. Pro quibus homini vox diuinitus data, anguſtior quidem; ſed maiorem habet vtilitatem mentibus, quàm auribus delectationem. Quo magis celebrari debet frequentius vſurpata, & quidem non niſi auditorio tanto viro præſidente, in hac excellenti celebritate multorum eruditorum, multorum benignorum. Equidem etſi fidibus apprimè callerem, non niſi conſertos homines conſectarer. In ſolitudine cantillauit,

Orpheus in ſiluis, inter delphinas Arion.

Quippe, ſi fides fabulis, Orpheus exilio deſolatus, Arion nauigio præcipitatus. Ille immanium beſtiarum delinitor; hic miſericordium beluarum oblectator. ambo miſerrimi cantores;

tores; quia non ſponte ad laudem, ſed neceſſariò ad ſalutem nitebantur. Eos ego impenſius admirarer, ſi hominibus potius quàm beſtiis placuiſſent. Auibus hæc ſecretaria, vt inquam, magis congruerint merulis, & luſciniis, & oloribus. Et merulæ in remotis teſquis fringultiunt; luſciniæ in ſolitudine Africana canticum adoleſcentiæ garriunt; olores apud auios fluuios carmen ſenectæ meditantur. Enimuerò qui pueris, adoleſcentibus & ſenibus vtile carmen prompturus eſt, is in mediis milibus hominum canat. ita vt hoc meum de virtutibus Orſiti carmen eſt, ſerum quidem fortaſſe, ſed ſerium: nec minus gratum quàm vtile Carthaginienſium pueris, iuuenibus & ſenibus. quos indulgentia ſua præcipuus omnium proconſul ſubleuauit. temperatoq́; deſiderio & moderato remedio dedit pueris ſaturitatem, iuuenibus hilaritatem, ſenibus ſecuritatem. Metuo quidem Scipio, quoniam laudes tuas attigi, ne me impræſentiarum refrenes, vel tua generoſa modeſtia, vel mea ingenua verecundia. Sed nequeo, quin ex plurimis quæ in te meritiſſimò admiramur, ex his plurimis quin vel pauciſſima attingam. Vos ea mecum ciues, ab eo ſeruati, recognoſcite.

L. APVLEII
FLORIDORVM
LIBER QVARTVS.

TANTA *multitudo ad audiendum conueniſtis; vt potius gratulari Carthagini debeam, quòd tam multos eruditionis amicos habet: quàm excuſare, quòd Philoſophus nō recuſauerim diſſertare. Nam & pro amplitudine ciuitatis frequentia collecta, & pro magnitudine frequentiæ locus delectus eſt.*

Præte-

*Præterea in auditorio hoc genus ſpectari debet; non paui-
menti marmoratio, nec proſcenij contabulatio, nec ſcenæ
columnatio: ſed nec culminum eminentia, nec lacunarium
refulgentia, nec ſedilium circumferentia: nec quod hîc aliàs
mimus hallucinatur; comœdus ſermocinatur; tragœdus vo-
ciferatur; funerepus periclitatur; præſtigiator furatur; hi-
ſtrio geſticulatur: ceteriq́; omnes ludiones/oſtentant popu- 84
lo quod cuiuſque artis eſt. ſed iſtis omnibus ſuperſeſſis, nihil
amplius ſpectari debet, quàm conuenientium ratio, & di-
centis oratio. Quapropter, vt poetæ ſolent, hic ibidem va-
rias ciuitates ſubſtituere; vt ille tragicus, qui in theatro dici
facit:*

Liber, qui auguſta hæc loca Cythæronis colis:

item ille comicus, qui

Perparuam partem poſtulat Plautus loci
De veſtris magnis atque amœnis mœnibus,
Athenas quo ſine architectis conferat: / 85

*non ſecus & mihi liceat nullam longinquam & tranſma-
rinam ciuitatem hîc, ſedenim ipſius Carthaginis vel curiam
vel bibliothecam ſubſtituere. Igitur proinde habetote, ſi
curia digna protulero; vt ſi in ipſa curia me auditatis: ſi
erudita fuerint; vt ſi in bibliotheca legantur. Quæ vtinam
mihi, pro amplitudine auditorij, prolixa oratio ſuppeteret:
ac non hic maximè clauderet, vbi me facundiſſimum cupe-
rem! Sed verum verbum eſt profectò, quod aiunt: Nihil
quidquam homini tam proſperum diuinitus datum, quin
ei tamen admixtum ſit aliquid difficultatis; vt etiam in am-
pliſſima quaque lætitia ſubſit quæpiam vel parua querimo-
nia, coniugatione quadam mellis & fellis. Vbi vber, ibi tu-
ber. Id ego cum etiam aliàs, tum etiam impræſentiarum
vſu experior. Nam quanto videor plura apud vos habere ad
commendationem ſuffragia; tanto ſum ad dicendum nimia
reuerentia veſtri cunctatior. Et qui penes extrarios/ſæpenu- 86*

Q mero

mero promptiſsimè diſceptaui, idem nunc penes meos hæſito: ac, mirum dictu, ipſis illecebris deterreor, & ſtimulis refrenor, & incitamentis cohibeor. An non multa mihi apud vos adhortamina ſuppetunt: quòd ſum vobis nec Lare alienus, nec pueritia inuiſitatus, nec magiſtris peregrinus, nec ſecta incognitus, nec voce inauditus, nec libris illectus, improbatúsue? Ita mihi & patria in concilio Africæ: enimuero & pueritia apud vos, & magiſtri vos. Et ſecta, licet Athenis Atticis confirmata, tamen hic inchoata eſt: & vox mea vtraque lingua iam veſtris auribus ante proximum ſexennium probè cognita. Quin & libri mei nõ alia vbique laude carius cenſentur, quàm quòd iudicio veſtro comprobantur. Hæc tanta ac totiuga inuitamenta communia non minus vos ad audiendum prolectant, quàm me ad dicendum retardant. Faciliusq; laudes veſtras alibi gentium, quàm apud vos prædicarim: ita apud vos cuique modeſtia obnoxia eſt; apud ſextrarios autem veritas libera ſemper adeò. Et vbique vos quippe vt parentes ac primos magiſtros meos celebro, mercedemq; vobis rependo: non illam quam Protagoras ſophiſta pepigit, nec accepit; ſed quam Thales ſapiens nec pepigit, & accepit. Video quid poſtuletis: vtramque narrabo. Protagoras quidem ſophiſta fuit longè multiſcius, & cum primis Rhetoricæ repertoribus perfacundus: Democriti phyſici ciuis, æquæuus. inde ei ſuppeditata doctrina eſt. Eum Protagoram aiunt, cum ſuo ſibi diſcipulo Euathlo mercedem nimis vberem, conditione temeraria pepigiſſe: vt ſibi tum demum id argenti daret, ſi primo tirocinio agendi penes iudices viciſſet. Igitur Euathlus, poſtquam cuncta illa exorabula iudicantiũ, & decipula aduerſantium, & artificia dicentium, verſutus alioquin & ingeniatus ad aſtutiam, facilè perdidicit; contentus ſcire quod concupierat, cœpit nolle quod pepigerat: ſed callidè nectendis moris fruſtrari magiſtrum, diutileq; nec aſſerere velle,

nec reddere; vſque dum Protagoras eum ad iudices prouocauit. Expoſitaq; conditione, quam in docendum receperat, anceps argumentum ambifariam propoſuit. Nam, Siue ego vicero, inquit, ſoluere mercedem debebis, vt condemnatus: ſeu tu viceris, nihilominus reddere debebis, vt pactus. quippe qui hanc primam cauſam penes iudices viceris. Ita ſi vincis, in conditionem incidiſti: ſi vinceris, in damnationem. Quid quæris? Ratio concluſa iudicibus acriter & inuincibiliter videbatur. Enimuerò Euathlus, vtpote tanti veteratoris perfectiſſimus diſcipulus, biceps illud argumentum retorſit. Nam, ſi ita eſt, inquit; neutro modo, quod petis, debeo. Aut enim vinco, & iudicio dimittor: aut vincor, & pacto abſoluor. ex quo non debeo mercedem, ſi hanc primam cauſam fuero penes iudices victus. Ita me omni modo liberat, ſi vinco, conditio: ſi vincor, ſententia. Nónne vobis videntur hæc ſophiſmatum argumenta, obuerſa inuicem, vice ſpinarum, quas ventus conuoluerit, inter ſe terere, paribus vtrimq. aculeis, ſimili penetratione, mutuo vulnere? Atque ideo merces Protagoræ tam aſpera, tam ſenticoſa, verſutis & auaris relinquenda eſt. cui ſcilicet multo tanto præſtat illa altera merces, quam Thalem memorant ſuaſiſſe. Thales Mileſius ex ſeptem illis ſapientia memoratis viris facilè præcipuus fuit. enim geometricæ penes Graios primus repertor, & naturæ rerum certiſſimus explorator, & aſtrorum peritiſſimus contemplator, maximas res paruis lineis reperit: temporum ambitus, ventorum flatus, ſtellarum meatus, tonitruum ſonora miracula, ſiderum obliqua curricula, Solis annua reuerticula: idem Lunæ vel naſcentis incrementa, vel ſeneſcentis diſpendia, vel delinquentis obſtacula. Idem ſanè iam procliui ſenectute diuinam rationem de Sole commentus eſt. quam equidem non didici modo, verùm etiam experiundo comprobaui: quotiens Sol magnitudine ſua circulum, quem permeat, metiatur. Id à ſe recens inuentum

Thales memoratur edocuiſſe Mandraytum Prieuenſem, qui noua & inopinata cognitione impendiò delectatus, optare iuſsit, quantam vellet mercedem ſibi pro tanto documento rependi. Satis, inquit, mihi fuerit mercedis, Thales ſapiens, ſi id quod à me didiciſti, cùm proferre ad quoſpiam cœperis, tibi non adſciueris; ſed eius inuenti me potius quàm alium repertorem prædicaueris. Pulchra merces prorſum, ac tali viro digna, & perpetua. Nam & in hodiernum, ac dehinc ſemper, Thali ea merces perſoluetur ab omnibus nobis, qui eius cæleſtia ſtudia verè cognouimus. Hanc ego vobis mercedem Carthaginienſes vbique gentium dependo, pro diſciplinis, quas in pueritia ſum apud vos adeptus. Vbique enim me veſtræ ciuitatis alumnum fero; vbique vos omnimodis laudibus celebro; veſtras diſciplinas ſtudioſius percolo; veſtras opeis glorioſius prædico; veſtros etiam Deos religioſius veneror. Nunc quoque igitur principium mihi apud veſtras aureis auſpicatiſsimum ab Aeſculapio deo capiam, qui arcem veſtræ Carthaginis indubitabili numine propitius reſpicit. Eius Dei hymnum Græco & Latino carmine vobis ſic canam, iam illi à me dedicatum. Sum enim non ignotus illius agricola, nec recens cultor, nec ingratus antiſtes: ac iam & prorſa & vorſa facundia veneratus ſum; ita vt etiamnunc hymnum eius vtraque lingua canam. cui dialogum ſimiliter Græcum & Latinum prætexui: in quo ſermocinabuntur Sauidius Seuerus & Iulius Perſius: viri & inter ſe mutuò, & vobis, & vtilitatibus publicis meritò amiciſsimi, doctrina & eloquentia & beniuolentia paribus: incertum modeſtia quietiores, an induſtria promptiores, an honoribus clariores. Quibus cum ſit ſumma concordia, tamen hæc ſola æmulatio, & in hoc vnum certamen eſt, vter eorum magis Carthaginem diligat. atque ſummis medullitus viribus contendunt ambo: vincitur neuter. Eorum ego ſermonem ratus & vobis auditu gratiſsimum, & mihi compoſitè congruentem:

gruentem: & dedicatur religio ſummo in principio libri ratio, quemdam ex his qui mihi Athenis condidicere percontari à Perſio Græcè, quæ ego pridie in templo Aeſculapij diſſeruerim: paulatimq́; illis Seuerum adiungo. cui interim Romanæ linguæ parteis dedi. Nam & Perſius, quamuis & ipſe optimè Latinè poſsit, tamen hodie nobis ac vobis Atticiſſabit. Aſclepiades ille, inter præcipuos medicorũ, ſi vnum Hippocratem excipias, ceteris princeps, primus etiam vino opitulari ægris repperit: ſed dando ſcilicet in tempore. cuius rei obſeruationem probè callebat: vt qui diligentiſsimè animaduerteret venarum pulſus inconditos, vel præclaros. Is igitur cum fortè in ciuitatem ſeſe reciperet, & rure ſuo ſuburbano rediret; aſpexit in pomeriis ciuitatis funus ingens locatum plurimos homines ingenti multitudine, qui exequias venerant, circumſtare, omnis triſtiſsimos & obſoletiſsimos veſtitu. Propius acceſsit, vt etiam cognoſceret, more ingenij humani, quiſnam eſſet? quoniam percontanti nemo reſponderat: at verò vt ipſe aliquid in illo ex arte reprehenderet. Certè quidem iacenti homini, ac propè depoſito Fatum attulit. Iam miſeri illius membra omnia aromatis perſperſa, iam os ipſius vnguine odoro delibutum, iam eum pollinctum, iam cœnæ paratum, contemplatus enim diligentiſsimè quibuſdam ſignis animaduertit. Etiam atque etiam pertractauit corpus hominis: & inuenit in illo vitam latentem. Confeſtim exclamauit, viuere hominem. procul ergo faces abigerent; procul ignes amolirentur; rogum demolirentur; cœnam feralem à tumulo ad menſam referrent. Murmur interea exortum. partim medico credendum dicere; partim etiam irridere medicinam. Poſtremò propinquis etiam hominibus inuitis, quod ne iam ipſi hereditatem habebant, an quòd adhuc illi fidem non habebant: ægrè tamen ac difficulter Aſclepiades impetrauit breuem mortuo dilationem. Atque ita viſpillonum manibus extortum, velut ab Inferis,

*poſtliminio domum retulit, confeſtimq́; ſpiritum recreauit:
confeſtimque animam in corporis latibulis deliteſcentem,
quibuſdam medicamentis prouocauit. Sapientis viri ſuper
menſam celebre dictum eſt: Prima, inquit, cratera ad ſi-
tim pertinet, ſecunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem,
quarta ad inſaniam. Verumenimuero Muſarum cratera,
verſa vice, quanto crebrior, quantoq́; meracior, tanto pro-
pior ad animi ſanitatem. Prima cratera Litteratoris rudi-
tatem eximit: ſecunda Grammatici doctrina inſtruit: ter-
tia Rhetoris eloquentia armat. Hactenus à pleriſque pota-
tur. Ego & alias crateras Athenis bibi: Poëticæ commen-
tam, Geometricæ limpidã, Muſicæ dulcem, Dialecticæ auſte-
rulam: enim vero vniuerſas Philoſophiæ, inexplebilẽ ſcilicet,
nectareã. Canit enim Empedocles carmina, Plato dialogos,
Socrates hymnos, Epicharmus modos, Xenophon hiſtorias,
Xenocrates ſatyras: Apuleius veſter hæc omnia. nouemq́;
Muſas pari ſtudio colit, maiore ſcilicet voluntate quàm fa-
cultate. Eoq́; propenſius fortaßis laudandus eſt; quòd omni-
bus bonis in rebus, conatus in laude, effectus in caſu eſt. ita
vt contrà in maleficiis, etiam cogitata ſcelera, non perfecta
adhuc, vindicantur: cruenta mente, pura manu. Ergo ſicut
ad pœnam ſufficit, meditari punienda; ſic & ad laudem ſa-
tis eſt, conari prædicanda. Quæ autem maior laus, aut cer-
tior, quàm Carthagini bene dicere, vbi tota ciuitas eruditiſſi-
mi eſtis: penes quos omnem diſciplinã pueri diſcunt, iuue-
nes oſtentant, ſenes docent? Carthago prouinciæ noſtræ
magiſtra venerabilis: Carthago Africæ Muſa cæleſtis: Car-
thago Camœna togatorum. Habet interdum & neceſſaria
feſtinatio honeſtas moras, ſæpe vti malis interpellatam vo-
luntatem. Quippe & illis, quibus curriculò confecta via opus
eſt; adeò vt præoptent pendere equo, quàm carpento ſedere,
propter moleſtias ſarcinarum, & pondera vehiculorum, &
moras orbium, & ſalebras orbitarum, adde & lapidum*

globos,

globos, & caudicum toros, & camporum riuos, & collium cliuos. Hiſce igitur moramentis omnibus qui volunt deuitari, aduectorem ſibimet equum deligunt, diutinæ fortitudinis, viuacis pernicitatis: idem & ferre validum, & ire rapidum:

Qui campos colleſque gradu perlabitur vno,

vt ait Lucilius. tum cum eo equo per viam concito peruolant. ſi quem interea conſpicantur ex principalibus viris nobilem hominem, bene conſultum, bene cognitum; quamquàm oppidò feſtinant, tamen honoris eius gratia cohibent curſum, releuant gradum, retardant equum: & illico in pedes deſiliunt. fruticem, quem verberando equo geſtant, eam virgam in læuam manum transferunt. Itaque expedita dextra adeunt, ac ſalutant: &, ſi diutulè ille quippiam percontetur; ambulant diutulè, & fabulantur. Denique quantumuis moræ in officio libenter inſumunt. Crates ille, Diogenis ſectator, qui vt Lar familiaris apud homines ætatis ſuæ Athenis cultus eſt, nulla domus ei vnquam clauſa erat: nec erat patrisfamilias tam abſconditum ſecretum, quin eò tempeſtiuè Crates interueniret, litium omnium & iurgiorũ inter propinquos diſceptator atque arbiter. Quod Herculem olim poetæ memorant, monſtra illa immania hominum ac ferarum virtute ſubegiſſe, orbemq́ terræ purgaſſe: ſimiliter aduerſum Iracundiam & Inuidiam, atque Auaritiã, atque Libidinem, ceteraq́ animi humani monſtra & flagitia, Philoſophus iſte Hercules fuit. Eas omneis peſtes mentibus exegit; familias purgauit; Malitiam perdomuit: ſeminudus & ipſe, & claua inſignis: etiam Thebis oriundus, vnde Herculem fuiſſe memoria extat. Igitur priuſquam planè Crates factus, inter proceres Thebanos numeratus eſt: lectum genus, frequens famulitium; domus amplo ornata veſtibulo: ipſe bene veſtitus, bene prædiatus. Poſt, vbi intellexit nullum ſibi in re familiari præſidium legatum,

gatum, quo fretus ætatem agat. omnia fluxa infirmaq́ eſſe: quidquid ſub cælo diuitiarum eſt, eas omneis ad bene viuendum non quidquam eſſe: ſicuti nauem bonam fabrè factam, bene intrinſecus compactam extrinſecus eleganter depictam, mobili clauo, firmis rudentibus, procero malo, inſigni carcheſio, ſplendentibus velis, poſtremò omnibus armamentis idoneis ad vſum, & honeſtis ad contemplationem. eam nauem ſi aut gubernator non agat, aut tempeſtas agat, vt facile cum illis egregiis inſtrumentis aut profunda hauſerint, aut ſcopuli comminuerint. Sed & medici cum intrauerint ad ægrum vti viſant, nemo eorum quòd tabulina perpulcra in ædibus cernant, & lacunaria auro oblita, & gregatim pueros ac iuuenes eximia forma in cubiculo circa lectum ſtantes; ægrum iubet vti ſit animo bono: ſed vbi iuxtim conſedit; manum hominis prahendit, eam pertractat, venarum pulſum & momenta captat: ſi quid illic turbatum atque inconditum offendit; illi renuntiat, malè morbo haberi. Diues ille cibo interdicitur. ea die in ſua ſibi copioſa domo panem non accipit: cum interea totum eius ſeruitium hilares ſunt, atque epulantur. Nec in ea re quidquam efficit conditione.

L. APVLEII DE DOGMATE PLATONIS.

LIBER VNVS.

PLATONI *habitudo corporis cognomentum dedit. namque Ariſtocles prius nominatus. Ariſto ei fuiſſe pater dictus eſt. ceterùm Perictione Glauci filia mater fuit. Et de vtroque nobilitas ſatis clara. Nam Ariſto pater per Codrum, ab ipſo Neptuno originem duxit: ab Solone ſapientiſsimo, qui legum Atticarum fundator fuit, maternus deriuatus eſt ſanguis. Sunt qui Platonem auguſtiore conceptu proſatum dicunt: cùm quidem Apollinis figuratio Perictionæ ſe miſcuiſſet. Menſe etiam qui apud Atticos Thargelion dicitur, natus eſt: die, qua apud Delon Latona fertur Apollinem Dianamq; peperiſſe. Pridie Socratem genitum accepimus. Somnium etiam Socratis circumferunt. nam vidiſſe ſibi viſum eſſe cygni pullum ex altari, quod in academia Cupidini conſecratum eſt, volaſſe, & in eius gremio reſediſſe: & poſtea olorem illum pennis cælum petiſſe, canore muſico auditus hominum Deorumq́; mulcentem. Cum hoc ergo Socrates in conuentum hominum referret; Ariſto, Platonem puerum oblaturus Socrati magiſtro, commodùm proſequebatur. Quem vbi aſpexit ille, ingeniumq; intimum de exteriori conſpicatus eſt facie: Hic ille erat amici, inquit, de Academia Cupidinis cygnus. Talis igitur, ac de talibus Plato, non ſolum heroum virtutibus præſtitit, verùmetiam æquiperauit Diuûm poteſtatibus. Nam Speuſippus, domeſticis inſtructus documentis, pueri eius acre in percipiendo ingenium, & admirandæ verecundiæ indolem laudat: & pubeſcentis primitias labore atque amore ſtudendi imbutas*

refert: & in viro harum incrementa virtutum & ceterarum conueniſſe teſtatur. Ex iiſdem genitoribus Glauco & Adimantus ei fratres fuerunt. Doctorem habuit in prima literatura Dionyſiũ: at in palæſtra Ariſtonem, Argis oriundum. Tantosq; progreſſus exercitatio contulit ei; vt Pythia & Iſthmia de lucta certauerit. Picturæ non aſpernatus artem. Tragœdis & dithyrambis ſe vtilem finxit. Iamq; carminum confidentia elatus, certatorem ſe profiteri cupiebat; niſi Socrates humilitatem cupidinis ex eius mentibus expuliſſet: & veræ laudis gloriam in eius animum inſerere curaſſet. Et antea quidem Heracliti ſecta fuerat imbutus. Verùm cùm ſe Socrati dediſſet; non ſolum ingenio atque doctrina ceteros Socraticos vicit, verùmetiam labore & elegantia illuſtrauit. Sapientiam ab eo ſibi traditam labore quoque aſſerere niſus eſt: & elegantia, per quam venuſtate & maieſtate verborum plurimum adhibuit dignitatis. Sed poſteaquam Socrates homines reliquit; quæſiuit vnde proficeret, & ad Pythagoræ diſciplinam ſe contulit. Quam, etſi ratione diligenti & magnifica inſtructam videbat; rerum tamen continentiam & caſtitatem magis cupiebat imitari. Et, quòd Pythagoreorum ingenium adiutum aliis diſciplinis ſentiebat, ad Theodorum Cyrenas, vt Geometriam diſceret, eſt profectus: & aſtrologiam aduſque Ægyptum iuit petitum; vt inde Prophetarum etiam ritus addiſceret. Et ad Italiam iterum venit, & Pythagoreos, Eurytum Tarentinum, & ſeniorem Archytam ſectatus. atque ad Indos & Magos intendiſſet animum, niſi eum bella tunc vetuiſſent Aſiatica. Quapropter inuenta Parmenidis ac Zenonis ſtudioſius executus, ita omnibus quæ admirationi ſunt ſingula ſuos libros expleuit; vt primus tripartitam Philoſophiam copularit: ſibiq; inuicem neceſſarias partes, neque pugnare inter ſe tantummodo, ſed etiam mutuis adiuuare auxiliis oſtenderit. Nam quamuis de diuerſis officinis hæc

ei eſſent

ei eſſent Philoſophiæ membra ſuſcepta, Naturalis ab Heracliticis, Intellectualis à Pythagoræis, Rationalis atque Moralis ab ipſo Socratis fonte; vnum tamen ex omnibus, & quaſi proprij partus corpus effecit. Et cùm principes harum familiarum impolitas ſententias, & incomptas auditoribus tradidiſſent; eas hic, cùm oratione limando, tum ad orationis auguſtæ honeſtiſsimam ſpeciem deducendo, perfectas atque etiam admirabiles fecit. Multi auditorum eius vtriuſque ſexus in Philoſophia floruerunt. Patrimonium in hortulo, qui Academiæ iunctus fuit, & in duobus miniſtris, & in patera qua diis ſupplicabat, reliquit. Auri tantum, quantum puer nobilitatis inſigne in auricula geſtauit. Ceterùm tres eius ad Siciliam aduentus, mali quidam carpunt, diuerſis opinionibus diſſerentes. Sed ille primò hiſtoriæ gratia, vt naturam Aetnæ, & incendia concaui montis intelligeret: ſecundò, petitu Dionyſij, vt Syracuſanis aſsiſteret, profectus eſt, & vt municipaleis leges eius prouinciæ diſceret. tertius eius aduentus fugientem Dionem, impetrata à Dionyſio venia, patriæ ſuæ reddidit. Quæ autem conſulta, quæ dogmata Græcè licet dici, ad vtilitatem hominum, viuendiq; & intelligendi & loquendi rationem extulerit, hinc ordiemur. Nam quoniam treis partes Philoſophiæ congruere inter ſe primus obtinuit; nos quoque ſeperatim dicemus de ſingulis, à naturali Philoſophia facientes exordium. Initia rerum eſſe tria arbitratur Plato, Deum, & Materiam, rerumq; Formas. quas Ideas idem vocat: inabſolutas, informes, nulla ſpecie vel qualitatis ſignificatione diſtinctas. Sed hæc de Deo ſentit. Quòd ſit incorporeus. is vnus, ait, aperimetros, genitor, rerumq; omnium extortor, beatus & beatificus, optimus, nihil indigens, ipſe conferens cuncta. Quem quidem cæleſtem pronuntiant, indictum, innominabilem: &, vt ait ipſe ἄῤῥητον, ἀκατωνόμαστον. cuius naturam inuenire difficile eſt: ſi inuenta ſit, in multos eam enuntiari non

nō poſſe. Platonis hæc verba ſunt: θεὸν εὑρεῖν μὲν οὐ ῥᾴδιον, νοῆσαι δὲ ἀδύνατον. *id eſt:* Deú quidé inueniſſe haud facile eſt, intellexiſſe auté impoſſibile. *Materiam verò improcreabilem, incorruptamq́ cōmemorat. nō Ignem, neque Aquam, nec aliud de principiis abſolutis elementis eſſe: ſed ex omnibus primam figurarum capacem, factioniq́ ſubiectam, adhuc rudem, & figurationis qualitate viduatam. Deus artifex conformat vniuerſam. Infinitam verò iccirco, quòd ei ſit interminata magnitudo. Nam quod infinitum eſt, indiſtinctum magnitudinis habet finem. atque ideo, cum viduata ſit fine, infinibilis rectè videri poteſt. Sed neque corpoream, neque ſanè incorpoream eſſe concedit. Ideo autem non putat corpus, quòd omne corpus ſpecie qualicunque non careat. Sine corpore verò eſſe non poteſt dicere, quia nihil incorporale corpus exhibeat: ſed vi & ratione ſibi eam videri corpoream. Atque ideo nec actu ſolo, neque tamen ſola opinione cognitionis intelligi. Namque corporea, propter inſignem euidentiam ſui, ſimili iudicio cognoſci. Sed quæ ſubſtantiam non habent corpoream, cogitationibus ea videri. vnde adulterata opinione, ambiguam Materiæ huius intelligi qualitatem. Ideas verò, id eſt formas omnium ſimplices, & æternas eſſe, nec corporales tamen. eſſe autem ex iis quæ Deus ſumpſerit, exempla rerum quæ ſunt, eruntue: nec poſſe amplius quàm ſingularum ſpecierum ſingulas imagines in exemplaribus inueniri: gignentiumq́ omnium ad inſtar ceræ, formas & ſignificationes ex illa exemplorum figuratione ſignari.* Τὰς οὐσίας, *quas Eſſentias dicimus, duas eſſe ait: per quas cuncta gignantur, Mundusq́ ipſe. quarum vna, cogitatione ſola concipitur: altera, ſenſibus ſubiici poteſt. Sed illa quæ mentis oculis comprehenditur, ſemper & eodem modo & ſui par, & ſui ſimilis inuenitur, vt quæ verè ſit. Etenim altera opinione ſenſibili & irrationabili æſtimanda eſt, quam naſci & interire ait. Et, ſicut ſuperior*

verè

verè eſſe memoratur; hanc verè non eſſe poſſumus dicere. Et primæ quidem Subſtantiæ vel Eſſentiæ primùm Deum eſſe, & Mentem Formaſq́; rerum, & Animam: ſecundæ Subſtantiæ, omnia quæ informantur, quæq́; gignuntur, & quæ ab Subſtantiæ ſuperioris exemplo originem ducunt. quæ mutari & conuerti poſſunt, labentia, &, ad inſtar fluminum, profuga adhuc illa, quam dixi, intelligendi ſubſtantiæ: quoniam conſtanti nititur robore: & quæ de ea diſputantur, ratione ſtabili & fide plena ſunt. At huius, quæ veluti vmbra & imago eſt ſuperioris, rationes quoque & verba, quæ de ea diſputantur, in conſtanti ſunt diſciplina. Initium omnium corporum Materiam eſſe memorauit. hanc & ſignari impreſſione Formarum. Hinc prima elementa eſſe progenita, Ignem & Aquam, Terram & Aera. Quæ ſi elementa ſunt, ſimplicia eſſe debent, neque, ad inſtar ſyllabarum, nexu mutuo copulari. Quæ iſtis euenit, quarum ſubſtantia multimoda poteſtate, commixtione conficitur. Quæ cum ordinata, permixtaq́; eſſent, ab illo ædificatore mundi Deo ad ordinem numeris & menſuris in ambitum deducta ſunt. Hæc è plurimis elementis ad vnum redacta eſſe. & Ignem quidem & Aera & Aquam habere principium ex trigono, quæ ſit anguli recti, non paribus angulis. Et prioris quidem formæ tres ſpecies exiſtere: pyramidem, & octangulum, & vigeſieſangulam ſphæram, non paribus. Terram verò, directis quidem angulis, trigonis, & veſtigiis paribus eſſe. Et prioris quidem formæ tres ſpecies exiſtere, pyramidem, octangulam, & vigintiangulam. Sphæram & pyramidem figuram Ignis in ſe habere, octangulam verò Aeris, angulatam vicies ſphæram Aquæ dicatam eſſe: æquipedum verò trigonum efficere ex ſeſe quadratum: quadratum verò cubum, quæ Terræ ſit propria. Quapropter mobilem pyramidis formam Igni dedit, quòd eius celeritas agitationi videatur eſſe conſimilis. Secundæ velocitatis octangula ſphæra eſt.

eſt. hanc Aeri detulit, qui leuitate & pernicitate poſt Ignem ſecundus eſſet. Vigeſimalis ſphæra eſt loco tertio. huius forma fluida & volubilis, & Aquæ ſimilior eſt viſa. Reſtat teſſerarum figura: quæ cùm ſit immobilis, Terræ conſtantiam non abſurdè ſortita eſt. Et alia initia inueniri forſitan poſſe, aut quæ Deo nota ſunt, vel ei qui ſit Diis amicus. Sic de primis elementis Igni & Aqua, ceteriſq; & illa cõſtare particulatim animalium & inanimantiũ corpora. Mundumq; omnem ex omni Aqua, totoq; Igni & Aeris vniuerſitate, cunctaq; Terra eſſe factum: & non ſolum nullam horum partem extra orbem relinqui, ſed nihil quidem eius & extrinſecus inueniri. Hæc autem inuicem ex ſe apta & connexa eſſe. Iccircoq; in Igne atque in Terra, & Aqua & Aere eſſe ſitus. Et, ſicut Ignis Aeris cognatione coniungitur, ita humor affinitati terrenæ iungatur. Hinc vnũ eſſe Mundum & in eo omnia: nec relictum eſſe locum, neque elementa ſupereſſe, ex quibus alterius Mundi corpus poſſit eſſe. Ad hæc attributa eſt ei perpetua iuuentus, & inuiolata valetudo. Eoq; nihil præterea extrinſecus eſt relictum, quod corrumpere poſſet eius ingenium. etſi ſupereſſet, non eum lederet; cùm ita apud ſe ex omni parte compoſitus atque ordinatus foret, vt aduerſantia & contraria naturæ, diſciplinæq; eius officere non poſſent. Iccirco autem perfectiſſimo & pulcerrimo Mundo inſtar pulcræ & perfectæ ſphæræ à fabricatore Deo quæſitum eſt, vt ſit nihil indigens: ſed operiens omnia, coercensq; contineat: pulcer & admirabilis, ſuiq; ſimilis, ſibiq; reſpondens. Hinc illi & ſeptem motus locorum habeantur: progreſſus & retroceſſus, dexterioris ac ſiniſtri, ſurſum & deorſum nitentium, & quæ in gyrum circumtumq; torquentur. Hæc vna Mundo relicta eſt ſapientiæ & prudentia propria, vt rationabiliter volueretur. Et hunc quidem Mundum nunc ſine initio eſſe dicit: aliàs originem habere, natumq; eſſe. Nullum autem eius exordium atque

initium

initium eſſe, ideo quòd ſemper fuerit: natiuum verò videri, quòd ex his totius natura & ſubſtantia conſtet, quæ naſcendi ſortitæ ſunt qualitatem. Hinc & tangitur & videtur, ſenſibusq; corporis eſt obuius. Sed quod ei naſcendi cauſam Deus præſtitit, ideo immortalis eſt ſemper futurus. Animam verò animantium omnium non corpoream eſſe, nec ſanè perituram cùm corpore fuerit abſoluta, omniũq; gignentium eſſe ſeniorem: atque ideo & imperare & regere ea quorum curam fuerit diligentiámque ſecuta: ipſamq; ſemper & per ſe moueri, agitatricem aliorum, quæ natura ſui immota ſunt atque pigra. Sed illam cæleſtem Animam, fontem animarum omnium optimam & ſapientiſsimam, virtutem eſſe genitricem, ſubſeruire fabricatori Deo, & præſtò eſſe ad omnia inuenta eius annuntiat. Verùm ſubſtantiam mentis eius numeris & modis confici congeminatis ac multiplicatis argumentis, incrementisq; per ſe & extrinſecus partis: & hinc fieri, vt Muſica Mundus, & canore moueatur. Naturasq; rerum binas eſſe: & earum alteram eſſe quæ veniat in mentem, quam quidem δοξαστὴν, id eſt opinabilem appellat ille, & quæ videri oculis & attingi manu poſsit: alteram cogitabilem, & intelligibilem. detur enim venia nouitati verborum, rerum obſcuritatibus ſeruienti. Et ſuperiorem quidem partem mutabilem eſſe, ac facilem contuenti: hanc autem, quæ mentis acie videtur, & penetrabili cogitatione percipitur atque conſpicitur, incorruptam, immutabilem, cõſtantem, eamdemq;, & ſemper eſſe. Hinc & duplicem rationem, interpretationemq; dicit. Namq; illa viſibilis, fortuita & muta, perſeueranti ſuſpicione colligitur: at hæc intelligibilis, vera, perenni & conſtanti ratione probatur eſſe. Tempus verò æui eſſe imaginem, ſiquidem tempus mouetur, & perennitas fixa & immota eſt naturæ: & ire in eam Tempus, & in eius magnitudinem finiri ac diſſolui poſſe; ſi quando hoc decreuerit fabricator mundi Deus.

Deus. Eiuſdem temporis ſpatiis menſuras mundanæ conuerſationis intelligi. Solis quippe & Lunæ globum hoc facere, ceteraſq; ſtellas, quas recte Erroneas & Vagas dicimus. noſtræ enim ſuper earum curſibus opiniones, diſputationeſq; poſſunt in errorem intellectum inducere. Ceterùm ille rerum ordinator ita reuerſiones earum, ortus obitus, receſſus, moras, progreſſuſq; conſtituit; vt ne modico quidem errori locus eſſet. Dies quippe cum noctibus menſium ſpatia complere, menſes viciſſim annorum orbes inuoluunt: nec prius, quàm ſigna hæc in lucem ardere cœperunt, iniri potuerunt temporum numeri. Perituram eſſe obſeruationem computationis huius, ſi hic olim chorus antiquus ſteterit. namque, vt menſura & reuerſiones temporum noſcerentur, circuituſq; Mundi videretur, Solis intenſa ſunt lumina: viciſſim vt quies deſiderata proueniret animantibus, opacitas eſt inuenta noctis. Menſeſque effici, cum Luna circuli ſui completo curriculo, ad eumdem locum à quo diſceſſerit reuertatur: Anni verò ſpatia concludi, cum Sol quadrinas temporum contigerit vices, & ad idem ſignum fuerit inuectus. Horum enumeratio in ſe reuertentium, & à ſe proficiſcentium, intellectu cogitationis inuenit. Eſſe autem ſtellarum nihilominus certos ambitus, legitimis curriculis perpetuò ſeruatis, quos vix hominum ſolertia comprehendit. Vnde fit vt & Magnus ille vocitatus annus, facile noſcatur: cuius tempus implebitur, cum vagantium ſtellarum comitatus ad eumdem peruenerit finem, nouumq; ſibi exordium & itinera per vias Mundi reperauerit. Globorum verò cæleſtium inter ſe nexorum per vices mutuas, omnium ſupremum eſſe eum, qui inerrabili meatu cenſetur: eius amplexu ceteros coerceri. Et eſſe ἀπλανῆ primum ordinem, ſecundum Saturno datum, Ioui tertium, Martem quartum tenere, quintum Mercurio dari, ſextum Veneris eſſe, ſeptimum Solis itineribus incedi, octauum metiri Lunam. Exinde elementa

omnia ac principiis occupari. Ignem autem aliis ſuperiorem eſſe, mox Aeris locum: hinc Aquæ proximum: & tunc globum Terræ in medio ſitum æqualem loco, ac figura immobilem ſtare. Hos aſtrorum ignes ſphæris affixos, perpetuis atque indefeſſis curſibus labi: & hos animales Deos dicit eſſe: Sphærarum verò ingenium ex igne coalitum & fabricatum. Iam ipſa animantium genera in treis ſpecies diuiduntur: quarum vna eſt ex natura ignis eiuſmodi, qualem Solem & Lunam videmus, ceteraſq́; ſiderum ſtellas: alterum ex aëria qualitate, hanc eſſe Dæmonum dicit: tertium ex aqua terraq́; coaleſcere, & mortale genus corporum ex eo diuidi Terrenum atque Terreſtre. ſic enim χοϊκὰ cenſuit nominanda. Terrenumq́; eſſe arborum, ceterarumq́; frugum, quæ humi fixæ vitam trahunt: Terreſtria verò, quæ alit ac ſubſtinet tellus. Deorum trinas nuncupat ſpecies. quorum eſt vnus ſummus, primus & ſolus ille, vltramundanus, incorporeus: quem patrem & architectum huius diui Orbis ſuperius oſtendimus. Aliud genus eſt, quale aſtra habent, ceteraq́; numina, quos Cælicolas vocamus. Tertium habent, quos Medioxumos Romani veteres appellant: quod ex ſui ratione & loco & poteſtate Diis ſummis ſunt minores, hominum natura profectò maiores. Sed omnia quæ naturaliter, & propterea rectè feruntur, Prouidentiæ cuſtodia gubernantur. nec vllius mali cauſa Deo poterit adſcribi. Quare hæc omnia ad Fati ſortem arbitrantur eſſe ferenda. Ita enim definit: Prouidentiam eſſe diuinam ſententiam, conſeruatricem proſperitatis eius, cuius cauſa tale ſuſcipit officium: diuinam legem eſſe Fatum, per quod ineuitabileis cogitationes Dei, atque incepta complentur. Vnde ſi quid Prouidentia agitur, id agitur etiam Fato: & quod Fato terminatur, Prouidentia debet ſuſceptum videri. Et primam quidem Prouidentiam eſſe ſummi exuperantiſſimiq́; Deorum omnium: qui non ſolum deos Cælicolas ordinauit,

 quos

quos ad tutelam & decus per omnia Mundi membra diſperſit; ſed natura etiam mortaleis Deos, qui præſtarent ſapientia ceteris terrenis animantibus, ad æuitatem temporis edidit: fundatisq́ legibus reliquarum diſpoſitionum, ad tutelam rerum quas quotidie fieri neceſſe eſt, Diis ceteris tradidit. Vnde ſuſceptam Prouidentiam Dij ſecundæ Prouidentiæ ita grauiter retinent; vt omnia etiam quæ à cæleſtibus mortalibus exhibentur, immutabilem ordinationis paternæ ſtatum teneant. Dæmones verò, quos Genios & Lareis poſſumus nuncupare, miniſtros Deorum arbitrantur, cuſtodesq́ hominum & interpretes, ſi quid à Diis velint. Nec ſanè omnia referenda ad vim Fati putat: ſed eſſe aliquid in nobis, & in Fortuna nonnihil. & Fortunæ improuidos caſus ignorari à nobis fatetur. Inſtabile enim quiddam, & incurrens intercedere ea ſolere, quæ conſilio fuerunt & meditatione ſuſcepta, quæ non patiatur meditata ad finem venire. Et tunc quidem cum impedimentum illud vtiliter prouenit, res illa Felicitas nominatur: at vbi repugnationes iſtæ nociuæ erunt, Infelicitas dicitur. Omnium verò terrenorum, nihil homine præſtantius Prouidentia dedit. Quare ijdem homines bene pronuntiarunt, eſſe Animam corporis dominam. At enim cùm tres partes animi dicat eſſe: Rationabilem, id eſt mentis optimam portionem, hanc ait capitis arcem tenere: Iraſcentiam verò procul à ratione, ad domicilium cordis deductam eſſe, obſequi eam & reſpondere in loco ſapientiæ: Cupidinem atque Appetitus poſtremam portionem, infernas abdominis ſedes obtinere; vt popinas quaſdam & latrinarum latebras, diuerſoria nequitiæ atque luxuriæ. Relegatam verò iccirco longius à Sapientia hanc partem videri; ne importuna vicinitas, & rationem conſtitutam deſuper cunctorum ſaluti, in ipſa cognationum vicinitate perturbaret. Totum verò hominem in capite vultuq́ eſſe. Namque Prudentiam, ſenſusq́ omneis, non alia

quàm

quàm illa parte corporis contineri. Cetera enim membra ancillari & obſeruire, cibos & alia ſubminiſtrare, vectare vt in ſublime poßit, vt dominum atque rectorem, prudentiaq́; eius à periculis vindicare. Sed machinamenta quibus ad ſentiendas diiudicandasq́; qualitates ſenſus inſtructi ſunt, ibidem erga regiam capitis conſtituta eſſe, in conſpectu Rationis; vt intelligendi atque perſentiendi veritas adiuuetur. Senſus verò ipſi ad ea quæ ſunt ſenſibilia, aptè compoſita, naturæ intelligentiam cognatam tenent. Et primò oculorum acies gemellas perlucidas eſſe, eas quadam luce viſionis illuſtres, noſcēdi literas officium tenere: Auditionem verò aëreæ naturæ participem, aëriis nuntiis percipere ſonores. Iam Guſtatus ſolutiores eſſe ſenſus, ideoq́; humilioribus potius & aquoſis commendatos: Tactum etiam terrenum atque corporeum, ſolidiora quæcunque contingi offendiq́; poſſunt, ſentire. Eorum etiam quæ corrupta mutantur, ſeperanda vis intelligenda eſt. In media namq́; regione oris nares natura conſtituit, quarum ſymphonia odor cum ſpiritu commeat. Conuerſiones autem mutationesq́; odoratus cauſas dare, eaſq́; de corruptis vel aduſtis, vel madeſcentibus, vel madefactis ſentire. cùm quidem ea quæruntur, vapore & fumo exhalantur: odor in his iudicium, ſenſusq́; ſuccedunt. Nam ſi reſtent integrè, & aer purus, numquam eiuſmodi auras inficiunt. Et ſenſus quidem ipſi nobis communes ſunt cum ceteris animantibus. At enim hominis ſolertia eiuſdem modi beneficio diuino inſtructior aptiorq́;, quòd auditus ille eſt viſusq́; præſtantior. Oculis namque metitus eſt cælum, ſiderum circuitus, & aſtrorum obitus atque ortus cum ſignificantibus ſpatia comprehendit. ex quo pulcerrimus & vberrimus fons ille Philoſophiæ profluxit. Auditu verò quid homini magnificentius potuit euenire? per quem Prudentiam ſapientiamq́; diſceret, numeroſq́; orationis metiretur, ac modos faceret: fieretq́; totus ipſe modulatus ac muſicus?

Lingua & dentium vallum, & ipſius oſculi venuſtas ac-
212 ceßit. quod quidem aliis animantibus ad explendam vi-
ctus neceßitatem, inferendasq; ventri copias comparatum
eſt: ſed hominis promptuarium potius rectæ Rationis &
ſuauißimæ Orationis hoc datum eſt; vt quæ Prudentia
corde conceperit, ea ſenſa promat Oratio. Sed totius cor-
poris habitus & figura membrorum alia conditione ſunt
optima, alia longè peiora. Inferiora reguntur optimatium
præſtantia, & ipſa miniſterium ſuggerunt victuale. Pedes
denique humótenus Capiti obediunt, ac Superciliorum ſepes v[ti]
præmuniunt Oculos; ne deſuper proruat, quod teneras vi-
ſiones, molleisq; perturbet. Pulmones loco, ac ſui generis,
Cordi plurimum conſulunt. Cùm exardeſcit Ira, trepi-
dánſque celerioribus motibus vertex Cordis ipſius madens
ſanguine, Pulmonis excipitur mollitia, ſiti, frigore. Sple-
213 nem verò Iecori non fruſtra eſſe ſinitimum; vt eius redun-
dantia participatis hauſtibus releuet, abſtergatq; ea quæ
ſordium fuerint, purúmque ac ſincerum præſtet. quod
maximè Fibris eſt commodum. Ventrem gyris inteſtino-
rum circumplexum, & nexibus impeditum eſſe, ne eſcu-
lenta & poculenta ſeſe penetrarent; ſed vt retenta pauli-
ſper vtilitatem ſui, & ſenſum animantibus exhiberent:
neque exhauſtis & labentibus iis quæ inferuntur, mo-
mentis omnibus appetendi cibi neceßitas immineret, &
ad hoc vnum occupari nobis dies noctesq; neceſſe eſſet.
214 Viſceribus Oſſa ſunt tecta, eadem reuincta ſunt Neruis.
Et, tamen ea quæ ſunt internuntia ſentiendi, ſic ſunt
operta viſceribus, ne craßitudine Senſus hebetentur. Illa
etiam quæ in iuncturis & copulis nexa ſunt, ad celeri-
tatem facilius ſemouendam, haud multis impedita ſunt
viſceribus. Denique ipſius Capitis verticem ſpecta: conte-
ctum tenui Cute, Capilliſq; hirſutum videbis, aduerſum
vim frigoris & caloris. At enim illæ optimæ ſunt partes,
quas

quas labor ſubigit: vt Femina, ipſáque ſeſſitandi regio eſt. Quid de cibatu ipſo loquar? quem itinera ex vtero manentia, fibris Iecoris adiuncta, diſpertiunt in Cruoris ſimilitudinem verſum, vt eum ex eo loco per omneis artus Natura ſolers deriuari faciat. Sed e regione Cordis Venarum meatus oriuntur, per pulmonis ſpiracula viuacitatem transferentes, quam de corde ſuſceperunt: & rurſus ex illo loco diuiſæ per membra in totum hominem iuuant ſpiritum. Hinc illæ anhelandi vices hauſtæ, redditæq; alterno modo, ne mutuis impediantur occurſibus. Venarum diuerſæ ſunt qualitates, quas ad procurandum e regione ſeruitium, per medullas Renum commeare, & ſuſcipi Inguinum loco certum eſt: & rurſum Venarum Genitale ſeminium humanitatis exire. At cùm totius corporis dicat eſſe ſubſtantias; primam vult videri ex Igne & Aqua & ceteris elementis: aliam ex conſimilibus partibus, Viſcerum, Oſſiculorum, Cruoris, & ceterorum: tertiam de diſcrepantibus diuerſisq; membris, id eſt Capite, Vtero, & Articulis diſparibus. Vnde Subſtantia, quæ de ſimplicibus conſtat elementis, ſi id quod ex neceſſitate victus extrinſecus arrogatur, quomodo congruit generi ſingulorum, qualitatem corporis temperiemq; cuſtodit: at illis quæ de conſimilibus robur, his quæ inter ſe diſparia ſuprà diximus, pulcritudinem nutrit: & ſimul æqualitas iſta ſicci, humidi, feruentis ac frigidi, Sanitatem, Vireis, Speciémque largitur: ſicut illa intèmperans atque immoderata permixtio, ſingulis vniuerſisq; vitiatis, Animæ celeri exitio corripitur. Tripartitam Animam eſſe dicit. primam eius Rationabilem eſſe partem: aliam Excandeſcentiam, vel irritabilem: tertiam Appetitum, eamdemq; Cupiditatem poſſumus dicère. Sed tunc animanti Sanitatem adeſſe, Vireis & pulcritudinem, cùm Ratio totum regit, parentq; inferiores duæ partes, concordesq; inter ſe Iracundia & Voluptas,

ptas, nihil appetunt, nihil commouent, quod inutile eſſe dixerit Ratio. Eiuſmodi ad æqualitatem partibus Animæ temperatis, Corpus nulla conturbatione frangitur. Alioquin inuehit ægritudinem, inualentiamq; & fœditatem; cùm incompoſita & inæquales inter ſe erunt: cùm Iraſcentiam & Conſilium ſubegerit, ſibiq; ſubiecerit Cupiditas: aut cùm dominam illam reginámque Rationem, licet obſequente & placata Cupidine, Ira flagrãtior vicerit. Sed Ægritudinem mentis ſtultitiam dicit eſſe, eamq; in parteis duas diuidit: quarum vnam Imperitiam nominat, alteram Inſaniam vocat. & Imperitiæ morbum ex glorioſa iactatione contingere, cùm eorum quorum ignarus eſt aliquis, ſcientiam mentitur: Furorem verò, peſſima conſuetudine & libidinoſa vita ſolere euenire. hancq; Inſaniam nominari, quam vitioſa qualitas corporis prodidit, cùm ea quæ ſunt Rationi paratas in ipſo vertice, importunis auxiliis coartantur. At enim tunc hominem eſſe perfectũ, cùm Anima & Corpus æqualiter copulantur, & inter ſe conueniunt, ſibiq; reſpondent: vt firmitas Mentis præualentibus Corporis viribus non ſit inferior. Corpus verò tunc natiuis incrementis augetur, cùm Valetudinis portio procurata ſalubriter modum neceſſarij victus neſcit excedere: nec Valetudo obteritur magnitudine externorum Laborum, nec pabuli ſarcinæ immoderatius inuecti, vel non vt oportet digeſti diſtributíque per corpus. Tunc enim artus ac membra vigoris debiti modum & vireis retinent; cùm id quod infertur ad totius Corporis conſeruationem, veluti ſingillatim exæquatum cunctis partibus diuiditur. Verùm enimuero cùm id minimè ſit, tunc ſequitur exitium Corporis.

L. APV-

L. APVLEII
DE PHILOSOPHIA
LIBER VNVS.

MORALIS philoſophiæ caput eſt, Fauſtine fili, vt ſcias, quibus ad Beatam vitam perueniri rationibus poſſit. Verùm ad Beatitudinem ante alia Bonorum fine contingenti, vt oſtendam, quæ de hoc Plato ſenſerit. Bonorum igitur alia eximia ac prima per ſe dicebat eſſe: per perceptionem cetera fieri Bona exiſtimabat. Prima Bona eſſe Deum ſummum, Mentémque illam quam τὸν νοῦν idem vocat: ſecundùm ea, illas, quæ ex priorum fonte profluerent, eſſe animi virtutes, Prudentiam, Iuſtitiam, Pudicitiam, Fortitudinem. Sed his omnibus præſtare Prudentiam. ſecundam numero ac poteſtate Continentiam poſuit. has Iuſtitiam ſequi. Fortitudinem quartam eſſe. Differentiam hanc bonorum eſſe conſtituit. Partim diuina per ſe, & prima, ſimplicia dici Bona, alia hominum: nec eadem omnium exiſtimari. Diuina quippe eſſe, atque ſimplicia, virtutes animi. Minora autem Bona, eaq; quorumdam eſſe quæ cum corporis commodis congruunt: vt illa quæ nominamus Externa. ſapientibus, & cum ratione ac modo viuentibus, ſunt ſanè Bona: ſtolidis, & eorum vſum ignorantibus oportet eſſe Mala. Bonorum primum eſt verum, & diuinum, illud optimum, & amabile, & concupiſcendum, cuius pulcritudinem rationabiles appetunt mentes, Natura duce, inſtinctæ eâdem ad eius ardorem: ſed quæ non omnes adipiſci queunt. Qui neque primi Boni adipiſcendi facultatem poſſunt habere, ad id feruntur quod hominum eſt. Secundum, nec commune multis, nec quidem omnibus ſimiliter Bonum. Namque

222 Appetitus, & agendi aliquid Cupido, aut vero Bono inci-
tatur, aut eo quod videatur Bonum. vnde natura duce,
cognatio quædam eſt cum Bonis, ei Animæ portioni, quæ
Rationi conſentit. Accidens autem bonum eſſe putatur,
quod corpori, rebusq́ʒ venientibus extrinſecus copulatur: &
illum quidem qui natura imbutus eſt, ad ſequendum Bo-
num, non modò ſibimet intimatum putat, ſed omnib. etiam
hominibus: nec pari aut ſimili modo, verùm etiam vnum-
quemq́ʒ acceptum eſſe, dehinc proximis, & mox ceteris qui
familiari vſu vel notitia iungũtur. Hominem ab ſtirpe ipſa,
neq. abſolutè bonum, nec malũ naſci; ſed ad vtrumq́ʒ pro-
cliue ingenium eſſe. habere quidem ſemina quædam vtra-
223 rumque rerum cum naſcendi origine copulata, quæ Educa-
tionis diſciplina in partem alteram debeant emicare. Docto-
resq́ʒ puerorum nihil antiquius curare oportet, quàm vt
amatores virtutum vel inter ſe moribus & inſtitutis eos ad
id prorſus imbibere, vt regere & regi diſcant magiſtra Iuſti-
tia. Quare præter cetera induci ad hoc ceteros oportere, vt
ſciant quæ ſequenda fugiendaq́ʒ ſint, Honeſta eſſe, ac Tur-
pia: illa Voluptatis, hæc Laudis. Hactenus dedecoris ac tur-
pitudinis, Honeſta eademq́ʒ quæ ſunt Bona, confidenter op-
tare nos oportere. Tria genera Ingeniorum ab eo ſunt com-
224 prehenſa. quorum præſtans, egregium appellat vnum: alte-
rum, deterrimũ peſſimumq́ʒ: tertiumq́ʒ ex vtroque medie
14 temperatum, medium nuncupauit. Mediocritatis huius vult
eſſe participem puerum docilem, & virum progredientem
ad modeſtiam, eumdemq́ʒ commodũ ac venuſtum. Eiuſmo-
di enim Medietates inter Virtutes & Vitia intercedere dice-
bat, tertium quiddam: ex quo alia laudanda, alia culpan-
da eſſent. Inter Scientiã validam, alteram falſam, peruicaci
vanitate iactatã: inter Pudicitiam, Libidinoſamq́ʒ vitam &
abſtinentiã, Intemperantiamq́ʒ poſuit. Fortitudini ac Timo-
ri medios Pudorem & Ignauiam fecit. Horũ quoq. quos me-
diocres

diocres vult videri, neque ſinceras eſſe Virtutes: nec Vitia tamen mera & intemperata, ſed hinc atque inde permixta eſſe. Malitiam verò deterrimi & omnibus vitiis imbuti hominis dicebat eſſe. quod accidere dicebat, cùm optima & rationabilis proportio, & quæ etiam imperare ceteris debet, ſeruit aliis. Illæ verò vitiorum ducatrices Iracundia & Libido, Ratione ſub iugo miſſa dominantur. Eamdem Malitiam de diuerſis conſtare: Abundantia, Inopiaq́;. Nec ſolum ea in qualitatis vitio claudicare arbitratur, ſed etiam incumbere diſſimilitudinem. Neque enim poſſet cum Bonitate congruere, quæ à ſemetipſa tot modis diſcrepet: & non ſolùm diſparilitatem, ſed etiam concinnitatem præ ſe gerat. Quapropter tres partes Animæ, tribus dicit vitiis vrgeri. Prudentiam Indocilitas impugnat, quæ non abolitionem infert Scientiæ, ſed contraria eſt Diſciplinæ diſcendæ. Huius duas ab eo ſpecies accepimus, Imperitiam & Fatuitatem: quarum Imperitia Sapientiæ, & Fatuitas Prudentiæ inueniuntur inimicæ. Iracundiam, Audacia. Eius comitatum ſequuntur Indignatio & Incõmobilitas, dicta Græcè ἀναλγησία. ita enim dixerim, quæ non extinguit incitamenta Irarũ, ſed ea ſtupore deficit immobili. Cupiditatibus Luxuriam applicat, id eſt appetitus voluptatem: & Deſiderium, ad fruendum potiendumq́; hauſtus inexplebiles. Ex hac manat Auaritia, atque Laſciuia: quarum altera Liberalitatem coerceat, altera immoderatius fundendo patrimonij prodigat facultates. Sed Virtutes Plato habitum eſſe dicit mentis, optimè & nobiliter figuratæ: quæ concordem ſibi quietem, conſtantem etiam eum faciunt cui fuerint fideliter intimatæ, non tantummodo verbis, ſed factis, & etiam ſecum & cum ceteris. Hoc verò procliuius, ſi Ratio in regni ſui ſolio conſtituta ſit, Appetitus & Iracundias ſemper domitas & in frenis habet: ipſæque ita obediunt, ut tranquillo miniſterio fungantur. Vnimodam verò eſſe Virtutem, quod

*Bonum ſuapte naturæ adminiculo non indiget. perfectum
autem cùm ſit, ſolitudine debet eſſe contentum. Nec ſo-
lùm qualitas, verùm etiam ſimilitudo cum Virtutis inge-
228 nio coniungitur. Ita enim ſecum ex omni parte congruit,
vt ex ſe apta ſit, ſibiq; reſpondeat. Hinc etiam Medietates,
eaſdemq; Virtutes, ac Summitates vocat: nec ſolum quòd
careant redundantia & egeſtate, ſed quòd in meditullio
quodam vitiorum ſitæ ſunt. Fortitudo quippe circumſiſti-
tur hinc Audacia, inde Timiditate. Audacia quidem confi-
dentiæ ſit abundantia; Metus verò vitium deficientis Auda-
ciæ. Virtutum perfectæ quædam ſunt, imperfectæ aliæ. Et
imperfectæ ſunt, quæ in omnibus beneficio ſolo Naturæ pro-
ueniunt, vel quæ ſolis Diſciplinis traduntur, & magis Ra-
tione diſcuntur. Eas igitur quæ ex omnibus his conſtant,
dicimus eſſe perfectas. Imperfectas virtutes ſemet comitari
negat. Eas verò quæ perfectæ ſunt, indiuiduas ſibi, & inter
ſe connexas eſſe, ideo maximè arbitratur: quòd ei cui ſit
egregium ingenium, ſi accedat Induſtria, Vſus & Diſcipli-
na, quam dux rerum Ratio fundauerit; nihil relinquetur
quod non Virtus adminiſtret. Omnes Virtutes cum Animæ
partibus diuiſit: & illam virtutem quæ Ratione ſit nexa,
& eſt ſpectatrix omnium rerum, Prudentiam dixit, atque
Sapientiam. quarum Sapientiam, diſciplinam vult videri
diuinarum humanarumq; rerum: Prudentiam verò, ſcien-
tiam eſſe intelligendorum Bonorum & Malorum, eorum
etiam Media quæ dicuntur. In ea verò parte quæ iracun-
dior habeatur, Fortitudinis ſedem eſſe, vireis Animæ, ner-
229 noſq; ad ea implenda, quæ nobis ſeuerius agenda Legum
imponuntur imperio. Tertia pars Mentis eſt Cupidinum &
Deſideriorum, cui neceſſariò Abſtinentia comes eſt: quam
vult eſſe ſeruatricem conuenientiæ eorum, quæ natura re-
cta prauaq; ſunt. In homine ad Placentiam ac Mediocri-
tatem Libido reflectitur, actusq; voluptarios ratione iu-
dici*

dicit ac modeſtia coerceri. Per has treis Animæ parteis Iuſtitiam æqualiter diuidentes, quas cauſam eſſe dicit, vt vnaquæque potiorem ratione ac modo ad fungendum munus obediat. Hanc ille heros Iuſtitiam modò nominat; nunc vniuerſæ virtutũ nuncupatione cõplectitur. & item Fidelitatis vocabulo nuncupatur. ſed cùm ei à quo poſſidetur eſt vtilis, Beniuolentia eſt: at cùm foras ſpectat, & eſt fida ſpeculatrix vtilitatis alienæ, Iuſtitia nominatur. Eſt & illa Iuſtitia, quæ quartum vulgata diuiſione virtutum locum poſſidet, quæ cum Religioſitate, id eſt ὁσιότητι copulatur. quarum Religioſitas Deûm honori ac ſupplicijs diuinæ rei mancipata eſt; illa verò hominum ſocietatis & concordiæ remedium atque medicina eſt. Duabus autem æqualibus de cauſis vtilitatem hominum Iuſtitia regit. quarum eſt prima, minorum obſeruantia, & diuiſionum æqualitas, & eorum quæ pacta ſunt ſymbolæ, ad hæc ponderum, menſurarumq́ cuſtos, & communicatio opum publicarum: ſecunda finalis eſt, & veniens ex æquitate partitio, vt ſingulis in agros dominatus congruens deferatur, ac ſeruetur bonis potior, minor non bonis. Ad hæc, bonus quiſque Natura & Induſtria in honoribus & officiis præferatur: peſſimi ciues luce careant dignitatis. Sed ille iuſtus in deferendo honore, ac ſeruando, modus eſt ei qui eſt ſuffragator Bonorum, & Malorum ſubiugator: vt ſemper in ciuitate emineant quæ ſunt omnibus profutura, iaceant & ſubiecta ſint cum ſuis actoribus vitia. Quod facilius obtinebitur, ſi duobus exemplis inſtruamur: vnius, diuini & tranquilli & beati: alterius, inreligioſi & inhumani, ac meritò inteſtabilis; vt peſſimo quidem alienus, & auerſus à recta viuendi ratione, facultates ſuas diuino illi melior eſſe velit. Hinc Rhetoricæ duæ ſunt apud eum partes. quarum vna eſt Diſciplina contemplatrix bonorum, iuſti tenax, apta & conueniens cum ſecta eius qui Politicus vult videri: alia verò

Adulan-

Adulandi ſcientia eſt, captatrix veriſimilium, vſus nulla ratione collectus. Sic enim ἄλογον τριβὴν *elocuti ſumus, quæ perſuaſum velit, quod dicere non valeat. Hanc* ἀνάξιον ληκύθου *diffiniuit Plato: quam ciuilis articuli vmbram, id eſt imaginem nominauit. Ciuilitatem, quam Politicen vocat, ita vult à nobis intelligi, vt eam eſſe ex virtutum numero ſentiamus: nec ſolum agentem, atque in ipſis adminiſtrationibus, verùm ſpectari ab ea vniuerſa, atque diſcerni. Nec ſolum Prouidentiam prodeſſe ciuilibus rebus, ſed omnem ſenſum eius, atq; propoſitum, fortunatum & beatum ſtatum facere Ciuitatis. Hæc eadem vtilitatem Animæ procurat duobus modis. Altera nanq. legalis eſt, iuridicialis altera. Sed prior conſimilis eſt exercitationi, per quam pulcritudo Animæ & robur acquiritur: ſicut exercitatione valetudo corporis, gratiaq; continetur. Iuridicialis illa Medicinæ pars eſt. nam morbis Animæ medetur, ſicut illa corporis. Has Diſciplinas vocat, plurimumq; earũ curationem commoditatis afferre profitetur. Harum imitatrices eſſe Coquinariam & Vnguentariam. Sed artem Sophiſticam, profeſſionemq; Iuris blandam, & aſſentationum illecebris turpes profitentibus, inutiles cunctis. quarũ Sophiſticam Coquinæ coniungit. Nam vt illa Medicinæ profeſſione interdum opinionem imprudentium captat, quaſi ea quæ agit cum morborum medela conueniant: ſic Sophiſtice imitata iuridicialem ſtatum, dat opinionem ſtultis, quaſi Iuſtitiæ ſtudeat. quam iniquitati fauere conſtat. Vnguentariam verò profeſſores iuris imitantur. nam ſicut illa remedio vult eſſe, per quod ſpecies corporibus ac valitudo ſeruentur, non modò vtilitatem corporum minuit, ſed robur etiam vireſq; frangit, & iterum colorem ad deſidiam ſanguinis mutat: ſic hæc in ſcientiam mutata Iuris, ſimulat quidem virtutem ſe animis augere, eneruato quod in illis natiuæ fuerit Induſtriæ. Virtutes eas doceri & ſtuderi poſſe arbitratur, quæ ad rationabilem*

Animam pertinent, id eſt Sapientiam & Prudentiam. & illas quæ vitioſis partibus pro remedio reſiſtunt, id eſt, Fortitudinem & Continentiam rationabiles quidem eſſe; ſuperiores virtutes pro diſciplinis haberi. Ceteras, ſi perfectæ ſunt, Virtutes appellat: ſi ſemiperfectæ ſunt, non illas Diſciplinas vocandas eſſe cenſet; ſed non in totum exiſtimat Diſciplinis alienas. Iuſtitia verò, quòd trinis animæ regionibus ſparſa ſit, artem viuendi ac diſciplinam putat: & nunc docilem eſſe, nunc vſu & experientia prouenire. Bonorum autem quædam ſui gratia aſſerit appetenda, vt Beatitudinem, vt bonum Gaudium: alia non ſui gratia, vt Medicinam: alia ſui & alterius, vt Prouidentiam, ceterasq́ue Virtutes, quas & ſui cauſa expetimus, vt præſtantes per ſe, & honeſtas; & alterius, id eſt Beatitudinis, quæ eſt Virtutum exoptatiſſimus fructus. Hoc pacto etiam Mala quædam ſui cauſa fugienda ſunt, alia ceterorum, pleraque & ſui & aliorum: vt ſtultitia, & huiuſmodi vitia, quæ & ſui cauſa vitanda ſunt, & eorum quæ accidere ex his poſſunt: id eſt Miſeriæ atq. Infelicitates. Eorum quæ appetenda ſunt, quædam abſolutè Bona dicimus, quæ ſemper atq. omnibus cum aſſunt, inuehunt cõmoda; vt Virtutes, quarũ Beatitas fructus eſt: alia quibuſdam, nec cunctis, vel perpetuò Bona; vt Vires, Valitudo, Diuitiæ, & quæcunq. Corporis ac Fortunæ ſunt. Pari pacto, & eorum quæ declinanda ſunt, quædam omnibus ac ſemper videri Mala, quoniã nocent atq. obſunt; vt ſunt Vitia, & Infortunia: quædã aliis, nec ea ſemper nocere; vt Aegritudinem, Egeſtatẽ, & ſimilia. Sed Virtutem liberam, & in nobis ſitam, & nobis voluntate appetendam: Peccata verò eſſe nõ minus libera, & in nobis ſita, nõ tamen ea ſuſcipi voluntate. Namq. ille virtutis ſpectator, cùm eam penitus intellexit bonã eſſe, & benignitate præſtare, eam affectabit profectò, & eam ſectandã exiſtimabit ſui cauſa. Ac item ille qui ſenſerit Vitia nõ ſolũ turpitudinẽ exiſtimationi inuehere,

inuehere, ſed nocere alio pacto, fraudiq́ue eſſe; qui poteſt ſponte ad earum conſortium ſe ingerere? Sed ſi ad huiuſmodi Mala pergit, ac ſibi vſum eorum vtilem credit; deceptus errore, & imagine Boni ſollicitatus quidem, ſciens verò ad Mala præcipitatur. Diſcrepes quidem à communi ſententia, ſi non quidem ignores, quid inter pauperiem ac diuitias interſit: & cùm hæc in procliui ſita ſint, nec pauperies honeſtatem, vel turpitudinem diuitiæ allaturæ ſint, ſi egeſtatem rerum victui neceſſariarũ copiis præferas, ineptire videaris. & adhuc illud abſurdius, ſi quis ſanitatem corporis ſpernat, eligens morbos. Sed illud poſtremæ dementiæ eſt, cùm qui pulcritudinem Virtutis oculis Animæ viderit, vtilitatemq́ue
257 vſu & ratione perſpexerit, non ignarus quantum dedecoris atque incommodi adipiſcatur ex participatione vitiorum, tamen addictum ſe velit vitiis. Corporum ſanitatem, Vires, Indolentiam, ceteraq́ue eiuſmodi Bona extraria, item Diuitias, & cetera quæ Fortunæ commoda dicimus, ea non ſimpliciter Bona nuncupanda eſſe. Nam ſi quis ea poſſidens, vſu ſe abdicet, ea ſibi inutilia erunt: ſi quis autem eorum vſum conuerterit ad malas arteis, ea illi etiam noxia videbuntur. Vnde colligitur, Bona hæc ſimpliciter dici non oportere: nec etiam ea quæ ſunt morboſa, vt Pauperiem, ceteraq́ue exiſtimari Mala oportet. Nam qui tenuis eſt, ſi modificetur, nullam noxam ex eo ſentiet. Etiam qui rectè paupperie ſua vtitur, non ſolùm nihil capiet incommodi, verùm ad toleranda cetera melior atque præſtantior erit. Si igitur nec habere pauperiem, neque eam ratione regere contrarium eſt; Paupertas malum non eſt. Voluptatem verò neque Bo-
258 num eſſe abſolutè, neque ſimpliciter Malum: ſed eam quæ ſit honeſta, nec pudendis rebus, ſed glorioſis actibus veniat, non eſſe fugiendam: illam verò, quam aſpernatur Natura ipſa, turpi delectatione quæſitam, vitari oportere cenſebat. Solitudinem & Laborem, ſi naturales eſſent, & ab ipſa vir-

tute

De Dogm. l. II

tute deſcenderent, & eſſent pro aliqua præclara adminiſtratione ſuſceptæ, appetibiles dicebat eſſe: ſed ſi aduerſum Naturam turpiſſimarum rerum cauſa gignerentur, malas deteſtabileſq; eſſe. Non ſola initia voluntate accidere animis, conuenire corporibus, ſed eſſe medium quemdam ſtatum: qualis eſt, cùm abeſt Triſtitia, nec tamen Lætitiam adeſſe ſentimus. Ex his quæ in nobis ſunt, primum Bonum atque laudabile eſt Virtus, Bonum ſtudenti. Ideo Honeſtum appellari oportet. ſolum quippe quod Honeſtum eſt, Bonum dicimus: & Malum, Turpe. & meritò. quod turpe eſt, bonum non poteſt dici. Amicitiam ait ſociam, eamq; conſenſu conſiſtere: reciprocamq; eſſe, ac dilectionis vicem reddere, quando reclamat æqualiter. Hoc Amicitiæ commodo prouenit, cùm amicus eum quem diligit, pariter ac ſe cupit proſperis rebus potiri. Aequalitas iſta non aliter prouenit, niſi ſimilitudo in vtroque parilitate caritateq; conueniat. Pares enim paribus irreſolubili nexu iunguntur: ita diſcrepantes, & inter ſe diſiuncti ſunt, nec aliorum amici. /Inimicitiarum 239 autem vitia gignuntur ex Maliuolentia per morum diſſimilitudinem, & diſtantiam vitæ, & ſectas, atque ingenia contraria. Alia etiam Amicitiæ genera dicit eſſe: quarum pars Voluptatis gignitur cauſa, pars Neceſſitatis. Neceſſitudinis & Liberorum amor Naturæ congruus eſt: alius abhorrens ab humanitatis clementiâ, qui vulgo Amor dicitur: & eſt Appetitus ardens, cuius inſtinctu per Libidinem capti amatores corporum, in eo quod viderint, totum hominem putant. Eiuſmodi calamitates animarum, Amicitias idem appellari vetat. quæ nec mutuæ ſunt, nec reciprocari queant, vt ament, quæ redamantur; nec conſtantia illis aſſit, & diuturnitas deſit: Amoreſq; eiuſmodi ſocietate ac pœnitentia terminentur. Plato tres Amores hoc genere dinumerat. quòd ſit vnus diuinus, cum incorrupta Mente & Virtutis ratione conueniens, non pœnitendus: alter degeneris animi,

animi, & corruptiſſimæ voluptatis: tertius ex vtroque permixtus, mediocris ingenij, & cupidinis modicæ. Animas verò fuſciores impelli cupidine corporum. vnum quod illis propoſitum eſt, vt eorum vſura potiantur, atque eiuſmodi voluptate & delectatione ardorem ſuum mulceant. Illæ verò facetæ & vrbanæ ſunt. Animas bonorum deamare, & factum velle vti qui potiantur plurimum bonis artibus, & meliores præſtantioresq́; reddantur. Medias ex vtroq. conſtare: nec delectationibus corporis prorſus carere, & lepidis animarum ingeniis capi poſſe. Vt igitur ille Amor deterrimus ac inhumaniſſimus atque turpis, non ex rerum natura, ſed ægritudine corporali, morboq́; colligitur: ſic ille diuinus, Deorum munere beneficioq́; conceſſus, aſpirante cœleſti Cupidine in animos hominum credatur venire. Eſt Amoris tertia ſpecies, quam diximus mediam, diuini atque terreni proximitate collectus, nexuq́; & conſortio parili copulatus: &, vt Rationi propinquus eſt diuinus ille; ita & terrenus ille turpitudini iunctus eſt Voluptatis. Culpabilium autem virorum quatuor formæ ſunt: quarum prima Honoripetarum eſt, ſequens Abſtemiorum, tertia Popularis, Tyrannicæ dominationis vltima. Quapropter euenit primum illud Mentibus vitium, cùm vigor Rationis elanguerit, ſuperiorq́; robuſtior fuerit Animæ portio in qua Ira dominatur. Oligarchia dicitur. Ea ſic naſcitur, cùm propter peſſimum paſtum eius partis Animæ quæ ex Cupiditatibus conſtat, non ſolum rationabilis & Iraſcentiæ loca poſſidentur, ſed etiam eius quæ nō neceſſarias Cupidines acuunt. Hunc talem Plato Lucricupidinem, atque Accipitrem pecuniæ nominauit: qualis popularis exiſtit, cùm Indulgentia Cupidines laboratæ, non ſolùm iuſtis deſideriis exardeſcunt; ſed his æquè obuiæ atque occurſantes, & illam conſiliariam, & illam alteram rationabilem Animam conditionibus ſuis preſſerunt. Tyrannidis eſt luxurioſa & plena libidinis vita: quæ ex di-

ex diuerſis & illicitis Voluptatibus conflata, Mente tota dominatur. Quis itaque non peſſimum eum, non ſolum turpem, & damnoſum, & contemptorem Deorum, & immoderatam, & inhumanam, atque inſociabilem vitam ait viuere? Sed nec cum proximis ſecúmue congruere, atque ideo non modò à ceteris, verùm etiam à ſe diſcrepare: nec aliis tantum, ſed ſibi inimicum eſſe. & iccirco hunc talem neque bonis, nec omnino cuiquam, nec ſibi quidem amicum eſſe: ſed illum peſſimum videri, quòd nulla malignitatis ſuperlatio poſſit excedere. Hunc talem numquam in agendis rebus expedire ſe poſſe, non ſolùm propter Inſcitiam, ſed quòd ipſe etiam ſibimet ſit ignotus, & quòd perfecta Malitia ſeditionem Mentibus pariat: impediens incœpta eius, atque meditata conſilia, nec permittens quidquam eorum quæ volet. Quapropter peſſimo deterrimoq́; , non ea tantum vitia quæ ſecundum naturam ſunt, pariunt execrabilitatem, vt eſt Inuidentia, vt eſt de alienis incommodis gaudium! ſed etiam quæ Natura non reſpuit. Voluptatem dico, atque Aegritudinem, Deſiderium, Amorem, Miſericordiam, Metum, Pudorem, Iracundiam. Iccirco autem hoc euenit, quòd immoderatum ingenium, in quæcunque proruerit, modum non habet. atque ideo ſemper ei aut deeſt aliquid, aut redundat. Hinc eiuſmodi hominis Amor omni tenore corruptus, quod non ſolum effrenatis Cupiditatibus & inexplicabili ſiti haurire auet omnia genera Voluptatis, ſed etiam quòd formæ iudicio, irrationabili errore diſtrahitur: ignorans veram Pulcritudinem, & corporis effœtam & eneruem & fluxam cutem deamans. nec ſaltem coloratos Sole, aut exercitatione ſolidatos, & opacos vmbra, vel molles deſidia, ſed cura nimia modulatos artus magni facit. Non ſponte graſſari Malitiam multis modis conſtat. Namque Iniuriam inordinatam paſſionem, & ægritudinem Mentis eſſe ait. vnde liquidò arbitratur, homines nō ſponte ferri.

Quis enim tantum mali voluntate ſuſciperet, vt in optima mentis ſuæ parte ſcelus & flagitium ſciens veheret? Cùm ergo poſſeßio Mali ab imprudentibus capitur; vſum eius & actiones oportet ab ignorantibus ſuſtineri. Iccircoq; id peius eſt, quàm noceri. Etenim in his rebus nocetur quæ ſunt viliores, Corporis ſcilicet. quæ vel imminui poſſunt, vel fraudibus interire: illæſis potioribus, quæ ad ipſam attinent Animam. Sed eis nocere longè peius eſſe. Ex quo intelligi poteſt, quòd animis bonis eo vitio pernicies infertur: pluſq; illi nocet qui alium cupit perditum, quàm illi nocet aduerſum quem talia machinatur. & cùm noceri alteri Malorum omnium noxium ſit; multo grauius eſt, ſi qui nocet, habeat impunè. grauiuſq; & acerbius eſt omni ſupplicio, ſi noxio impunitas differatur, nec hominum interim animaduerſione plectatur. Sed grauius, quàm acerbiſsimorum morborum carere medicina, medentes fallere: nec vri, nec ſecari eas partes, quarum dolore incolumitati reſiduarum partium conſulatur. Quare vt optimi medici conclamatis deſperatiſq; corporibus non adhibent medenteis manus, ne nihil profutura ratio doloribus ſpatia promulget: ita eos quorum Animæ vitiis imbutæ ſunt, nec curari queunt, medicina Sapientiæ emori præſtat. Nam cui nec ex Natura nec ex Induſtria, rectè viuendi ſtudium conciliari poteſt, vita exiſtimat Plato eſſe pellendum: vel ſi cupido vitæ eum teneat, oportere Sapientibus tradi, quorum arte quadam ad rectiora flectatur. Et eſt ſanè melius talem regi, nec ipſum in alios habere poteſtatem, nec dominari: ſed ſeruire, ipſum aliorum adiici poteſtati, parendi potius quàm iubendi officium ſortitum. Virum peßimum non ſolum deteriorem eſſe ducebat, quòd diſtrahatur ſemper additione vitiorum, etſi deſiderium æſtibus differtur: qui quanto plurium cupidior ſit, tanto ſibimet egentior, & propterea aliis videri poteſt. Sperata quippe, atque exoptata vix pauca, & cum maxima

ærumnis

ærumnæ proueniunt. Huq; flagrantiores cupidines floreſq; ſuccedunt. nec futuris tantummodo angitur Malis, verùm etiam præteritis tranſactiſq; torquetur. Quos omneis morte ſola ab eiuſcemodi Malis deduci poſſe manifeſtum eſt. Sed adprimè bonos, etiam ſine mediocritate deterrimos, paucos admodum, rarioreſq; etiam, vt ipſe ait, numerabiles eſſe: eos autem qui nec planè optimi, nec oppidò deterrimi ſint, ſed quaſi mediè morati, plures eſſe. Sed neque ſuperiores obtinere recta omnia, neque inferiores in omnibus labi. Horum vitia nec grauata, nec intempeſtiua ſunt, aut minimum criminoſa. quorum ſubſtantia eſt ex Redundantia vel Defectu. quibus & adprobationis integritas & modus eſt. & qui inter Laudem Vituperationemq; mediam viam vadant, vſque capeſſendarum eiuſmodi ſtudia excitantur: vt nunc Boni atque Honeſti eos ratione inuitent; nunc inhoneſta Lucra & turpes illiciant Voluptates. Talibus viris nec Amicitiarum fides perſeueret, & Amores non ſemper improbi, nec honeſti tamen, eorum animos incurrunt. Perfectè Sapientem eſſe non poſſe dicit Plato, niſi ceteris ingenio præſtet, artibus & Prudentiæ partibus abſolutus, atque à puero iam imbutus, factis congruentibus & dictis aſſuetus: purgata & effœta Animi Voluptate, eiectis ex animo hinc Abſtinentia atque Patientia, atque doctrinis ex rerum Scientia Eloquentiaq; venientibus. Eum qui per hæc profectus fidenti & ſecuro gradu Virtutis via graderetur, adeptum ſolidam viuendi rationem, repentè fieri perfectum: hoc eſt, repentè præteriti futuriq; æui vltimas partes attingere, & eſſe quodammodo intemporalem. Tum poſt hæc vt his excluſis, inſertiſq; & immiſsis omnibus quæ ad Beatam vitam fuerunt, non ex aliis pendêre, nec ab aliis deferri ſibi poſſe, ſed in ſua manu eſſe, Sapiens rectè putat. Quare nec in ſecundis rebus effertur, nec contrahitur in aduerſis: cùm ſe ornamentis ſuis ita inſtructum ſciat, vt

ab iis nulla vi ſegregetur. Hunc talem non ſolum inferre, ſed ne referre quidem oportet Iniuriam. Non enim eam Contumeliam putat, quam improbus faciat: ſed eam non putat, quam Patientia firmiter toleret. Qua quidem Naturæ lege in animo eius ſculptum ſit, quod nihil bonum poßit nocere Sapienti, quæ opinantur ceteri Mala eſſe. Equidem Sapientem illum, conſcientia ſua fretum, ſecurumq́ꝫ & confidentem in omni vita dici futurum; quod & omnia
249 *accidentia reputet, & ad meliores rationes trahat: & quòd nihil moroſe vel difficulter excipiat, ſibiq́ꝫ perſuaſerit pertinere res ſuas ad immortaleis Deos. Idem ille diem mortis ſuæ propitius nec inuitus exſpectat; quòd de Animæ immortalitate confidat. Nam vinculis liberata corporeis, Sapientis Anima remigrat ad Deos: & pro merito vitæ purius caſtiusúe tranſactæ, hoc ipſo Deorum ſe conditioni conciliat. Eumdem Sapientem optimum nominat, ac bonum, ac prudentem rectè arbitratur: cuius ſanè conſilia cum factu rectißimis congruunt, & cui Principia profecta ſunt à iuſti ratione. Ad hoc Sapientem & fortißimum dicit eſſe, eum qui vigore mentis ad omnia perpetienda ſit paratus. Inde eſt, quòd Fortitudinem neruos Animi, ipſasq́ꝫ ceruices ait: vt*
250 *Ignauiam animi Animæ ait imbecillitati eſſe finitimam. Diuitem hunc ſolum quidem rectè putat: quippe cùm theſauris omnibus pretioſiores ſolus videatur poßidere virtutes. quia etiam ſolus Sapiens opes poteſt in vſibus neceſſariis regere, videri ditißimus debet. Nam ceteri, quamuis ſint opibus affluentes, tamen quòd vel vſum earum neſciant, vel deducant eas ad peßimas partes, inopes videntur. Egeſtatem namque non abſtinentia pecuniæ, ſed præſentia immoderatarum Cupidinum gignit. Philoſophum oportet, ſi nihil indigens erit, & omni Fortunæ contumax, & ſuperior iis quæ homines acerba toleratu arbitramur; nihil ſic agere, quam vt ſemper ſtudeat Animam Corporis conſortio ſeparare.*

rare: & ideo exiſtimandum Philoſophiam eſſe mortis affectum, conſuetudinemq́; moriendi. Bonos omneis inter ſe oportet amicos eſſe, etſi ſunt minus noti: & poteſtate ipſa, qua mores eorum, ſectæq́; conueniunt, amici ſunt habendi. Paria quippe à ſimilibus non abhorrent. Vnde inter ſolos Bonos fidem Amicitiæ eſſe conſtat. Sapientia Boni amatorem adoleſcentem facit, ſed eum qui probitate ingenij ſit ad Artes bonas promptior. Nec deformitas corporis talem poterit abigere appetitum. Nam cùm ipſa Anima complacita eſt, homo totus adamatur: ſed cùm corpus expetitur, pars eius deterior eſt cordi. Iure igitur putandum eſt, eum qui ſit ignarus Bonorum, cupitorem quoque eiuſmodi rebus eſſe. His enim ſolus bonus deſiderijs accenditur, qui Bonum illud oculis Animi videt: hoc eſt, eſſe Sapientem. Iſtud quoque quoniam qui eſt ignarus, oſor quoque, nec amicus Virtutum ſit neceſſe eſt. Nec fruſtra hic talis amator eſt turpium Voluptatum. Sapiens non modò meræ Voluptatis quidem alicuius gratia veniet ad agendum, niſi præſto fuerint honeſta emolumenta Virtutis. Hunc eundem cum huiuſmodi Voluptate oportet vitam viuere honeſtam, & admirabilem, plenamq́; Laudis & Gloriæ: neque harum modò rerum cauſa ceteris omnibus præferri, verùm etiam iucunditate & ſecuritate ſolum & ſemper frui. Nec angetur cariſſimis orbatus affectibus: vel quòd ex ſe omnia ſunt apta quæ ad Beatitudinem pergunt; vel quòd decreto & lege rectæ Rationis interdicitur eiuſmodi afflictatio. Et quid ſi de tali ſe cauſa diſcruciet, illam ægritudinem vel propter eum qui eſt emortuus ſuſcipiat, quaſi in peiore ſit parte: aut ſua gratia, quòd tali neceſſitudine doleat ſe priuatum eſſe? Sed neque obiti cauſa lamentationes ſuſcipi oportet; ſi ſciamus illum neque aliquid mali paſſum: ac ſi fuerit bonæ voluntatis, etiam melioribus aggregatur. Neque enim alieni gratia, vt qui in ſe reponit omnia; nec cuiuſquam abſentia Vir-

tia Virtutis eſſe indigens poteſt, cuius perpetuam poſſeſſionem ſibi vindicat. Igitur ſapiens non erit triſtis. Sapientiæ finis eſt, vt Dei meritis ſapiens prouehatur: hancq; futuram eius operam, vt æmulatione vitæ ad Deorum actus accedat. Verùm hoc ei poterit prouenire, ſi virum perfectè iu-
253 ſtum, pium, prudentem ſe præbeat. Vnde non ſolum in proſpectandi cogitatione, verùm etiam agendi opera ſequi eum conuenit, quæ Diis atque hominibus ſunt probata. Quippe cùm ſummus Deorum cuncta hæc non ſolum cogitationum ratione conſideret, ſed prima, media & vltima obeat, compertaq; intimæ Prouidentiæ ordinationis vniuerſitate & Conſtantia regat. Verùm enimuero illud omnibus
25 Beatum videri, cui & Bona ſuppetunt, & quemadmodum carere vitiis debeat, callet. Vna quidem Beatitudo eſt, cùm ingenij noſtri præſentia tutamur, quæ perficimus: alia cùm ad perfectionem vitæ nihil deeſt, atque ipſa ſumus contemplatione contenti. Vtrarumque autem Felicitatum origo & ex Virtute manat, & ad ornamentum quidem genialis loci eſt virtutis. Nullis extrinſecus eorum quæ Bona dicimus, adminiculis indigemus. Ad vſum autem Vitæ communis, Corporis cura, & eorum quæ extrinſecus veniunt, præſidiis opus eſt: ita tamen, vt hæc eadem fiant Virtute meliora, eiuſq; ſuffragio Beatitudinis commodis copulentur, ſine qua hæc in bonis minimè ſunt habenda. Nec fruſtra eſt, quòd ſola Virtus fortunatiſſimos poteſt facere; cùm abſque hac ex aliis proſperis non poſſit felicitas inueniri. Sapientem quippe pediſſequum & imitatorem Dei dicimus, & ſequi arbitramur Deum, id eſt τὸν θεόν. Non ſolùm autem oportet, dum vitam colit, digna diſcere, nec ea agere quæ eorum
254 maieſtati diſpliceant, verùm & tunc cùm corpus relinquit. quod nō faciet inuito Deo. Nam etſi in eius manu eſt Mortis facultas, quamuis ſciat ſe terrenis relictis conſecuturum eſſe meliora; niſi perpetiendum iſtud lex diuina decreuerit,

accerſire

accerſire tamen eum Mortem non debere. etſi antè acta vitæ ornamenta cohoneſtant; honeſtiorem tamen eſſe, ſecundi rumoris oportet, cùm ſecurus de poſteritatis ſuæ vita, ad immortalitatem Animam ire permittit: eóq; quod piè vixerit, percipit fortunatorum habitaturam locum in Deorum choreis Semideûmq; permiſtam. De ciuitatum verò conſtitutione, de obſeruatione regendarum Rerumpublicarum, ita iubet Plato. nam principiò ciuitatis definit formam ad hunc modum: Ciuitatem eſſe coniunctionem hominum plurimorum, in quibus ſunt regentes, alij citeriores coniuncti inter ſe concordiæ, & inuicem ſibi opem atque auxilium deferentes, iiſdem legibus, rectis tamen, officia ſua temperantes, vnamq; ciuitatem, iiſdem mœnibus illam futuram, & eadem velle & nolle incolarum mentem aſſueuerunt. Quare ſuadendum fundatoribus Rerumpublicarum, vt vſq; ad id locorum, plebes ſuas ab eodem eidem rectori noti eſſe poſſint, nec ſibimet incogniti. ſic enim fiet, vt omnes vna mente ſint, æquumq; ſibi factum velint. Magnam ſanè Ciuitatem non habitantium multitudine, eorumq; magnis viribus vti oportet. Vires enim non Corporis, nec Pecuniæ, collectas dominatione multorum, æſtimandas putat, cum Vecordia Impotentiaq;: ſed cum decreto communi Virtutibus omnibus ornati viri, incolæ, & omnes fundati Legibus obſequuntur. Ceteras verò, quæ non ad hunc modum forent conſtitutæ, non arbitrabatur ſanas Ciuitates. Eas demum fundatas ratione dicebat eſſe, quæ ordinatæ ad inſtar animarum forent: vt pars optima, quæ Sapientia Prudentiaq; præcellit, imperitet multitudini: &, vt illa totius habet curam corporis, ita Prudentiæ delectus tueatur vniuerſæ commoda Ciuitatis. Fortitudo etiam, pars virtutis ſecunda, vt vi ſua adpetentiam caſtigat, & reprimit; ita in Ciuitate vigilet, excubitorum loco quidem. militet iuuentus prò vtilitate cunctorum. Sed inquietos & indomitos, ac prò-

pterea peſsimos ciues refrenet, contineat, ac ſi neceſſe ſit, frangat potioris cum cõſilij diſciplina. Illam verò Deſideriorum tertiam partem plebi & agricolis parem dicit, quam exiſtimat moderatis vtilitatibus ſuſtinẽdam. Atenim Rempublicam negat poſſe conſiſtere, niſi is qui imperitet habeat Sapientiæ ſtudium; aut is ad imperandum eligatur, quem eſſe inter omnes ſapientiſsimum conſtet. Et huiuſcemodi moribus cunctos ciues imbuendos eſſe dicit, vt iis in quorum tutelam atque fidem Reſpublica vlla credatur, auri atque argenti habendi cupido nulla ſit. Nec ſpecie communi priuatas opes adpetant, nec huiuſmodi hoſpitia ſuccedant, vt ceteris ianua non recluſa. cibos victumq́; ita ſibi curent; vt acceptam mercedem ab his quos protegunt, cõmunibus epulis inſumant. Matrimoniaq́; non priuatim maritanda eſſe, ſed fieri communia; deſpondentibus eiuſmodi nuptias publicæ ciuitatis ſapientibus & magiſtratibus, & ſorte quadam ei negotio præditis: idq́; præcipuè curantibus, ne diſpares ſui, vel inter ſe diſsimiles copulentur. His aduertitur vtilis neceſſariaq́; confuſio, vt permixta nutrimenta puerorum, ignotorum adhuc, agnitionis parentibus afferat difficultatem: vt, dum ſuos liberos neſciunt, omnes quos viderint eius ætatis, ſuos credant; & veluti communium liberorum omnes omnium ſint parentes. Hæc ipſorum connubiorum quæritur tempeſtiua coniunctio. cuius futuram ſtabilem fidem credit, ſi cum harmonia Muſicæ dierum conſonent numeri: & qui de talibus nuptiis erunt orti, ſtudiis congruentibus imbuentur, & optimis diſciplinis communi præceptorum magiſterio docebuntur, non virile tantummodo, verùm etiam feminarum. quas vult Plato omnibus partibus, quæ propriè virorum putantur, coniungendas eſſe, bellicis etiam. quippe cum vtriſque Natura vna ſit, eamdem eſſe Virtutem. Eiuſdem Ciuitatẽ nullis extrinſecus latis Legibus indigere. regia quippe prudentia & eiuſmodi inſtitutis ac

moribus,

moribus, quibus dictum eſt, fundata, ceteras Leges non requirat. Et hanc quidem, vt figmentum aliquod veritatis, exempli cauſa per ſe compoſitam vult eſſe Rempublicam. Sed & alia optima quidem, & ſatis iuſta, & ipſa quidem ſpecie, & dicis cauſa Ciuitas fabricata, non vt ſuperior ſine euidenti. ſed iam cum aliqua ſubſtantia in hac non ſuo nomine, & de ſtatu & de cõmodo ciuitatis requirens originis eius principia & fundamenta diſponit: ſed eò tendit, quemadmodum ciuilis gubernator eiuſmodi locum, conuentusq́; multitudinum nactus, iuxta naturam præſentium rerum & conuenarum, debeat facere Ciuitatem plenam bonarum Legum & Morum bonorum. In hac equidem eaſdem puerorum nutricationes, eaſdem vult eſſe artium diſciplinas. Sed in connubiis & partubus ac domibus deſciſcit à prioribus, obſeruatione Reipublicæ matrimonia priuata & ſingularia faciens pro quoque ipſorum. Et ſi in contrahendo matrimonio conſulere voluntatem ſuam debeant; vniuerſa tamen Ciuitatis principibus, vt communis cõmodi cauſam decernit, ſpectandam eſſe. Quare & dites inferiores nuptias non recuſent, & locupletium conſortiũ inopes conſequantur: & ſi vires opum congruunt, ingenia tamẽ diuerſa miſcenda eſſe: vt iracundo tranquilla iungatur, & ſedato homini incitatior mulier applicetur. vt talibus obſeruationum remediis, ſoboles natura diſcrepante confecta, mox prouentu meliore coaleſcat: & ita compoſitarum domorum opibus Ciuitas augeatur, puerperiaq́; ipſa morum diſſimili ſeminio concepta, cum vtriuſq. inſtar ſimilitudinis traxerint; neque illis vigorem in rebus gerendis, neque tamen ſpectandis conſiliũ defuturum. Inſtituendos verò eſſe eos, vbicunque Ciuitatis parentes cenſuerint. Domos verò & poſſeſſiones habeant priuatas, vt queũt ſinguli. quæ quidẽ nec immenſum augeri per Auaritiã, nec prodigi per Luxuriã, aut deſeri per Negligentiã ſinant. Legesq́; Ciuitati huic promulgari iubet,

28 & Legum moderatorem, cùm aliquid tale concipiet, ad contemplandas Virtutes hortatur. Imperitandi autem mo-
261 dum eum eſſe vtilem cenſet, qui ex tribus fuerit temperatus. Nec enim vel Optimatium, vel etiam Popularis imperij ſolos & meros ſtatus vtiles arbitratur; nec impunitas rectorum culpas relinquit: ſed magis cenſet his debere conſtare rationem, qui ſint potiores poteſtate. Et alij Publicarum rerum ſtatus definiti ab eo. In actuoſa verò Ciuitate deſcribit, quemadmodum ſimul omnis hominum multitudo Bonitate & Iuſtitia conducta habeantur. Hi tales complectentur proximos, Honores cuſtodient, Intemperantiam arcebunt, Iniuriam refrenabunt: Prudentiæ ornamentis, ceteriſq; honores maximos deferentes. Nec temerè multitudo conuolet ad eiuſmodi Rerumpublicarum ſtatus, niſi qui optimis legibus & egregiis inſtitutis fuerint educati, moderati erga ceteros, inter ſe congruentes. Quatuor culpabi-
262 lium ciuium genera ſunt. vnum eorum qui ſunt honore præcipui: alterum paucorum, penès quos rerum eſt poteſtas: tertium omnium: vltimum dominationis tyrannicæ. Et primum quidem fit, cùm prudentiores viri per magiſtratus ſeditioſos ciuitate pelluntur, deferturq; poteſtas ad illos, qui ſunt manu tantùmodo ſtrenui: nec ij qui blandiore conſilio agere res poſſint, adipiſcuntur iamiam imperij facultatem, ſed qui turbidi, violentiq; ſunt. Paucorum verò ſtatus obtinetur; cùm inopes, criminoſi, multi ſimul paucorum diuitum potentiæ ſubiacentes, dederint ſe, atque permiſerint: omnemq; regendi poteſtatem nec mores boni, ſed opulentia fuerit conſecuta. Popularis autem factio roboratur, cùm inops multitudo obtinuerit aduerſus diuitum facultates: Lexq; iuſſu populi fuerit promulgata, vt ex æquo liceat omnibus honores capeſſere. Ad hæc, Tyrannis illa, ſingulare dominationis caput, tunc oritur, cùm ciuis, qui Le-
263 ges contumacia ſua ruperit; ſimili Legum coniuratione adopta-

adoptatus Imperium inuaſerit : conſtituens deinceps, vt omnis ciuium multitudo deſideriis eius & cupiditatibus parens, obſequium ſuum tali fine moderetur.

L. APVLEII
DE DEO SOCRATIS.
LIBER VNVS.

QVI me voluiſtis dicere ex tempore, accipite rudimentum, poſt experimentum. Quippe, prout mea opinio eſt, bono periculo periculum faciam, poſtquam reprobata meditata ſum dicturus incognita. Nec enim metuo, ne in friuolis diſpliceam, qui in grauioribus placui. Sed me omnifariam noueritis: & in iſto, vt ait Lucilius, ſchedico & incondito experimini, an idem ſim repentinus, qui præparatus; ſi qui tamẽ tum veſtrûm nondum ſubitaria iſta noſtra cognoſcitis. quæ ſcilicet audietis, pari labore quo ſcribimus, venia propenſiore qua legimus. Sic enim fermè aſſolet apud prudẽtes viros eſſe in operibus iudicatio reſecatior, in rebus ſubitariis venia prolixior. Scripta enim penſiculatis & examinatis: repentina autem noſcitis ſimul & ignoſcitis, nec iniuria. Illa enim quæ ſcripta legimus, & tacentibus nobis talia erunt, qualia illata ſunt: hæc verò impræſentiarũ, & quaſi nobiſcum patienda ſunt, talia erunt, qualia vos illa fauendo feceritis. Quanto enim exinde orationi modificabor, tanto à vobis in maius tolletur. Vos enim aduerto libẽter audire. Proinde in manu veſtra ſitũ eſt, vela noſtra ſinuare, & iam immittere; ne pendula & flaccida, neue reſtricta & caperata ſint. At ego, quod Ariſtippus dixit, experiar : Ariſtippus ille Cyrenaicæ ſectæ repertor, quodq; malebat ipſe, Socratis diſcipu-

diſcipulus. Eum quidam tyrannus rogauit, Quid illi Philoſophiæ ſtudium tam impenſum, támque diutinum profuiſſet? Ariſtippus reſpondit: Vt cum omnibus, inquit, hominibus ſecurè & intrepidè fabularer. Verbo ſubito ſumpta ſententia eſt, quia de repentino oborta eſt. quam, velut in materia lapides temerario interiectu, poni neceſſe eſt: neq. interiecto intrinſecus pondere, neque collineato pro fronte ſitu, neque cohibentibus ad regulam lineis. Quippe qui ſtructum orationis huius egomet, non è mõte modò lapidem directò cæſum afferam, probè omniſariam complanatum leniter ad extremas oras, ad vnguem coæquatum; ſed quæ operi accõmodem, vel inæqualitate aſpera, vel læuitate lubrica, vel angulis eminula, vel rotundo volubilia: ſine regulæ correctione, & menſuræ parilitate, & perpendiculi ſolertia. Nulla enim res poteſt eſſe eadem, feſtinata ſimul & examinata: nec eſſe quidquã omniũ, quod habeat & laudem diligentiæ ſuæ ſimul, & gratiã celeritatis. Præbui me quorumdam voluntati, qui oppidò voluerunt, quæ à me deſiderabantur, vt dicerẽ ex tempore. Et eſt herculè formido, ne id mihi euenerit, quod coruo ſuo eueniſſe Æſopus fabulatur. Id erit, ne, dum laudem hanc nouã captare apparo, illam quam antè peperi, cogar amittere. Sed de Apologo quæritis. non pigebit aliquid fabulari. Coruus & vulpes vnam offulam ſimul viderant, eamq́; raptum feſtinabant pari ſtudio, impari celeritate: vulpes curſu, coruus volatu. Igitur ales beſtiã præuenit, & ſecundo flatu, paſſis alis, vtrumque prælabitur. & iam anticipat. atque ita præda ſimul & victoria lætus, in ſublime euectus, in quadam proxima quercu, in ſummo eius cacumine tutus ſedit. Eóque tum vulpes, quò alipedem nequibat conſequi, dolum iecit. namque eamdem arborem ſucceſſit: & ſubſiſtens, cùm ſupernè victorem præda ouantem videret, laudare aſtu adorta eſt. Næ ego inſcita, quæ cum alite Apollinis fruſtra certauerim. quippe

*cum pridem tam concinnũ eſt, neq. oppidò paruum, neque nimis grande ſit, ſed quantũ ſatis ad vſum, decoremq;: pluma mollis, caput argutũ, roſtrũ validum. Iam ipſe oculis perſpicax, vnguibus tenax. nam de colore quid dicã? Enimuerò cùm duo colores præſtabiles forent, piceus & niueus, quibus inter ſe nox cum die differunt; vtrumque colorem Apollo ſuis alitibus condonauit: candidũ olori, nigrũ coruo. Quod vtinam ſicuti cygno cantũ indulſit, ita huic quoque vocem tribuiſſet! ne tam pulcra ales, quæ ex omni auitio longè præcellit, viduata delicie facundi Dei, muta viueret, & elinguis. Id verò vt coruus audit, hoc ſolum ſibi præ ceteris deeſſe, dum vult clariſſimè clangere, vt ne ad hoc ſaltem olori concederet; oblitus offulæ, quã mordicus retinebat, toto rictu hiauit. atque ita quod volatu pepererat, cantu amiſit. enimuerò vulpes quod curſu amiſerat, aſtu reciperauit. Eamdem iſtam fabulam in pauca cogamus, quantũ poteſt fieri, cohibiliter. Coruus vt ſe vocalem præberet, quod ſolum deeſſe tantæ eius formæ vulpes ſimulauerat, crocitare adortus, præda, quam ore geſtabat, ſeductricem compotiuit. Iamdudum ſcio, quod hæc ſignificari flagitetis vobis Latinè, vt neutra pars veſtrûm, nec qui Græcè nec qui Latinè petebatis, dictionis huius expertes abiretis. Quapropter ſi ita videretur, ſatis oratio noſtra atticiſſauerit. Tempus eſt, in Latium demigrare de Græcia. Nam & quæſtionis huius fermè media tenemus: &, quantum mea opinio eſt, pars iſta poſterior per illa Græca quæ anteuertit, nec argumentis ſit effætior nec ſententiis rarior, nec exemplis pauperior, nec oratione defectior. Plato omnem Naturam rerum, quæ ad animalia iure pertineat, trifariam diuiſit: cenſuitque ſummos Deos, ſummum, medium, & infimum. Fac intelligas non modò loci diſcluſione, verùmetiam Naturæ dignitate: quæ & ipſa neque vno, neque gemino modo, ſed pluribus cernitur. Ordiri tum manifeſtius fuit à loci diſpoſitione.

Nam,

Nam, perinde vt maieſtas poſtulabat, Diis immortalibus
cælum dicauit. quos quidē Deos cælites partim viſu vſurpa-
mus, alios intellectu veſtigamus. Ac viſu quidem cernimus,

——Vos ô clariſſima mundi
Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum.

Nec modò iſta præcipua: Solem diei opificem, Lunamq; So-
117 *lis æmulam, noctis decus: ſeu corniculata, ſeu diuidua, ſeu*
42 *pertumida, ſeu plena ſit: varia ignium face, quanto longius*
faceſſat à Sole, tanto longius colluſtrata: pari incremento
itineris & luminis, menſem ſuis actibus ac paribus diſpendiis
extimans: ſeu illa proprio, ſeu perpeti candore, vt Chaldæi
arbitrantur, parte luminis compos, parte altera caſſa ful-
goris, pro circumuerſione oris diſcoloris, multiuaga, pol-
lens, ſpeciem ſui variat: ſeu tota proprij candoris expers,
118 *alienæ lucis indiga, denſo corpore, ſeu leui, ceu quodam*
ſpeculo radiis Solis obſiſtit, & aduerſi vſurpat, vt verbis
vtar Lucretij,

Notam iactat de corpore lucem.

Vtraque harum vera ſententia eſt. Nec hæc poſtea video,
119 *cur neque de Sole, neque de Luna quiſquam Græcus aut*
Barbarus facilè coniectauerit Deos eſſe; nec modò iſtos, vt
120 *dixi, verùm etiam Stellas, quæ vulgò ab imperitis nunccu-*
pantur: quæ tamen indeflexo & certo & ſtato curſu meatus
longè ordinatiſſimos diuinis vicibus æternos efficiunt. Varia
quippe curriculi viciſſitudine aſſimulant pro ſitu & flexu,
& obſtituto circulorum. quos probè callet qui ſignorum or-
tus & obitus comperit in eorum viſibilium Deorum nume-
ro. Cetera quoque ſidera, qui cum Platone ſentis, locato:
121 *Arcturum, Geminos, Leonem, aliosq; itidem radiantes*
Deos, quibus cæli chorum comptum & coronatum ſuda
tempeſtate viſimus, pictis noctibus, ſeuera gratia, toruo de-
core: ſuſpicientes in hoc perfectiſſimo mundi, vt ait Ennius,
clypeo, miris fulgoribus variata cælamina. Eſt aliud genus

Deorum,

Deorum, quod natura viſibus noſtris denegauit. nec non tamen intellectu eos mirabundi contemplamur, acie mentis acrius contemplantes. Quorum in numero ſunt illi duodecim numero, ſitu nominum in duos verſus ab Ennio coartati:

Iuno, Veſta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo,

ceterique id genus, quorum nomina quidem ſunt noſtris auribus iam diu cognita: poſſumus verò animis coniectare, per varias vtilitates in vita agenda animaduerſas in iis rebus, quibus eorum ſinguli curant. Ceterùm profanæ Philoſophiæ turba imperitorum, vana ſanctitudinis, priua veræ rationis, inops religionis, impos veritatis ſcrupuloſiſſimo cultu, inſolentiſſimo ſpiritu, Deos negligit: pars in ſuperſtitionem, pars in contemptum tumida. Hos namq; cunctos Deos, in ſublimi ætheris vertice locatos, ab humana contagione procul diſcretos plurimi, ſed non ritè venerantur: omnes, ſed inſciè, metuunt: pauci, ſed impiè, diſſitentur. Quos Deos Plato exiſtimat veros, incorporaleis, animaleis, ſine vllo neque fine neque exordio, ſed prorſus ac retro æuiternos, corporis contagione ſua quidem natura remotos, ingenio ad ſummam beatitudinem porrecto, nullius extrarij boni participatione, ſed ex bono & ad omnia competentia prono nutu, facili, ſimplici, libero & abſoluto. quorum parentem, qui omnium rerum dominator atque auctor eſt, ſolum ab omnibus nexibus patiendi aliquid, gerendíue, nulla vice ad alicuius rei mutua obſtrictum. Cur ego nunc dicere exordiar? cùm Plato cæleſti facundia præditus, æquiperabilia Diis immortalibus diſſerens, frequentiſſimè prædicet, hunc ſolum maieſtatis incredibili quadam nimietate, & ineffabili, non poſſe penuria ſermonis humani, quauis oratione vel modicè comprehendi vix ſapientibus viris, cùm ſe vigore animi quantum licuit, à corpore ſemouerint, intelle-

ctum huius

ctum huius Dei : & id quoque interdum velut in altiſsimis tenebris, rapaciſsimo coruſcamine lumen candidum intermicare. Miſſum igitur hunc locum faciam, in quo non mihi tantum, ſed ne Platoni quidem meo valuerunt vlla verba, pro amplitudine rei, ſuppetere. Quid igitur faciam in rebus mediocritatem meam, & quidem longè ſuperantibus? receptui canam, tandemq́; orationem de cælo in terram deuocabo. in qua præcipuum animal homines ſumus. quamquam plerique ſe, incuria diſciplinæ, ita omnibus erroribus deprauarunt, ac piacularibus ſceleribus præbuerunt, &, propè exeſa manſuetudine generis ſui, immanè efferarunt; vt poſsit videri nullum animal in terris Homine poſtremius. Sed nunc non de errorum diſputatione, ſed de Naturæ diſtributione diſſeramus. Igitur homines ratione cluentes, oratione pollentes, immortalibus animis, moribundis membris, leuibus & anxiis mentibus, brutis & obnoxiis corporibus, diſsimillimis moribus, ſimilibus erroribus, peruicaci audacia, pertinaci ſpe, caſſo labore, Fortuna caduca, ſingulatim mortales, cunctim tamen vniuerſo genere perpetui, viciſsim ſufficienda prole mutabiles, volucri tempore, tarda ſapientia, cita morte, querula vita terras incolunt. Habetis interim bina animalia: Deos ab hominibus plurimùm differentes, loci ſublimitate, vitæ perpetuitate, naturæ perfectione, nullo inter ſe propinquo cõmunicatu; cùm & habitacula ſumma ab infimis tanta intercapedine faſtigij diſpeſcant, & viuacitas illic æterna & indefecta ſit, hic caduca & ſubſiciua: ingenia illa ad beatitudinem ſublimata ſint, hæc ad miſerias infimata. Quid igitur? nullóne connexu hæc Natura ſeiunxit, ſed in diuinam & humanam partem ſeiugatam eſſe & interruptam, & veluti debilem paſſa eſt? Nam, vt idem Plato ait, nullus Deus miſcetur hominibus. ſed hoc præcipuũ eorum ſublimitatis ſpecimen eſt, quòd nulla contrectatione noſtra contaminatur. Pars eorum tamen obtutu

hebeti

hebeti viſuntur, vt Sidera: de quorum adhuc & magnitudine, & coloribus, homines ambigunt: cælo autem ſoli intellecta, neque prompto noſcuntur. Quod quidem mirari ſuper his immortalibus nequaquam congruit, cùm alioquin & inter homines qui Fortunæ munere opulentia elatus, & vſque ad regni mutabilem ſuggeſtum & pendulum tribunal euectus eſt, rarò aditus, & longè remotis arbitris in quibuſdam dignitatis ſuæ penetralibus degens. Parit enim conuerſatio contemptum, raritas conciliat ipſa rebus admirationem. Quid igitur, orator obiecerit aliquis, primò iſtam cæleſtem quidem, ſed pæne inhumanã tuam ſententiam miſſam faciam? ſi omnino homines à Diis immortalibus procul repelluntur, atque ita in hæc terræ Tartara relegantur, vt omnis ſit illis aduerſus cæleſtes Deos communio denegata; ne quiſquam eos è cælitum numero, velut paſtor, vel equiſio, vel bubſequa, ſeu balantum, vel hinnientium, vel mugientium greges, interuiſat, qui ferocibus moderetur, morbidis medeatur, egenis opituletur? Nullus, inquit, Deus humanis rebus interuenit. Cui igitur preces allegabo? cui vota nuncupabo? cui victimam cædam? quem miſeris auxiliatorem, quem fautorem bonis, quem aduerſatorem malis cum vita ciebo? Quem denique, quod frequentiſſimum eſt, iureiurando vti potero inter Troianos ſtirpe cognatos, & fortaſſe inter genteis prœlio cognitas? At enim inter nuculos recens cognitos, ſi nemo huic capiti crediderit, quis pro te Deus fidem dicet? An, vt ferociſſimo Mezentio,

dextra & telum quod miſſile libro?

Apageſis tam cruentos Deos: dexteram cædibus feſſam, telumq; ſanguine rubiginoſum. vtrumque idoneum non eſt, per quod adiures: vtne per iſta iurent; cùm ſit ſummi Deorum hic honor proprius. Nam & iuſiurandum dicitur, vt ait Ennius. Quid igitur iurabo? per Iouem lapidem, Romano vetuſtiſſimo ritu? Atqui, ſi Platonis vera ſententia eſt,

numquam ſe Deum cum homine communicare; facilius me
audierit lapis quàm Iupiter. non. Reſpondebit enim Plato
pro ſua ſententia, mea voce: Non vſque adeò ſeiunctos &
alienatos à nobis Deos prædico, vt ne vota quidem veſtra
arbitrer peruenire. Neque enim illos ſacris rerum humana-
rum, ſed à contrectatione ſola remoui. Ceterùm ſunt quæ-
dam diuinæ mediæ poteſtates, inter ſummum æthera & in-
133 fimas terras, in iſto interſita aëris ſpatio, per quas & deſi-
deria noſtra, & merita ad Deos commeant. hos Græco no-
mine δαίμονας nuncupant: inter mortaleis Cælicolaſq; ve-
ctores, hinc precum, inde donorum. qui vltro citroq; por-
tant, hinc petitiones, inde ſuppetias: ceu quidam vtrimque
interpretes & ſalutigeri. Per hos eoſdem, vt Plato in Sym-
poſio autumat, cuncta denuntiata, & Magorum varia mi-
racula, omneſq; præſagiorum ſpecies reguntur. Eorū quip-
134 pe de numero præditi curant ſinguli eorum, prouidè, vt eſt
cuique tributa prouincia: vel ſomniis confirmandis, vel extis
fiſſiculandis, vel præpetibus gubernandis, vel oſcinibus eru-
diendis, vel vatibus inſpirandis, vel fulminibus iaculandis,
vel nubibus coruſcandis, ceteriſque adeò per quæ futura di-
noſcimus. Quæ cuncta cæleſtium voluntate, & numine, &
auctoritate, ſed Dæmonum obſequio & opera atque cura:
135 vt Annibali ſomnia orbitatem oculi commoneant; Flaminio
auſpicia periculum cladis prædicent; Accio Nauio miraculum
cotis adiiciant: atque vt nonnulla regni futuri ſigna præcur-
rant. vt Tarquinius Priſcus aquila obumbretur ab apice,
Seruius Tullius flamma colluminetur à capite. Poſtremò
cuncta ariolûm præſagia, fulgurum bidentalia, carmina Si-
140 136 byllarum. quæ omnia, vt dixi, mediæ quæpiam poteſtates in-
ter homines ac Deos obeunt. Neque enim pro maieſtate
Deûm cæleſtium fuerit, vt eorum quiſquam vel Annibali
ſomnium pingat, vel Flaminio hoſtiam corrodat, vel Accio
137 Nauio cotiſicet, vel Sibyllæ fatiloquia verſificet: vel Tar-
quinio

atque opera eo ministerio fieri arbitrandum est. Horum enim manus et opera etc. etc.

*quinio velit apicem reddere; Seruio verò inflammare verticem, nec exurere. Non eſt operæ Diis ſuperis ad hæc deſcendere. Mediorum iſta ſortitio eſt: qui in aëris plagis terræ conterminis, nec minus confinibus cælo, perinde verſantur; vt in quacunque parte naturæ propria ſint animalia, & in æthere volantia, & in terra gradientia. Nam cum quatuor ſint elementa notiſſima, veluti quadrifariam natura magnis partibus diſtermina, ſintq́; propria animalia terrarum & flammarum; ſiquidem & Ariſtoteles auctor eſt, in fornacibus flagrantibus quedã propria animalia pinnulis apta volitare, totumq́; æuum ſuum in igni deuerſari, cum eo exoriri, cumq́; eo extingui: præterea cum tot vaga ſidera, vt prius dictum eſt, ſurſum in æthere, hoc eſt in ipſo liquidiſſimo ignis ardore compareãt; cur hoc ſolum ex quatuor, elementum Aeris, quòd tanto ſpatio interſitum eſt, caſſum ab omnibus, deſertumq́; à cultoribus ſuis, Natura pateretur? quin in eo quoq; aere animalia gignerentur; vt in igni flammida, in vnda fluxa, in terra glebulenta? Nam quòd quidam aues aeri attribuat, falſum ſentire meritiſſimò dixeris, quippe quum auis nulla earum vltra Olympi verticem ſublimatur: qui cum excellentiſſimus omnium perhibeatur, tamẽ altitudinem perpendiculo ſi metiare, vt Geometræ autumant, ſtadia * * altitudo faſtigij nõ æquiperat; cum ſit aëris augmentum immenſum vſq; ad citimam Lunæ falcem, quæ porrò ætheris ſurſum verſus exordium eſt. Quid igitur tanta vis aeris, quæ ab humilibus Lunæ anfractibus, vſque ad ſummum Olympi verticem interiacet? quid tum? vacabitne animalibus ſuis, atque erit iſta Naturæ pars mortua ac debilis? Imò enim ſi ſedulò aduertas, ipſæ quoque aues ſemper terreſtre animal, non aerium, rectius perhibeantur. ſemper enim illis victus omnis in terra. ibidem pabulum, ibidem cubile. tantumq́; aera proximum terræ volando tranſuerberant. Cæterùm cum illis feſſa ſunt remigia pennarum, terra*

ceu por-

ceu portus eſt. Quod ſi manifeſtum flagitat ratio, debere propria etiam animalia in aere intelligi; ſupereſt vt quæ tandem & cuiuſmodi ea ſint, diſſeramus. Igitur terrena nequaquam, deuergunt enim pondere: ſed nec flammea, ne ſurſum verſus calore rapiantur. Temperanda ergo nobis pro loci medietate media natura, vt ex regionis ingenio ſit, & in cultoribus eius ingenium. Cedò igitur mente formemus, & gignamus omnino id genus corpus, tertia quædam animalia, quæ neque ſint tam bruta quàm terrea, neque tam leuia quàm ætherea, ſed quodammodo vtrimque ſeiugata. velut enim vtrimque commixta ſint, ſiue amolita, ſeu modificata vtriuſq; rei participatione. Sed facilius ex vtroque, quàm ex neutro intelligentur. Habeant igitur hæc Dæmonum corpora modicum ponderis, ne ad ſuperna incedant: aliquid leuitatis, ne ad inferna præcipitentur. Quod, ne vobis videar poëtico ritu incredibilia confingere, dabo primum exemplum huius libratæ medietatis. Neque enim procul ab hac corporis ſubtilitate nubes concretas videmus: quæ ſi vſque adeò leues forent, vt ea quæ omnino carent pondere, numquā infra iuga, vt ſæpenumero animaduertimus, grauatè caput editi mōtis, ceu quibuſdam curuis torquibus coronarent. Porrò ſi ſuapte natura tam ſpiſſæ ac graues forent, vt nulla illas vetuſtioris leuitatis admixtio ſubleuaret, profectò non ſecus quàm plumbi globus, vel lapis, ſuapte vi caducæ terris illiderentur. Nunc enimuero pendulæ & mobiles, huc & illuc, vice nauium, in aeris pelago ventis gubernantur: paululum immutantes proximitate & longinquitate. Quippe ſi aliquo humore fœcundæ ſunt, veluti ad fœtum edendum deorſum degraſſantur. Atque omnino humectiores humilius meant, Aquilonis agmine, tractu ſegniores: ſudis verò ſublimior curſus, & cum lanarum velleribus ſimiles aguntur, cauo agmine, volatu perniciore. Nonne audis, quid ſuper tonitrum Lucretius facundiſſimè diſſerat?

Princi-

Principiò tonitru quatiuntur cærula cæli
Propterea quia concurrunt ſublime volantes
Aetheriæ nubes, contrà pugnantibus ventis.
Nec fit enim ſonitus cæli de parte ſerena;
Verùm, vbicunque magis denſo ſunt agmine nubes,
Tam magis hinc magno fremitus fit murmure ſæpe.

Quod ſi nubes ſublimè volitant, omniuq; & exortus & terminus & retro defluxus earũ in terras eſt; quid tandem futura cenſes Dæmonum corpora, quæ ſunt concreta multo minus, & tanto ſubtiliora? Non enim ſunt ex hac fæculenta nubecula, tumida caligine conglobata, ſicuti nubium tenus eſt; ſed ex illo puriſſimo aeris liquido & ſereno elemento coalita: eaq; nemini hominum temerè viſibilia; niſi diuinitus ſpeciem ſui offerant. quòd nulla in illis terrena ſoliditas locum luminis occupauerit, qui noſtris oculis poſſit obſiſtere, qua ſoliditate noſtra offenſa acies immoretur; ſed fila corporum poſſident rara & ſplendida, & tenuia vſq. adeò, vt radios omnis noſtri tuoris & raritate tranſmittant, & ſplendore reuerberent, & ſubtilitate fruſtrentur. Hinc illa Homerica Minerua, quæ mediis cœtibus Graiûm cohibendo Achilli interuenit. verſum Græcũ, ſi pauliſper opperiamini, Latinè enuntiabo. atq. adeò hic ſit impræſentiarum. Minerua igitur, vt dixi, Achilli moderando iuſſu Iunonis aduenit,

Soli perſpicua, aſt aliorum nemo tuetur.

Hinc & illa Virgiliana matrona, quæ in mediis milibus auxiliabunda fratri conuerſatur,

——Miſcetque viris, nec cernitur vlli.

Protinusq; Plautinus miles ſuper clypeo ſuo gloriatur, Præſtringens oculorum aciem hoſtibus. *Ac ne cunctos longius perſequar, ex hoc fermè Dæmonum numero poetæ ſolent, haud procul à veritate, oſores & amatores quorumdam hominum deos fingere: hos proſperare & euehere; illos contra aduerſari & affligere. Igitur & misereri, & indi-*

gnari, & angi, & lætari, omnemq; humani animi faciem pati: ac ſimili motu cordis & ſalo mentis, ad omneis cogitationum æſtus fluctuare. Quæ omnes turbellæ, tempeſtateſq; procul à Deorum cæleſtium tranquillitate exulant. Cuncti enim cælites, ſemper eodem ſtatu mentis, æterna æquabilitate potiuntur. quæ numquam illis nec ad dolorem, nec ad voluptatem finibus ſuis pellitur. Nec enim mens illa à ſua perpetua ſecta ad quempiam ſubitum habitum dimouetur, nec alterius vi, nam nihil eſt Deo potentius, nihil Deo perfectius: nec ſuapte ſponte. Porro autem quid poteſt videri imperfectius fuiſſe, quàm is qui à priore ſtatu ad alium rectiorem ſtatum migrarit? cum præſertim nemo ſponte capeſſat noua, niſi quem pænituit priorum. Nõ enim poteſt ſubſequi illa mutatio, ſine præcedentium infirmatione. Quapropter debet Deus nullam perpeti vel operis, vel amoris, temporalem perfunctionem: & iccirco nec indignatione, nec ira contingi, nullo angore contrahi, nulla alacritate geſtire; ſed ab omnibus paſſionibus animi liber, nec dolere vmquam, nec aliquando lætari, nec aliquid repentinum velle vel nolle. Sed & hæc cuncta, vt hoc genus cetera, Dæmonum mediocritati congruunt. Sunt enim inter homines ac Deos, vt loco regionis, ita ingenio mentis interſiti: habentes communem cum Superis immortalitatem, cum Inferis paſſionem. Nam, perinde vt nos, pati poſſunt omnia animorum placamenta vel incitamenta: vt in ira incitentur, & in miſericordia flectantur, & donis inuitentur, & precibus leniantur, & contumeliis exaſperentur, & honoribus mulceantur, aliiſq; omnibus, ad ſimilem nobis modum, varientur. Quippe, vt finem comprehendã, Dæmones ſunt genere animalia, ingenio rationabilia, animo paſſiua, corpore aëria, tempore æterna. Ex his quinque quæ commemoraui, tria à principio eadem nobiſcum, quartum proprium, poſtremum commune cum Diis immortalibus habent. ſed

differunt

differunt ab his paſſione. Quæ propterea paſſiua non abſurde, vt arbitror, nominaui, quia ſunt iiſdem quibus nos perturbationibus obnoxij. Vnde & religionum diuerſis obſeruationibus, & ſacrorum variis ſuppliciis fides impertienda eſt. Etſi nonnulli ſunt ex hoc diuorum numero, qui nocturnis vel diurnis, promptis & occultis, lætioribus vel triſtioribus hoſtiis, vel cerimoniis vel ritibus gaudent: vti Ægyptia Minerua fermè plangoribus, Græca plerumque choreis, Barbara autem ſtrepitu cymbaliſtarum & tympaniſtarum & choraularum. Itidem pro regionibus in ſacris differunt longè, varietate pomparum agmina, miniſtrorum ſilentia, ſacerdotum officia, ſacrificantium obſequia: item Deorum effigies, vt eximiæ templorum regiones, hoſtiarum cruores & colores. Quæ omnia pro cuiuſque more ſolemnia & rata ſunt, vt plerumque ſomniis & vaticinationibus & oraculis comperimus ſæpenumero indignata numina, ſi quid in ſacris ſocordia vel ſuperbia negligatur. cuius generis mihi exempla affatim ſuppetunt. ſed adeò frequentata & celebrata ſunt, vt nemo ea commemorare adortus ſit, quin multo plura omiſerit quàm recenſuerit. Iccirco reſidebo impræſentiarum in his rebus orationem occupare. Quod ſi non apud omnes certam fidem, at certè penes cunctos notitiam promiſcuam poſſidet; hæc potius præſtiterit Latinè diſſertare: varias ſpecies diuinorum numinum à Philoſophis perhiberi, quo liquidius & plenius de præſagio Socratis, déque eius numine cognoſcatis. Nam quodam ſignificatu & animus humanus, etiam nunc in corpore ſitus, Dæmon nuncupatur.

——Diíne hunc ardorem mentibus addunt
Euryale? an ſua cuique deus ſit dira Cupido?

Igitur & bona Cupido animi, Deus bonus eſt. Vnde nonnulli arbitrantur, vt iam prius dictũ eſt, εὐδαίμονας *dici beatos, quorum dæmon bonus, id eſt, animus virtute perfectus eſt. quem noſtra lingua, vt ego interpretor, haud ſciam an*

bono, certè quidem meo periculo, poteris Genium vocare:
quoniam is Deus, qui eſt animus ſui cuiuſque, quamquam
ſit immortalis, tamen quodammodo cum homine gignitur:
152 vt eæ preces, quibus Genium precamur ad coniunctionem
noſtram. Nec deſunt qui videantur mihi obteſtari, corpus
atque animum duobus nominibus comprehendentes, quo-
rum communio & copulatio ſumus: vt ſecundo ſignatu ſpe-
cies Dæmonum ſit, animus humanus exutus & liber ſtipen-
diis vitæ corpore ſuo abiuratis. hunc vetere Latina lingua
reperio Lemurem dictitatum. Ex hiſce ergo Lemuribus, qui
poſteriorum ſuorum curam ſortitus, pacato & quieto nu-
mine domum poßidet, Lar dicitur familiaris. qui verò pro-
153 pter aduerſa vitæ merita, nullis bonis ſedibus in terra vaga-
tione, ceu quodam exilio punitur, inane terriculamentum
bonis hominibus, ceterùm noxium malis, hunc plerique Lar-
uam perhibent. Cùm verò incertum eſt quæ cuique eorum
ſortitio euenerit, vtrum Lar ſit an Larua; nomine Manium
deum nuncupant. & honoris gratia Dei vocabulum addi-
tum eſt. Quippe cùm eos Deos appellent, qui ex eorum nu-
mero iuſtè ac prudenter vitæ curriculo gubernato, pro nu-
mine poſtea ab hominibus præditi, fanis & cerimoniis vulgò
154 admittuntur: vt in Bœotia Amphiaraus, in Africa Mopſus,
in Ægypto Oſiris: alius alibi gentium, Aeſculapius vbique.
Verùm hæc omnis diſtributio eorum Dæmonum fuit, qui
quondam in corporis numero fuere. Sunt autem non poſte-
riores, præſtantiore longè dignitate. Genus aliud auguſtius
aio Dæmonum, qui ſemper à corporis compedibus & nexibus
155 liberi, procurantur certis precatibus. Quorum ſe numero
Somnus atq. Amor, diuerſam inter ſe vim poßident: Amor
vigilandi, Somnus ſoporandi. Ex hac ergo ſublimiore Dæ-
monum copia, Plato autumat ſingulis hominibus in vita
agenda teſtes & cuſtodes ſingulos additos: qui nemini con-
ſpicui, ſemper adſint; omnium non modò actorum teſtes,

verùm-

verùmetiam cogitatorum. Ac vbi vita edita remeandum eſt; eumdem illum qui nobis præditus fuit, raptare ilico & trahere veluti cuſtodiam ſuam ad iudicium, atque illic in cauſa dicenda aßiſtere: ſi qua commentiatur, redarguere: ſi qua vera dicat, aſſeuerare. prorſus illius teſtimonio ferri ſententiam. Proinde vos omnes qui hanc Platonis diuinam ſententiam me interprete auſcultatis, ita animos veſtros ad quæcunque vel agenda vel meditanda formate; vt ſciatis, nihil omnino præ iſtis cuſtodibus, nec intra animum, nec foris eſſe ſecreti: quando omnia curioſè ille participet, omnia viſat, omnia intelligat, & in illis penitißimis mentibus vice conſcientiæ diuerſetur. Hic, quem dico, prorſus cuſtos, ſingularis præfectus, domeſticus ſpeculator, indiuiduus arbiter, inſeperabilis teſtis, malorũ improbator, bonorum probator, ſi ritè animaduertatur, ſedulò cognoſcatur, religioſè colatur, ita vt à Socrate iuſtitia & innocentia cultus eſt; in rebus incertis proſpectator, dubiis præmonitor, periculoſis vitator, egenis opitulator. qui tibi queat tum ſomniis, tum ſignis, tum etiam fortaſſe coram, cùm vſus poſtulat, mala auerruncare, bona proſperare, humilia ſublimare, nutantia fulcire, obſcura clarare, ſidera aduerſa corrigere. Igitur nimirum ſi Socrates, vir apprimè perfectus, & Apollinis quoque teſtimonio ſapiens, hunc Deum ſuum cognouit & coluit; ac propterea eius cuſtos propè dicam par contubernio, & præmonenda præmonuit: ſicubi tamẽ interfectis Sapientiæ officiis, non conſilio, ſed præſagio indigebat; vt vbi dubitatione claudicaret, ibi diuinatione conſiſteret. Multa ſunt enim, de quibus etiam ſapientes viri ad ariolos & oracula curſitent. An non apud Homerum, vt in quadam ingenti ſpecula, clarius cernis, hæc duo diſtributa, ſeorſus Diuinationis, ſeorſus Sapientiæ officia? Nam cùm duo columina totius exercitus dißident, Agamemnon regno pollens, & Achilles bello potens; deſideraturq́ vir facundia laudatus,

*& peritia vitæ moratus, qui Atridæ ſuperbiam, Pelidæ ferociam compeſcat, exemplis moneat, oratione permulceat; quis igitur tali in tempore eſt ad dicendum exhortatus? Nempe Pylius orator, eloquio comis, experimentis cautus, ſenecta venerabilis, cui omnes ſciebant corpus annis hebere, animum prudentia vigere, verba dulcedine affluere. Itidem, cum rebus creperis & adflictis ſpectatores diligendi ſunt, qui nocte intempeſta caſtra hoſtium penetrent; nonne Vlixes cum Diomede deliguntur? veluti conſilium & auxilium, mens & manus, animus & gladius. Enimuerò in Aulide deſidentibus obſeſſis, ac retro ventis abnuentibus, difficultas belli, & facultas itineris, & tranquillitas maris, & clementia ventorum, per fibrarum notas, & alitum vias, & ſerpentum eſcas explorata ſunt. Tacent nempe muta duo illa ſapientiæ Græciæ ſumma cacumina, Ithacenſis & Pylius: Calchas autem longè præſtabilis ariolus, ſimul alites & altaria & arborem contemplatus eſt. actutùm ſua diuinatione & tempeſtates flexit, & claſſem deduxit, & decennium prædixit. Non ſecus etiam in Troiano exercitu, cum diuinatione res indigent; tacet ille ſapiens ſenatus, nec audet aliquid pronuntiare vel Hector, vel Iambo, vel Bicias; ſed omnes ſilentio auſcultant aut ingrata auguria Helenæ, aut non credita vaticinia Caſſandræ. Ad eumdem modum Socrates quoque, ſicubi locorum alienæ ſapientiæ conſultatio ingruerat, ibi ſui Dæmonis præſagiò regebatur. verùm eius monitis ſedulò obediebat, eóque erat de ſuo longè acceptior, qui ante incepta Socrati * Dæmon ille fermè prohibitum ibat, numquam quod ad monendum, ratio prædicta eſt. Enimuerò Socrates, vtpote vir apprimè perfectus, ex ſeſe ad omnia congruentia ſibi officia promptus, nullo adhortatore vmquam indigebat: at verò prohibitore nonnunquam; ſi quibus fortè conatibus eius periculum ſuberat, vt monitus præcaueret, ac omitteret cœpta impræſen-*

tiarum, quæ tutius vel poſtea capeſſeret, vel alia via adoriretur. In huiuſcemodi rebus dumtaxat vocem quampiam diuinitus exortam dicebat audire. ita enim eſt apud Platonem. ne quiſquam arbitretur omnia eum vulgò loquentium captaſſe. Quippe etiam ſemotis arbitris, vnà cum Phedro extra pomerium, ſub quodam arboris opaco vmbraculo, ſignum illud adnuntium ſenſit, ne prius tranſcenderet illius amnis modicum fluentum, quàm increpitum inclinatum amore retinendum placaſſet: cum præterea ſi omnia obſeruitaret, aliquando eorũ nonnulla etiam opinamenta haberet; vt videmus pleroſque, qui non ſuopte corde, ſed alterius verbo reguntur: qui ex angiportu reptantes, conſilia ex alienis vocibus colligunt, & , vt ita dixerim, non animo, ſed auribus cogitant. Verùm enimuerò vt iſta ſunt, certè qui omnium ariolorum voces audiunt, ſæpenumero auribus ſuis vſurpant vocem de qua nihil contentur: quam ſciunt ex ore humano profectam. At enim Socrates non vocem ſibi, ſed vocem dixit quampiam diuinitus oblatam. quo additamento profectò intelligas, non vſitatam vocem, nec humanam ſignificari. Quæ ſi foret fruſtra quæpiam, cur nõ potius aut vox, aut certè cuiuſpiam vox diceretur? vt ait illa Terentiana meretrix:

Audire vocem viſa ſum modo militis.

Quid verò vocem quampiã dicat audiuiſſe? aut neſcit vnde exorta ſit, aut in ipſa aliquid addubitat, aut eam quiddam inſolitũ demõſtrat habuiſſe. Ita & Socrates eam quidem ſibi, ac diuinitus editã, tempeſtiuè accedebat. Quod equidem arbitror nõ modò auribus, verùm etiã oculis ſignũ Dæmonis ſui vſurpaſſe. Nam frequentius nõ vocem, ſed ſignum diuinum ſibi oblatũ præ ſe ferebat. Id ſignum poterat ipſius ſpecies habuiſſe, quã ſolus Socrates cerneret, ita vt Homericus Achilles Mineruam. Credo pleroſq. veſtrũm hoc quod modò dixi, contatius credere, & impendiò mirari formã Dæmonis

Socrati

Socrati viſitatam. At enim Pythagoricos mirari oppido ſo-
167 litos, ſi quis ſe denegaret vmquam vidiſſe Dæmonem, vt
reor, idoneus auctor eſt Ariſtoteles. Quod ſi cuiuis poteſt
euenire facultas contemplandi diuinam effigiem; cur non
apprimè potuerit Socrati, quem cuiuis ampliſſimo numini
Sapientiæ dignitas coæquarat? Nihil eſt enim Deo ſimilius
& gratius, quàm vir animo perfectè bonus: qui tam homi-
nibus ceteris antecellit, quàm ipſe à diis immortalibus di-
ſtat. Quin potius nos quoque Socratis exemplo & comme-
moratione erigimur? ac nos ſecundum ipſum, ſtudio Philo-
ſophiæ pari, ſimilium numinum canentes promittimus. de
168 quo quidem neſcio qua ratione diſrapimur. Et nihil æquè
miror, quàm, cùm omnes & cupiant optimè viuere, &
ſciant non alia re viui quàm animo, nec fieri poſſe quin, vt
optimè viuas, animus colendus ſit; tamen homines animum
ſuam non colant. At, ſi quis velit acriter cernere; oculi cu-
randi ſunt, quibus cernitur: ſi velis perniciter currere; pedes
curandi ſunt, quibus curritur: itidem ſi pugillare validè ve-
169 lis; brachia vegetanda ſunt, quibus pugillatur. Similiter in
omnibus membris ceteris, cuique ſua cura pro ſtudio eſt.
Quod cùm omnes facilè perſpiciant; nequeo ſatis mecũ re-
putare, & perinde vt res eſt, admirari, cur non etiam ani-
mum ſuum ratione excolant. Quæ quidem ratio viuendi
omnibus æquè neceſſaria eſt, non ratio pingendi, nec ratio
pſallendi. quas quiuis bonus ſine vlla animi vituperatione,
ſine turpitudine, ſine labe contempſerit. Neſcio vt Hiſme-
54 nias tibiis canere; ſed non pudet me tibicinem non eſſe:
neſcio vt Apelles pingere, vt Lyſippus fingere; ſed non pu-
det me non eſſe ſignificem. & idem vt ceteris artibus, ne
omnes proſequar, licet tibi neſcire, nec pudet. Enimuero
dic ſodes, neſcio bene viuere vt Socrates, vt Plato, vt Py-
170 thagoras vixerunt; nec pudet me neſcire bene viuere. num-
quam hoc dicere audebis. Sed cum primis mirandum eſt,
quòd

quòd ea quæ minimè videri volunt neſcire , diſcere tamen negligunt, & eiuſdem artis diſciplinam ſimul & ignorantiam detrectant. Igitur quotidiana eorum æra diſpungas; inuenies rationibus multa prodigè profuſa, & in ſemet nihil: in ſui dico Dæmonis cultum. qui cultus nõ aliud quàm Philoſophiæ ſacramentum eſt. Planè quidem villas opiparè extruunt, & domos ditiſſimè exornant, & familias numeroſiſſimè comparant. Sed in iſtis omnibus, in tanta affluentia rerum, nihil eſt indignum, præterquam ipſe dominus ædium. nec iniuria. cumulata enim habent, quæ ſedulò percolũt: ipſi autem horridi, indocti, incultiq́ circumeunt. Igitur illas ædificiorum ſpecies, in quas patrimonia ſua profuderunt, amœniſſimas & extructiſſimas deprehendas: aulas æmulas vrbium conditas, domos vice templorum exornatas, familias numeroſiſſimas & calamiſtratas, opiparam ſupellectilem, omnia affluentia, omnia opulentia, omnia ornata, præter ipſum dominum: qui ſolus, Tantali vice, in ſuis diuitiis inops, egens, pauper, non quidem fluentum vllum fugitiuum captat, & fallacis vndæ ſitim; ſed veræ beatitudinis & ſinceræ vitæ & prudentiæ fortunatiſſimæ eſurit & ſitit. Quippe non intelligit, homines æquè ſpectari ſolere, vt equos mercamur. Neque enim in emendis equis phaleras conſideramus, & baltei polimina inſpicimus, & ornatiſſimæ ceruicis diuitias contemplamur; ſi ex argento & auro & gemmis monilia variæ gazæ dependent; ſi plena artis ornamenta capiti & collo circumiacent; ſi frena cælata, ſi ephippia fucata, cingula aurata ſint: ſed iſtis omnibus exuuiis amolitis & amotis, equum ipſum nudum, & ſolum corpus eius & animum cõtuemur; vt ſi ad ſpeciem honeſtus, ad curſuram vegetus, ad vecturam validus. iam primùm in corpore ſi ſit

Argutum caput, breuis aluus, obeſaq́ue terga,
Luxurietque thoris animoſum pectus honeſtis.

Præte-

Prӕterea ſi duplex agitur per lumbos ſpina.

Volo enim non modò perniciter, verùm etiam permolliter peruehat. Similiter igitur & in hominibus contemplandis noli illa aliena æſtimare, ſed ipſum hominem penitus conſidera: ipſum, vt meum Socratem pauperem, ſpecta. Aliena autem voco, quæ parentes pepererunt, & quæ Fortuna largita eſt. quorum nihil laudibus Socratis mei admiſceo: nullam generoſitatem, nullam proſapiam, nullos lõgos nataleis, nulles inuidioſas diuitias. Hæc enim cũcta, vt dixi, aliena ſunt. Sat è Protomo ſgloria eſt. qui talis fuit, vt eum nepotem non puderet. Igitur omnia ſimiliter aliena numeres licebit. Generoſus eſt? parentes laudas. Diues eſt? non credo Fortunæ. Magis iſta dinumero. Validus eſt? ægritudine ſatigabitur. Pernix eſt? abibit in ſenectutem. Formoſus eſt? expecta paulliſper; & non erit. At enim bonis artibus doctus, & apprimè eſt eruditus, &, quantum licet homini ſapiens, & boni conſultus. tandem aliquando ipſum virum laudas. Hoc enim nec à patre hereditarium eſt, nec caſu pendulum, nec à ſuffragio adminiculum, nec à corpore caducum, nec ab ætate mutabile. Hæc omnia meus Socrates habuit, & ideo cetera habere contempſit. Quin ergo & tu, qui te ad ſtudium Sapientiæ ingeris, aliquando caues, vt nihil alienum in laudibus tuis audias: ſed vt, qui te volet nobilitare, æquè laudet vt Attius Vlixem laudauit in Philocteta ſuo, primo eiuſdem Tragœdiæ principio:

Inclute, parua prædite forma,
Nomine celebri, claroque potens.
Pectore Achiuis claſſibus ductor,
Grauis Dardaniis gentibus vltor,
Laërtiade.

Nouiſſimè patrem memorat. Ceterùm omnes laudes eius viri audiſtis. Nihil inde nec Laërtes, nec Anticlea, nec Acriſius vindicat. Hæc enim tota, vt vides, laudis huius propria

Vlixi poſſeßio eſt. Nec aliud te in eodem Vlixe Homerus docet. qui ſemper ei comitem voluit eſſe Prudentiam: quam poëtico ritu Mineruam nuncupauit. Igitur, hac eadem comitante, omnia horrenda ſubiit, omnia aduerſa ſuperauit. Quippe ea adiutrice Cyclopis ſpecus introiit; ſed egreſſus eſt: Solis boues vidit; ſed abſtinuit: ad Inferos demeauit; ſed aſcendit. eadem Sapientia comitante, Scyllam præternauigauit; nec abreptus eſt: Charybdi conſpectus eſt; nec retentus eſt: Circes poculum bibit; nec mutatus eſt: ad Lotophagos acceßit; nec remanſit: Sirenes audiuit; nec acceßit.

L. APVLEII

APOLOGIA

PRIMA.

CERTVS equidem eram, próque verò obtinebā, Maxime Claudi, quiq; in conſilio eſtis, Sicinium Aemilianum, ſenem notißimæ temeritatis, accuſationem mei prius apud te cœptam, quàm apud ſe cogitatam, penuria criminum, ſolis conuicijs impleturum. Quippe inſimulari quiuis innocens poteſt: reuinci, niſi nocens, nō poteſt. Quo ego vno præcipue confiſus, gratulor medius fidius, quod mihi copia & facultas, te iudice, obtigit purgandæ apud imperitos Philoſophiæ, & probandi mei. Quamquam iſtæ calumniæ, vt prima ſpecie graues, ita ad difficultatē defenſionis repentinæ fuêre. Nam, vt meminiſti, dies abhinc quintus an ſextus eſt, cū me cauſam pro vxore mea Pudētilla aduerſus Granios agere aggreſſum, decompoſitò, nec opinātem, patroni eius inceſſere maledictis, & inſimulare Magicorū maleficiorū, ac deniq; necis Pontiani priuigni mei cœpêre. Quæ ego cum intelligerem,

non tam crimina indicio, quàm obiectamenta iurgio prolata; vltrò eos ad accuſandum crebris flagitationibus prouocaui. Ibi verò Aemilianus, cùm te quoque acrius motum, & ex verbis rem factam videret: quærere occepit ex diffidentia latibulum aliquod temeritati. Igitur Pontianum fratris ſui filium, quem paulò prius occiſum à me clamitarat, poſtquam ad ſubſcribendum compellitur, ilico oblitus eſt de morte cognati adoleſcentis, ſubitò tacens tanti criminis deſcriptionem. Tamen ne omnino deſiſtere videretur, calumniam Magiæ, quæ facilius infamatur quàm probatur, eam ſolùm ſibi delegit ad accuſandum. Ac ne id quidem de profeſſo audet. verùm poſtera die dat libellum, nomine priuigni mei Sicinij Pudentis admodum pueri: & aſcribit, ſe ei aſsiſtere, nouo more per alium laceſſendi ſcilicet; vt obtentu eius ætatulæ, ipſe inſimulationis falſæ non plecteretur. Quod cùm tu ſolertiſsimè animaduertiſſes, & iccirco eum denuò iuſsiſſes proprio nomine accuſationem delatam ſuſtinere; pollicitus ita facturum, ne ſic quidem quietus eſt. vbi vt cominus ageret propellis; etiam aduerſum te contumaciter eminus calumniis velitatur. Ita toties ab accuſandi periculo profugus, in aſsiſtendi venia perſeuerauit. Igitur & priuſquam cauſa ageretur, facile intellectu cuiuis fuit, qualis nam accuſatio futura eſſet, cuius qui fuerat profeſſor & machinator, idem fieri auctor timeret: ac præſertim Sicinius Aemilianus. qui ſi quippiam veri in me exploraſſet; numquã profectò tam contanter hominem extraneum, tot tantorumq; criminum poſtulaſſet: qui auunculi ſui teſtamentum, quod verum ſciebat, pro falſo infamaret; tanta quidem pertinacia, vt cùm Lollius Vrbicus V. C. VERVM VIDERI, ET RATVM ESSE DEBERE, DE CONSILIO CONSVLARIVM VIRORVM pronuntiaſſet; contra clariſsimam vocem iurauerit vecordiſsimus iſte tamen, illud teſtamentum fictum eſſe, adeò vt ægrè Lollius

Vrbicus

Vrbicus ab eius pernicie temperarit. Quam quidem vocem, & tua æquitate & mea innocētia fretus, ſpero in hoc quoque iudicio erupturam. Quippe qui ſciens innocentem criminatur, eo ſanè facilius, quòd iam vt dixi, mentiens apud præfectum vrbis in ampliſſima cauſa conuictus eſt. Namque peccatum ſemel, vt bonus quiſque poſtea ſollicitius cauet: ita qui ingenio malo eſt, confidentius integrat; ac iam de cetero, quo ſæpius, eo apertius delinquit. Pudor enim, veluti veſtis, quanto obſoletior eſt, tanto incurioſius habetur. Et ideo neceſſarium arbitror pro integritate pudoris mei, priuſquam ad rem aggrediar, maledicta omnia refutare. Suſtineo enim non modò meam, verùm etiam Philoſophiæ defenſionem. cuius magnitudo vel minimam reprehenſionem proximam crimini aſpernatur. Propter quod paulò prius patroni Aemiliani multa in me propriè conficta, & alia communiter in Philoſophos ficta ab imperitis, mercenaria loquacitate effutierunt. Quæ etſi poſſunt ab his futiliter blatterata, ob mercedem & auctoramenta impudentiæ, deprehenſa haberi, iam conceſſo quodam more rabulis id genus, quo ferinæ ſolent linguæ ſuæ virus alieno dolori locare; attamen vel mea cauſa paucis refellenda ſunt: ne is, qui ſedulò laboro vt ne quid maculæ aut inhoneſtamenti in me admittam, videar cuipiam, ſi quid ex friuolis prætererо, id agnouiſſe potius quàm contempſiſſe. Eſt enim pudentis animi & verecundi, vt mea opinio fert, vel falſa vituperatione grauari; cum etiam hi qui ſibi delicti alicuius conſcij ſunt, tamen cum malè audiunt, impendiò commouentur, & obiraſcantur. quamquam exinde, vt malefacere cœperunt, conſueuerint malè audire. Quod ſi à ceteris ſilentium eſt; tamen ipſi ſibimet conſcij ſunt, poſſe ſe meritò increpari. Enimuerò bonus & innoxius quiſque rudes & imperitas aureis ad malè audiendum habens, & laudis aſſuetudine quanto contumeliæ inſolens, multo tanto ex animo labe-

mo labe-

mo laborat, ea ſibi immeritò dici, quæ ipſe poſsit aliis pari
obiectare. Quod ſi fortè inepta videbor, & oppidò friuola
velle defendere; illis debet ea res vitio verti, quibus turpe eſt
etiam hæc obiectaſſe: non mihi culpæ dari, cui honeſtum
Cap. IV. erit etiam hæc diluiſſe. Audiſti ergo paulò prius, in principio accuſationis ita dici: Accuſamus apud te Philoſophum formoſum, & tam Græcè quàm Latinè, pro nefas! diſertiſſimum. Niſi fallor enim, his ipſis verbis accuſationem mei ingreſſus eſt Tannonius Pudens, homo verè ille quidem diſertiſsimus. Quod vtinam tam grauia formæ & facundiæ crimina verè mihi opprobraſſet! non difficile ei reſpondiſſem, quod Homericus Alexander Hectori:

S. Οὔ τι ἀπόβλητ' ἐςὶ θεῶν ἐρικύδεα δῶρα,
Ὅσσα κεν αὐτοὶ δῶσιν, ἑκὼν δ' οὐκ ἄν τις ἕλοιτο.

Id eſt: Munera deûm glorioſiſſima nequaquam aſpernanda: quæ tamen ab ipſis tribui ſueta, multis volentibus non obtingunt. Hæc ego de forma reſpondiſſem. præ-
276 387 tereà, licere etiam Philoſophos eſſe vultu liberali. Pythagoram, qui primùm ſeſe Philoſophũ nuncuparit, eum ſui ſeculi excellentiſsima forma fuiſſe: item Zenonem illum antiquum Velia oriundum, qui primus omnium dictionem ſolertiſsimo artificio ambifariam diſſolueret, eum quoque Zenonem longè decoriſsimũ fuiſſe, vt Plato autumat. Itemq;
388 multos Philoſophos ab ore honeſtiſsimos memoriæ prodi, qui gratiam corporis morum honeſtamentis ornauerunt. Sed hæc defenſio, vt dixi, aliquammultum à me remota eſt: cui, præter formæ mediocritatem, continuatio etiam litterati laboris omnem gratiam corpore deterget, habitudinem tenuat, ſuccum exorbet, colorem oblitterat, vigorem debilitat. Capillus ipſe, quem iſti aperto mendacio ad lenocinium decoris promiſſum dixêre, vides quàm non ſit amœnus ac delicatus, horrore implexus atque impeditus,
389 ſtuppeo tormento aſsimilis, & inæqualiter hirtus, & globo-

ſus, &

ſus, & congeſtus: prorſus inenodabilis diutina incuria, non modo comendi, ſed ſaltem expediendi & diſcriminandi. Satis, vt puto, crinium crimen, quod illi quaſi vt capitale intenderunt, refutatum eſt. De Eloquentia verò, ſi qua mihi fuiſſet, neque mirum, neque inuidioſum deberet videri; ſi ab ineunte æuo vnis ſtudiis litterarum ex ſummis viribus deditus, omnibus aliis ſpretis voluptatibus, ad hoc æui, haud ſciam anne ſuper omneis homines impenſo labore, diúque noctúq;, cum deſpectu & diſpendio bonæ valitudinis, eam quæſiſſem. Sed nihil ab eloquentia metuant, quam ego, ſi quid omnino promoui, potius ſpero quàm præſto. Sanè quidem ſi verum eſt, quod Statium Cæcilium in ſuis Poëmatibus ſcripſiſſe dicunt, Innocentiam eloquentiam eſſe; ego verò profiteor iſta ratione, ac præ me fero, nemini omnium de eloquentia conceſſurum. Quis enim me hoc quidem pacto eloquentior viuat? quippe qui nihil vnquam cogitaui, quod eloqui nō auderem. Eumdem me aio facundiſſimum. nam omne peccatum ſemper nefas habui. Eumdem diſertiſſimum. quòd nullum meum factum vel dictum extet, de quo diſſerere publicè non poſſim. ita vt iam de verſibus diſſertabo, quos à me factos quaſi pudendos protulerunt; cum quidem me animaduertiſti cum riſu illis ſuccenſentem, quòd eos abſonè & indoctè pronuntiarent. Primò igitur legerunt e ludicris meis epiſtolium de dentifricio, verſibus ſcriptum ad quemdam Calphurnianum. qui cum aduerſum me eas litteras promeret; non vidit profectò, cupiditate lædendi, ſi quid mihi ex illis fieret criminoſum, id mihi ſecum eſſe commune. Nam petiſſe eum à me aliquid terſui dentium, verſus teſtantur:

Calphurniane ſalue properis verſibus.

Niſi fortè in eo reprehendendus ſum, quòd Calphurniano puluiſculum ex Arabicis frugibus miſerim: quem multo æquius erat, ſpurciſſimo ritu Hiberorum, vt ait Catullus,

ſua ſibi vrina
Dentem atque ruſſam pumicare gingiuam.
Miſi, vt petiſti, mundicias dentium,
Nitelas oris ex Arabicis frugibus,
Tenuem, candificum, nobilem puluiſculum,
Complanatorem tumidulæ gingiuulæ,
Conuerritorem pridianæ reliquiæ;
Nequa viſatur tetra labes ſordium,
Reſtrictis fortè ſi labellis riſeris.

Quæſo quid habent iſti verſus re aut verbo pudendum? quid omnino, quod Philoſophus ſuum nolit videri? Vidi ego dudum vix riſum quoſdam tenenteis, cum mundicias oris videlicet, orator ille aſperè accuſaret, & dentifricium tanta indignatione pronuntiaret, quanta nemo quiſquam venenum. Quid ni? crimen haud contemnendum Philoſopho, nihil in ſe ſordium ſinere, nihil vſpiam corporis apertum, immundū pati ac fœtulentum; præſertim os, cuius in propatulo & conſpicuo vſus homini creberrimus: ſiue ille cuipiam oſculum ferat, ſeu cum quiquam ſermocinetur, ſiue in auditorio diſſertet, ſiue in templo preces alleget. omnem quippe hominis actum ſermo præit: qui, vt ait Poeta præcipuus, è dentium muro proficiſcitur. Dares nunc aliquem ſimiliter grandiloquum: diceret ſuo more cumprimis, cui vlla fandi cura ſit, impenſius cetero corpore os colendum, quod eſſet animi veſtibulum, & orationis ianua, & cogitationum comitium. Ego certè pro meo captu dixerim, nihil minus quàm oris illuuiem libero & liberali viro competere. Eſt enim ea pars hominis loco celſa, viſu prompta, vſu fœcunda. Nam quidem feris & pecudibus os humile, & deorſum ad pedes deiectum, veſtigio & pabulo proximum, numquam fermè niſi mortuis, aut ad morſum exaſperatis, conſpicitur: hominis verò nihil prius tacentis, nihil ſæpius loquentis, contemplere. Velim igitur cenſor meus

Aemilia-

Aemilianus reſpondeat, vmquam ne ipſe ſoleat pedes lauare? vel, ſi id non negat, contendat maiorem curam munditiarum pedibus, quam dentibus impertiendam. Planè quidem, ſi quis ita vt tu Aemiliane, numquam fermè os ſuum niſi maledictis & calumniis aperiat; cenſeo, ne vlla cura os percolat, neque ille exotico puluere denteis emaculet, quos iuſtius carbone de rogo obtriuerit: neque ſaltem communẽ aqua perluat, quin ei nocens lingua, mendaciorũ & amaritudinum præminiſtra, ſemper in fœtutinis & olenticetis ſuis iaceat. Nam quæ malùm ratio eſt, linguam mundam & lotam, vocem contrà ſpurcam & tetram poſſidere? viperæ ritu, niueo denticulo atrum venenum inſpirare? Ceterùm qui ſeſe ſciat rationem prompturum neque inutilem neque iniucundam, eius meritò os, vt bono potui poculum, prælauitur. Et quid ego de homine nato diutius? Belua immanis Crocodilus ille qui in Nilo gignitur, ea quoque, vti comperior, purgãdos ſibi denteis innoxio hiatu præbet. Nam quòd eſt ore amplo, ſed elingui, & plerumque in aqua recluſo, multæ arundines dentibus implectuntur. eas illi, cum egreſſus in præripia fluminis hiauit, vna ex auibus fluuialibus amica auis, iniecto roſtro ſine noxæ periculo exſculpit. Mitto hæc. venio ad ceteros verſus, vt illi vocant, amatorios: quos tamẽ tam durè & ruſticè legêre, vt odium mouerent. Sed quid ad Magica maleficia, quod ego pueros Scribonij Læti, amici mei, carmine laudaui? An ideo Magus quia poeta? Quis vmquam fando audiuit tam ſimilem ſuſpicionem? tam aptam coniecturam? tam proximum argumentum? Fecit verſus Apuleius: ſi malos; crimen eſt, nec tamen id Philoſophi, ſed Poetæ: ſin bonos, quid accuſas? At enim ludicros & amatorios fecit. Num ergo hæc ſunt crimina mea? & nomine erratis, qui me Magiæ detuliſtis? Fecere tamen & alij talia: & ſi vos ignoratis, apud Græcos Teius quidam, & Lacedæmonius, & Ceus, cum aliis innumeris;

meris; & mulier Lesbia, laſciuè illa quidem, tantaq́ gratia, vt nobis inſolentiam linguæ ſuæ, dulcedine carminum commendet: apud nos verò, Aedituus, & Portius, & Catullus iſti quoque cum aliis innumeris. At Philoſophi non fuere. Num igitur etiam Solonem fuiſſe ſerium virum, atque Philoſophum negabis? cuius ille laſciuiſsimus verſus eſt:

Μείρων ἐι μηρῶν καὶ γλυκεροῦ σόματος.

Et quid tam petulans habent omnes verſus mei, ſi cum illo vno contendantur? vt taceam ſcripta Diogenis Cynici, & Zenonis Stoicæ ſectæ conditoris. Id genus plurima recitem denuò, vt ſciant me eorum non pigere.

Et Critias mea deliciæ ſit ſalua Charite,
  Pax in amore meo vita tibi remanet.
Ne metuas. nam me ignis & ignis torreat vt vult:
  Haſce duas flammas, dum potior, patiar.
Hoc modò ſim vobis, vnus ſibi quiſq. quod ipſe eſt:
  Hoc mihi vos eritis, quod duo ſunt oculi.

Recitem nunc & alios, quos illi, quaſi intemperatiſsimos, poſtremùm legêre:

Florea ſerta, meum mel, & hæc tibi carmina dono,
  Carmina dono tibi, ſerta tuo genio:
Carmina, vti Critia lux hæc optata canatur,
  Quæ bis ſepteno vere tibi remeat;
Serta autem, vt læto tibi tempore tempora vernent:
  Ætatis florem floribus vt decores.
Tu mihi da contrà pro verno flore tuum ver,
  Vt noſtra exuperes munera muneribus.
Pro implexis ſertis, complexum corpore redde:
  Proque roſis, oris ſauia purpurei.
Quod ſi animũ inſpires; dona & iam carmina noſtra
  Cedent victa tuo dulciloquo calamo.

Habes crimen meum, Maxime, quaſi improbi comiſſatoris, de ſertis & canticis compoſitum. Hîc illud etiam reprehendi

bendi animaduertiſti, quòd cum aliis nominibus pueri vocentur, ego eos Charinum & Critiam appellitarim. Eadem igitur opera accuſent C. Catullum, quòd Lesbiam pro Clodia nominarit: & Ticidam ſimiliter, quòd quæ Metella erat, Perillam ſcripſerit: & Propertium, qui Cynthiam dicat, Hoſtiam diſsimulet: & Tibullum, quòd ei ſit Plania in animo, Delia in verſu: & quidem C. Lucullum, quamquam ſit Iambicus, tamen improbarim, quòd Gentilem & Macedonem pueros directis nominibus carmine ſuo proſtituerit. Quanto modeſtius tandem Mantuanus poeta, qui itidem vt ego, puerum amici ſui Pollionis Bucolico ludicro laudans, & abſtinens nominum, ſeſe quidem Corydonem, puerum verò Alexin vocat? Sed Aemilianus, vir vltra Virgilianos opiliones & bubſequas ruſticanus, agreſtis quidem ſemper & barbarus, verùm longè auſterior, vt putat, Serranis & Curiis & Fabriciis, negat id genus verſus Platonico Philoſopho competere. Etiámne Aemiliane, ſi Platonis ipſius exemplo doceo factos: cuius nulla carmina extant, niſi amoris elegia. nam cetera omnia, credo quòd tam lepida non erant, igni deuſsit. Diſce igitur verſus Platonis Philoſophi in puerum Aſtera; ſi tamen tantus natu potes litteras diſcere.

Ἀστέρας εἰσαθρεῖς. ἀστὴρ ἐμὸς εἴθε γενοίμην
Οὐρανὸς, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σὲ βλέπω.

Aſtra vides. vtinam fiam, mi ſidus, Olympus,
Vt multis ſic te luminibus videam.

Ἀστὴρ πρὶν μὲν ἔλαμπες ἐνὶ ζωοῖσιν ἑῷος,
Νῦν δὲ θανὼν λάμπεις ἕσπερος ἐν φθιμένοις.

Lucifer ante meus rutilans mortalibus Aſter:
Heſperus à fato manibus ecce nites.

Item eiuſdem Platonis, in Alexin Phædrumq; pueros, in coniuncto carmine:

Νῦν ὅτε μηδὲν Ἀλεξις ὅσον μόνον εἶφ᾽ ὅτι καλὸς

Ὦπται, καὶ πάντῃ πᾶς τις ἐπιστρέφεται.
Θυμὲ, τί μηνύεις κυσὶν ὀστέον; εἶτ' ἀνιήσεις
Ὕστερον· οὐχ οὕτω Φαῖδρον ἀπωλέσαμεν;
Dixerit hic tantum cum nil niſi pulcer Alexis
Extitit, & vertunt quilibet in te oculos.
Cur anime os canibus monſtras, aficiſque dolore
Poſtmodo? non Phædrùm ſic prius amiſimus!

Et, ne plures commemorem, nouiſsimum verſum eius de Dione Syracuſano ſi dixero, finem faciam.

Κεῖσαι δ' εὐρυχόρῳ ἐν πατρίδι, τίμιος ἀστοῖς,
ὦ ἐμὸν ἐκμήνας θυμὸν ἔρωτι Δίων.
Ciuibus ingenti in patria laudate iaces nunc,
Qui inſanum me animi reddis amore Dion.

Sed ſumne ego ineptus, qui hæc etiam in iudicio? an vos potius calumnioſi, qui etiam hæc in accuſatione? quaſi vllum ſpecimen morum ſit, verſibus ludere. Catullum ita reſpondentem maliuolis non legiſtis?

Nam caſtum eſſe decet pium poetam
Ipſum, verſiculos nihil neceſſe eſt.

Diuus Hadrianus, cum Voconij amici ſui poetæ tumulum verſibus veneraretur, ita ſcripſit:

Laſciuus verſu, mente pudicus eras.

Quod numquam ita dixiſſet, ſi forent lepidiora carmina, argumentum impudicitiæ habenda. Ipſius etiam diui Hadriani multa id genus legere me memini. Audeſis igitur Aemiliane dicere, malè id fieri, quod Imperator, & Diuus, & Cenſor Hadrianus fecit, & factum memoriæ reliquit. Ceterùm Maximum quidquam putas culpaturum, quòd ſciat Platonis exemplò à me factum? Cuius verſus, quos nunc percenſui, tanto ſanctiores ſunt, quanto apertiores: tanto pudicitius compoſiti, quanto ſimplicius profeſſi. Namque & id genus omnia diſsimulare & occultare, peccantis: profiteri & promulgare, ludentis eſt. Quippe natura, vox

innocen-

innocentiæ, ſilentiũ maleficio diſtributa.+Mitto enim dicere XI alta illa & diuina Platonica, rariſſimo cuiq; piorum gnara, ceterũ omnibus profanis incognita: geminam eſſe Venerem deam, proprio quamque amore & diuerſis amatoribus pol- 412 lentis. Earum alteram vulgariam, quæ ſit percita populari amore, non modò humanis animis, verùm etiam pecuinis & ferinis ad libidinem imperitare, vt in modico trucique perculſorum animalium ſerua corpora complexu vincientem: alteram verò cælitem Venerem, prædita quæ ſit optimati amore, ſolis hominibus, & eorum paucis curare, nul- 413 lis ad turpitudinem ſtimulis vel illecebris ſectatores ſuos percellentem. Quippe eius amore non amœnum & laſciuum, 414 ſed contrà incomptum & ſerium pulcritudine honeſtatis virtutis amatoribus ſuis conciliare: & ſi quando decora corpora commendet, à contumelia eorum procul abſterrere. Neque enim quidquam aliud in corporum forma diligendum, quàm quòd admoneat diuinos animos eius pulcritudinis, quàm prius veram & ſinceram inter Deos videre. 415 Quapropter, vt ſemper, eleganter Afranius hoc ſcriptum reliquit,

Amabit ſapiens, cupient ceteri.

Attamen ſi audire verum velis Aemiliane, vel ſi hæc intelligere vnquam potes; non tam amat ſapiens, quàm recordatur. Da igitur veniam Platoni Philoſopho verſuum eius de amore; ne ego neceſſe habeam, contra ſententiam Neoptolemi Enniani, pluribus philoſophari. vel ſi tu id non facis; ego me facile patiar in huiuſmodi verſibus culpari cum Platone+. Tibi autem Maxime habeo gratiam propenſam, XII cum has quoque appendices defenſionis meæ, iccirco neceſſarias, quia accuſationi rependuntur, tam attentè audis: & ideo hoc etiam peto, quod mihi ante ipſa crimina ſupereſt, audias, vt adhuc feciſti libenter & diligẽter. Sequitur enim de Speculo, longa illa & cenſoria oratio, de quo pro rei atrocita-

atrocitate pænè diruptus eſt Pudens, clamitans: Habet ſpeculum Philoſophus, Poſſidet ſpeculum Philoſophus. Vt igitur habere concedam, ne aliquid obieciſſe te credas, ſi negaro; non tamen ex eo accipi me neceſſe eſt exornari quoque ad ſpeculum ſolere. Quid enim ſi choragium Thymelicum poſsiderem; num ex eo argumentarére etiam, vti me conſueſſe Tragœdi ſyrmate hiſtrionis: crotalóue ad Trieterica Orgia; mimi centunculo? Non opinor. Nam & contrà plurimis rebus poſſeſſu careo, vſu fruor. Quod ſi neque habere vtendi argumentum eſt, neque non vtendi non habere: & ſpeculi non tam poſſeſsio culpatur, quàm inſpectio; illud etiam doceas neceſſe eſt, quando, & quibus præſentibus, in ſpeculum inſpexerim. quoniam, vt res eſt, maius piaculum decernis, ſpeculum Philoſopho, quàm Cereris mundum profano videre. Cedo nunc, etſi inſpexiſſe me fateor, quod tamē crimen eſt imaginem ſuam noſſe? eamq́; non vno loco conditam, ſed quoquò velis paruo ſpeculo promptam geſtare? An tu ignoras, nihil eſſe aſpectabilius homini nato, quàm formam ſuam? Equidem ſcio & filiorum cariores eſſe, qui ſimiles videntur: & publicitus ſimulacrum ſuum cuique, quod videat, pro meritis præmio tribui. Aut quid ſibi ſtatuæ & imagines variis artibus effigiatæ volunt? niſi fortè quod artificio elaboratum laudabile habetur, hoc natura oblatum culpabile iudicandum eſt; cum ſit in ea vel magis miranda & felicitas & ſimilitudo? Quippe in omnibus manu faciundis imaginibus opera diutinò ſumitur, neque tamen ſimilitudo æquè ac in ſpeculo comparet. Deeſt enim & luto vigor, & ſaxo color, & picturæ rigor: & motus omnibus, qui præcipua fide ſimilitudinem repræſentat. Cum in eo viſitur imago mirè relata, vt ſimilis, ita mobilis, & ad omnem nutum hominis ſui morigera: eadem ſemper contemplantibus æquæua eſt, ab ineunte pueritia, ad obeuntem ſenectam. tot ætatis vices

induit,

induit, tam varias habitudines corporis participat: tot vultus eiuſdem lætantis vel dolentis imitatur. Enimuero quòd luto fictum, vel ære infuſum, vel lapide inciſum, vel cera inuſtum, vel pigmento illitum, vel alio quopiam humano artificio adſimilatum eſt, non multa intercapedine temporis diſſimile redditur: &, ritu cadaueris, vnum vultũ & immobilem poſsidet. tantum præſtat imaginis artibus ad ſimilitudinem referendum, læuitas illa ſpeculi fabra, & ſplendor opifex. Aut igitur vnius Ageſilai Lacedæmonij ſententia nobis ſequenda eſt, qui ſe neque pingi neque fingi vnquam, diſſidens formæ ſuæ, paſſus eſt: aut ſi mos omnium ceterorum hominum retinendus videtur, in ſtatuis & imaginibus non repudiandis; cur exiſtimes imaginem ſuam cuique viſendam potius in lapide, quàm in argento? magis in tabula, quàm in ſpeculo? An turpe arbitraris, formam ſuam ſpectaculo aſsiduo explorare? An non Socrates Philoſophus vltrò etiam ſuaſiſſe fertur diſcipulis ſuis, crebrò vt ſemet in ſpeculo contemplarentur? vbi qui eorum foret pulcritudine ſibi complacitus, impendiò procuraret, ne dignitatem corporis malis moribus dedecoraret: qui verò minus ſe commendabilem forma putaret, ſedulò operam daret, vt virtutis laude turpitudinem tegeret. Adeò vir omnium ſapientiſsimus ſpeculo etiam ad diſciplinam morum vtebatur. Demoſthenem verò, primarium dicendi artificem, quis eſt qui non ſciat, ſemper ante ſpeculũ, quaſi ante magiſtrum, cauſas meditatum? ita ille ſummus orator, cum à Platone Philoſopho facundiam hauſiſſet, ab Eubulide dialectico argumentationes edidiciſſet; nouiſsimam pronuntiandi congruentiam ab ſpeculo petiuit. Vtrum igitur putas maiorem curam decoris in adſeueranda oratione ſuſcipiendam Rhetori iurganti, an Philoſopho obiurganti? apud iudices ſorte ductos pauliſper diſceptanti, an apud omnes homines ſemper diſſerenti? de finibus agrorum litiganti, an de finibus

bonorum

bonorum & malorum docenti? Quid? quòd nec ob hæc debet tantummodo Philoſophus ſpeculum inuiſere. Nam ſæpe oportet non modò ſimilitudinem ſuam, verùm etiam ſimilitudinis ipſius rationem conſiderare: Num, vt ait Epicurus, profectæ à nobis imagines, velut quædam exuuiæ, iugi fluore à corporibus manantes, cum leue aliquid & ſolidum offenderunt, illiſæ reflectantur, & retro expreſſæ controuerſim reſpondeant: an vti alij Philoſophi diſputant, radij noſtri, ſeu medijs oculis proliquati, & lumini extrario mixti, atque muniti, vti Plato arbitratur; ſeu tantum oculis profecti, ſine vllo foris adminiculo, vt Architas putat; ſeu intentu aeris fracti vt Stoici rentur, cum alicui corpori incidêre ſpiſſo & ſplendido & læui, paribus angulis, quibus inciderant, reſultent ad facies ſuas reduces: atque ita quod extrà tangunt ac viſant, id intra ſpeculum imaginentur. Videntúrne vobis debere Philoſophi hæc omnia veſtigare & inquirere, & cuncta ſpecula vel vda vel ſuda ſoli videre? Quibus præter iſta quæ dixi, etiam illa ratiocinatio neceſſaria eſt, cur in planis quidem ſpeculis fermè pares obtutus & imagines videantur; in tumidis verò & globoſis omnia defectiora; at contrà in cauis auctiora: vbi, & cur læua cum dexteris permutentur: quando ſe imago eodem ſpeculo tum recondat penitus, tum foras exerat: cur caua ſpecula, ſi exaduerſum Soli retineantur, appoſitum fomitem accendunt? qui fiat, vti arquus in nubibus, variè duo Soles æmula ſimilitudine viſantur? Alia præterea eiuſdemmodi plurima, quæ tractat volumine ingenti Archimedes Syracuſanus, vir in omni quidem Geometria multum ante alios admirabili ſubtilitate: ſed haud ſciam, an propter hæc vel maximè memorandus, quòd inſpexerat ſpeculum ſæpe ac diligenter. Quem tu librum Aemiliane, ſi nôſſes; non modò campo & glebis, verùmetiam abaco & puluiſculo te dediſſes. Mihi iſtud crede, quamquam teterrimum os tuum minimum à

Thyeſtæ

Thyeſta tragico demutet, tamen profectò, diſcendi cupidine, ſpeculum inuiſeres : & aliquando, relicto aratro, mirarêre tot in facie tua ſulcos rugarum. At ego non mirer, ſi boni conſulis me de iſto diſtortiſsimo vultu tuo dicere, de moribus tuis multo truculentioribus reticere? Ea res eſt. præterquàm quòd non ſum iurgioſus, etiam libenter te, nuper vſque, albus an ater eſſes ignoraui. adhuc hercle non ſatis noui. Id adeò factum, quòd & tu ruſticando obſcurus es, & ego diſcendo occupatus. ita & tibi vmbra ignobilitatis approbatore obſtitit : & ego numquam ſtudui malefacta cuiuſquam cognoſcere; ſed ſemper potius duxi mea peccata tegere, quàm aliena indagare. Igitur hoc mihi aduerſum te XIX *vſuuenit, quod qui fortè conſtitit in loco lumine conluſtrato, atque eum alter è tenebris proſpectat. Nam ad eumdem modum tu quidem quid ego in propatulo, & celebri agam, facilè è tenebris tuis arbitraris; cum ipſe humilitate abdita & lucifuga, non ſis mihi mutuò conſpicuus. Ego adeò ſeruos, tu an abeas ad agrum colendum, an ipſe mutuarias operas cum vicinis tuis cambias, neq. ſcio, neque laboro. At tu me ſcis eadem die treis Oeeæ manumiſiſſe. idq; mihi patronus tuus inter cetera à te ſibi edita obiecit. quamquam modico prius dixerat, me vno ſeruo comite Oeeam veniſſe. Quod quidem velim mihi reſpondeas, qui potuerim ex vno treis manumittere, niſi & hoc Magicum eſt? Tantámne eſſe mentiendi cæcitatem dicam, an conſuetudinem?* Venit Apuleius Oeeam cum vno ſeruo. dein, *pauculis verbis intergarritis:* Apuleius Oeeæ vna die treis manumiſit. *Ne illud quidem credibile fuiſſet, cum tribus veniſſe, omnes liberaſſe. quod tamen ſi ita feciſſem, cur potius treis ſeruos inopiæ ſignum putares, quàm treis libertos opulentiæ? Neſcis* XX *profectò, neſcis Aemiliane, Philoſophum accuſare, qui famulitij paucitatem obprobraris: quam ego gloriæ cauſa ementiri debuiſſem. quippe qui ſcirem, non modò Philoſophos, quo-*

phos, quorum me ſectatorem ſero, verùm etiam Imperatores populi Romani paucitate ſeruorum gloriatos. Itáne tandem, ne hæc quidem legêre patroni tui? M. Antonium conſularem, ſolos octo ſeruos domi habuiſſe? Carbonem verò illum, qui rebus potitus eſt, vno minus? At enim Manio Curio, tot adoreis longè incluto, quippe qui ter triumphum vna porta egerit: ei igitur Manio Curio, duos ſolos in caſtris calones fuiſſe? Ita ille vir de Sabinis, deq; Samnitibus, deq; Pyrrho triumphator, pauciores ſeruos habuit, quàm triumphos. M. autem Cato nihil oppertus vt alij de ſe prædicarent, ipſe in Oratione ſcriptum reliquit, cum in Hiſpaniam conſul proficiſceretur, treis ſeruos ſolos ex vrbe duxiſſe, quoniam ad villam publicam venerat. parum viſum qui vteretur. iuſiſſe duos pueros in foro de menſa emi. eos quinque in Hiſpaniam duxiſſe. Hæc Pudens ſi legiſſet, vt mea opinio eſt; aut omnino huic maledicto ſuperſediſſet: aut in tribus ſeruis multitudinem comitum Philoſophi, quàm paucitatem reprehendepre maluiſſet. Idem mihi etiam paupertatem obprobrauit, acceptum Philoſopho crimen, & vltro profitendum. Enimuero paupertas olim Philoſophiæ vernacula eſt: frugi, ſobria, paruo potens, æmula laudis, aduerſum diuitias poſſeſſa, habitu ſecura, cultu ſimplex, conſilio beneſuada. neminem vnquam ſuperbia inflauit, neminem impotentia deprauauit, neminem tyrannide efferauit. delicias ventris & inguinum neq; vult vllas, neque poteſt. Quippe hæc & alia flagitia, diuitiarum alumni ſunt. Maxima quæq; ſcelera ſi ex omni memoria hominum percenſeas, nullum in illis pauperem reperies: vbi contra haud temerè inter illuſtres viros diuites comparent. ſed quemcunque in aliqua laude miramur, eum paupertas ab incunabulis nutricata eſt. Paupertas inquam, priſca apud ſecula omnium ciuitatum conditrix, omniū artium repertrix, omnium peccatorum inops, omnis gloriæ munifica, cunctis

Laudibus

laudibus apud omneis nationes perfuncta. Eadem enim eſt paupertas apud Græcos in Ariſtide iuſta, in Phocione benigna, in Epaminonda ſtrenua, in Socrate ſapiens, in Homero diſerta. Eadem paupertas etiam populo Rom. imperium à primordio fundauit, proq́; eo in hodiernum Diis immortalibus ſimpulo & catino fictili ſacrificat. Quod ſi modò iudices de cauſa iſta ſederent C. Fabricius, Cn. Scipio, Manius Curius, quorum filiæ, ob paupertatem, de publico dotibus donatæ ad maritos ierunt, portantes gloriam domeſticam, pecuniam publicam: ſi Publicola regum exactor, & Agrippa populi reconciliator, quorum funus, ob tenueis opes, à populo Romano collatis ſextantibus adornatum eſt: ſi Attilius Regulus, cuius agellus ob ſimilem penuriam publica pecunia cultus eſt: ſi denique omnes illæ veteres proſapiæ Conſulares & Cenſoriæ & triumphales, breui vſura lucis ad iudicium iſtud remiſſæ audirent; auderés ne paupertatem Philoſopho exprobrare, apud tot Conſules pauperes? An tibi Claudius Maximus idoneus auditor videtur ad irridendam paupertatem, quòd ipſe vberem & prolixam rem familiarem ſortitus eſt? Erras Aemiliane: & longè huius animi fruſtra es, ſi eum ex Fortunæ indulgentia, non ex Philoſophiæ cenſura metiris: ſi virum tam auſteræ ſectæ, tamq́; diutinæ militiæ non putas amicitiorem eſſe coërcitæ mediocritati, quàm delicatæ opulentiæ: Fortunam, velut tunicam, magis concinnam quàm longam probare. quippe etiam ea ſi non geſtetur, & trahatur, nihilo minus quàm lacinia præpendens impedit, & præcipitat. Etenim omnibus ad vitæ munia vtendis, quidquid aptam moderationem ſupergreditur, oneri potius quàm vſui exuberat. Igitur & immodicæ diuitiæ, velut ingẽtia & enormia gubernacula, facilius mergunt quàm regunt: quòd habent irritam copiam, noxiam nimietatem. Quin ex ipſis opulentioribus eos potiſſimum video laudari, qui nullo ſtrepitu, modico cultu, diſſimulatis faculta-

facultatibus agunt: & diuitias magnas adminiſtrant ſine oſtentatione, ſine ſuperbia, ſpecie mediocritatis pauperum ſimiles. Quòd ſi etiam ditibus ad argumentum modeſtiæ quæritur imago quæpiam & color paupertatis; cur eius pudeat tenuiores, quòd ea non ſimulatè, ſed verè funguntur? Poſſum quidem tibi & ipſius nominis controuerſiam facere: neminem noſtrûm pauperem eſſe, qui ſuperuacanea nolit, poſcit neceſſaria, quæ natura oppidò pauca ſunt. Namque is plurimum habebit, qui minimum deſiderabit. Habebit enim quantũ volet, qui volet minimum. Et iccirco diuitiæ nõ melius in fundis & in fœnore, quàm in ipſo hominis æſtimantur animo, qui ſi eſt auaritia egenus, & ad omne lucrum inexplebilis; nec montibus auri ſatiabitur, ſed ſemper aliquid antè parta vti augeat, mendicabit. Quæ quidem vera confeſsio eſt paupertatis. Omnis enim cupido acquirendi ex opinione inopiæ venit. Nec refert quàm magnum ſit quod tibi minus eſt. Non habuit tantam rem familia Philus, quantam Lælius: nec Lælius, quantam Scipio: nec Scipio, quantam Craſſus diues: atenim nec Craſſus diues, quantum volebat. Ita cum omneis ſuperaret, à ſuamet auaritia ſuperatus eſt: omnibusq; potius diues viſus eſt, quàm ſibi. At contrà hi Philoſophi quos commemoraui, non vltrà volentes quàm poterant, ſed congruentibus deſideriis & facultatibus, iurè meritoq; dites & beati fuerunt. Pauper enim fis appetendi egeſtate, diues non egendi ſatietate: quippe quin opia, deſiderio, opulentia, faſtidio cernuntur. Igitur Æmiliane, ſi pauperem me habere vis, prius auarum eſſe doceas neceſſe eſt. Quòd ſi nihil in animo deeſt; de rebus extraneis quantum deſit non laboro: quarum neque laus in copia, neque culpa in penuria conſiſtit. Sed finge hæc aliter eſſe: ac me ideo pauperẽ, quia mihi Fortuna diuitias inuidit, eaſq; vt fermè euenit, aut tutor imminuit, aut inimicus eripuit, aut pater non reliquit; hoccine homini obprobrari, paupe-

rium,

idem, quod nulli ex animalibus vitio datur? non aquilæ, non tauro, non leoni. Equus ſi virtutibus ſuis polleat vt ſit æquabilis vector, & curſor pernix; nemo ei penuriam pabuli exprobrat: tu mihi vitio dabis, non facti vel dicti alicuius prauitatem; ſed quòd viuo gracili Lare, quòd pauciores habeo, parcius paſco, leuius veſtio, minus obſono? Atqui ego contrà, quantulacunque tibi hæc videntur, multa etiam, & nimia arbitror, & cupio me ad pauciora coercere: tanto beatior futurus, quanto collectior. Namque animi, ita vt corporis, ſanitas expedita; imbecillitas lacinioſa eſt: certumq́; ſignum eſt infirmitatis, pluribus indigere. Prorſus ad viuendum, velut ad natandum, is melior, qui onere liberior. Sunt enim ſimiliter etiam in iſta vita humana tempeſtates: leuia ſuſtentatui, grauia demerſui. Equidem didici, eo præcedere maximè Deos hominibus, quòd nulla re ad vſum ſui indigeant. Igitur ex nobis, cui quam minimis opus ſit, eum eſſe Deo ſimiliorem. Proinde gratum habitum, ad contumeliam diceretis, rem familiarem mihi peram & baculum fuiſſe. quod vtinam tantus animi forem, vt præter eam ſupellectilem nihil quidquam requirerem; ſed eumdem ornatum dignè geſtarem, quem Crates vltrò diuitiis abiectis appetiuit! Crates inquam, ſiquid credis Aemiliane, vir domi inter Thebanos proceres diues, & nobilis, amore huius habitus quem mihi obiectas, rem familiarem largam & vberem populo donauit. multis ſeruis à ſeſe remotis ſolitatem delegit: arbores plurimas & frugiferas præ vno baculo ſpreuit: villas ornatiſsimas vna perula mutauit. quam poſtea, comperta vtilitate, etiam carmine laudauit, flexis ad hoc Homericis verſibus, quibus ille Cretam inſulam nobilitat. Principium dicam; ne me hæc ad defenſionem putes confinxiſſe:

Κρήτη τις γαῖ᾽ ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ
Καλὴ καὶ πίειρα περίρρυτος.

XXVI Iam cetera tam mirifica. quæ ſi tu legiſſes, magis mihi peram, quàm nuptias Pudentillæ inuidiſſes. Peram & baculum tu Philoſophis exprobrares? igitur & equitibus faleras, & peditibus clypeos, & ſigniferis vexilla, & denique triumphantibus quadrigas albas & togam palmatam. Non ſunt quidem iſta Platonicæ ſectæ geſtamina, ſed Cynicæ inſignia familiæ. Verumtamen hæc Diogeni & Antiſtheni pera & baculus, quod Regibus diadema, quod Imperatoribus paludamentum, quod Pontificibus galerum, quod lituum Auguribus. Diogenes quidem Cynicus, cum Alexandro Magno de veritate regni certabundus, baculo ſceptri vice gloriabatur. Ipſe denique Hercules inuictus, quoniam hæc tibi vt quædã mendicabula animi ſordent, ipſe inquam Hercules luſtrator orbis, purgator ferarum, gentium domitor, is tamen Deus cùm terras peragraret, paulo prius quàm in cælum ob virtutes aſcitus eſt, neque vna pelle veſtitior fuit, neque vno baculo comitatior.

XXVII Quòd ſi hæc exempla nihili putas, at me non ad cauſam agendam, verùm ad cenſum diſſerundum vocaſti; ne quid tu rerum mearum neſcias, ſi tamen neſcis, profiteor mihi ac fratri meo relictum à patre HS. vicies, paulo ſecus: idq; à me longa peregrinatione, & diutinis ſtudiis, & crebris liberalitatibus modicè imminutum. Nam & amicorum pleriſque opem tuli, & magiſtris plurimis gratiam retuli, quorundam etiam filias dote auxi. neque enim dubitaſſem equidem vel vniuerſum patrimonium impendere, vt adquirerem mihi, quod maius eſt contemptu patrimonij. Tu verò Aemiliane, & id genus homines, vti tu es, inculti & agreſtes, tanti reuera eſtis, quantum habetis: vt arbor infecunda & infelix, quæ nullũ fructum ex ſeſe gignit, tanti eſt in pretio, quanti lignum eius in trunco.

XXVIII Attamen parce poſtea, Aemiliane, paupertatem cuipiam obiectare, qui nuper vſque agellum Zarathenſem, quem tibi vnicum pater tuus reliquerat, ſolus vno aſello ad tempe-

tempeſtiuum imbrem, triduò exarabas. Neque enim diu eſt, cùm te crebræ mortes propinquorum immeritis hereditatibus fulſerunt. Vnde tibi potius, quàm ob iſtam teterrimam faciem, Charon nomẽ eſt? De patria mea verò, quòd XXVIII
eam ſitam Numidiæ & Gætuliæ in ipſo confinio, meis ſcriptis oſtendi: ſcis quibus memet profeſſus ſum, cùm Lolliano Auito c.v. præſente publicè diſſererem, Seminumidam & Semigætulum. Non video, quid mihi ſit in ea re pudendum: haud minus quàm Cyro maiori, quòd genere mixto fuit Semimedus ac Semiperſa. Non enim vbi prognatus, ſed vt moratus quiſque ſit, ſpectandum: nec qua regione, ſed qua ratione vitam viuere inierit, conſiderandum eſt. Olitori & cauponi meritò eſt conceſſum, olus & vinum ex nobilitate ſoli commendare: vinum Thaſium, olus Phliaſium. Quippe illa terra alumna multum ad meliorem ſaporem iuuerit, & regio fœcunda, & cælum pluuium, & ventus clemens, & Sol apricus, & ſolum ſuccidum. Enimuerò animo hominis extrinſecus in hoſpitium corporis immigranti, quid ex iſtis addi vel minui ad virtutem vel malitiam poteſt? Quando non in omnibus gentibus varia ingenia prouenere? quamquã videantur quædam ſtultitia vel ſolertia inſigniores. Apud ſocordiſſimos Scythas, Anacharſis ſapiens natus eſt: apud Athenienſes catos, Miletides fatuus. Neque hoc XXIX
eò dixi, quò me patriæ meæ pœniteret; etſi adhuc Syphacis oppidum eſſemus. quo tamen victo, ad Maſiniſſam regem conceſſimus, munere populi: ac deinceps, veteranorum militum nouo conditu, ſplendidiſſima colonia ſumus. in qua colonia patrem habui loco principe Duumuiralem, cunctis honoribus perfunctum. Cuius ego locum in ea repub. exinde vt participare curiam cœpi, nequaquam degener, pari ſpero honore & exiſtimatione tueor. Cur ergo illa protuli? vt mihi tu, Aemiliane, minus poſthac ſuccenſeas: potiuſq; vt veniam impertias, ſi per negligentiam fortè non elegi illud tuum

lud tuum Atticum Zarat, vt in eo naſcerer. Nónne vos puditum eſt, hæc crimina, tali viro audiente, tam aſſeveranter obiectare? friuola & inter ſe repugnantia ſimul promere? & vtraque tamen reprehendere? At non contra vos accuſatis? peram & baculum, ob auctoritatem: carmina & ſpeculum, ob hilaritatem: vnum ſeruum, vt deparci: tres libertos, vt profuſi? præterea eloquentiā Græcam, patriam barbaram? Quin igitur tandem expergiſcimini, ac vos cogitatis apud Claudium Maximum dicere, apud virum ſeuerum, & totius prouinciæ negotiis occupatū? Quin inquam vana hæc conuicia aufertis? quin oſtenditis, quod inſimulauiſtis, ſcelera immunia, & inconceſſa maleficia, & artes nefandas? Cur veſtra oratio rebus flaccet, ſtrepitu viget? Aggredior enim iam ad ipſum crimen Magiæ, quæ ingenti tumultu, ad inuidiam mei, accenſum, fruſtrata expectatione omnium, per neſcio quas anileis fabulas deflagrauit. Ecquandóne vidiſti Maxime, flammam ſtipula exortam, claro crepitu, largo fulgore, cito incremento? ſed enim materia leui, caduco incendio, nullis reliquiis? Hem tibi illa accuſatio iurgiis inita, verbis aucta, argumētis defecta, nullis poſt ſententiam tuam reliquiis calumniæ permanſura. quæ quidem omnis Aemiliano fuit in iſto vno deſtinata, me Magum eſſe. & ideo mihi libet quærere, ab eruditiſſimis eius aduocatis, quid ſit Magus. Nam ſi, quod ego apud plurimos lego, Perſarum lingua Magus eſt, qui noſtra ſacerdos; quid tandem eſt crimen, ſacerdotem eſſe? & ritè noſſe, atq. ſcire, atq; callere, leges cerimoniarū, fas ſacrorū, ius religionum? Si quidem Magia id eſt, quod Plato interpretatur θεῶν θεραπείαν; cùm commemorat, quibusnam diſciplinis puerum regium adoleſcentem Perſæ imbuant. Verba ipſa diuini viri memini, quæ tu mecum Maxime recognoſce, dicentis: δὶς ἑπτὰ δὲ γενομένων ἐτῶν τὸν παῖδα παραλαμβάνουσιν οὓς ἐκεῖνοι βασιλείους παιδαγωγοὺς ὀνομάζουσιν. εἰσὶ δὲ ἐξει-

λεγμένοι

λεγόμενοι περσῶν οἱ ἄριστοι δόξαντες ἐν ἡλικίᾳ τέτταρες· ὅ, τε σοφώτατος, καὶ ὁ δικαιότατος, καὶ ὁ σωφρονέστατος, καὶ ὁ ἀνδρειότατος. ὧν ὁ μὲν μαγείαν τε διδάσκει τὴν Ζωροάστρου, τοῦ Ὡρομάζου, ἔστι δὲ τοῦτο θεῶν θεραπεία. διδάσκει δὲ καὶ τὰ βασιλικά. Auditiſne Magiam, qui eam temerè XXXI accuſatis, artem eſſe Diis immortalibus acceptam, colendi eos ac venerandi pergnaram, piam ſcilicet, & diuini ſcientem; iam inde à Zoroaſtre & Oromazo auctoribus ſuis nobilem, cælitum antiſtitam? quippe inter prima regalia docetur. nec vlli temere inter Perſas conceſſum eſt Magum eſſe, haud magis quàm regnare. Idem Plato in alia ſermocinatione, de Zamolxi quodam Thraci generis, ſed eiuſdem artis viro ſita ſcriptum reliquit:

* * * * * * *

Quod ſi ita eſt, cur mihi noſſe non liceat vel Zamolxi bona verba, vel Zoroaſtri ſacerdotia? Sin verò, more vulgari, eum iſti propriè Magum exiſtimant, qui communione loquendi cum Diis immortalibus, ad omnia quæ velit incredibilia quadam vi cantaminum polleat; oppidò miror, cur accuſare non timuerint, quem poſſe tantum fatentur. Neque enim tam occulta & diuina potentia caueri poteſt, itidem vt cetera. Sicarium qui in iudicium vocat, comitatus venit: qui venenarium accuſat, ſcrupuloſius cibatur. qui furem arguit, ſua cuſtodit. Enimuerò qui Magum, qualem iſti dicunt, in diſcrimen capitis deducit, quibus comitibus, quibus ſcrupulis, quibus cuſtodibus perniciem cæcam & ineuitabilem prohibeat? nullis ſcilicet. & ideo id genus crimen non eſt eius accuſare, qui credit. Verùm hæc fermè communi XXXII quodam errore imperitorum Philoſophis obiectantur: vt partim eorum qui corporum cauſas meras & ſimpliceis rimantur, irreligioſos putent, eóque aiant Deos abnuere; vt Anaxagoram, & Leucippum, & Democritum, & Epicurum, ceterosq; rerum naturæ patronos: partim autem, qui

Prouidentiã mundi curioſius veſtigant, & impenſius Deos
celebrant, eos verò vulgò Magos nominent: quaſi facere
etiam ſciant, quæ ſciant fieri: vt olim fuere Epimenides, &
Orpheus, & Pythagoras, & Oſtanes. Ac dein ſimiliter ſu-
ſpecta eſt Eocli Cathorino, Socrati Dæmonion Platonis, τὸ
454 *ἀγαθόν. Gratulor igitur mihi: cùm & ego tot & tantũ vi-*
XXXIII. *ris adnumeror.* ✝ *Ceterùm quæ ab illis ad oſtendendum cri-*
men obiecta ſunt vana & inepta & ſimplicia, vereor ne
ideo tantum crimina putes, quòd obiecta ſunt. Cur, *inquit,*
piſcium quædam genera quæſiſti? *Quaſi id cognitionis*
gratia Philoſopho facere non liceat, quod luxurioſo gulæ
cauſa liceret? Cur mulier libera tibi nupſit poſt annos
tredecim viduitatis? *Quaſi non magis mirandum ſit,*
quòd tot annis non nupſerit. Cur prius quàm tibi nu-
beret, ſcripſit neſcio quid in epiſtola, quod ſibi vide-
batur? *Quaſi quiſquam debeat cauſas alienæ ſententiæ red-*
dere. Atenim maior natu non eſt iuuenem aſperna-
454 ta. *Igitur hoc ipſum argumentum eſt, nihil opus Magia*
fuiſſe, vt nubere vellet mulier viro, vidua cœlibi, maior iu-
niori. Iam & illa ſimilia: Habet quiddam Apuleius do-
mi, quod ſanctè colit. *Quaſi non id potius crimen ſit,*
quod colas non habere. Cecidit præſente Apuleio puer.
Quid enim ſi iuuenis, quid ſi etiam ſenex adſiſtente me cor-
292 *ruiſſet? vel morbo corporis impeditus, vel lubrico ſoli prola-*
pſus? Hiſcine argumentis Magiam probatis? caſu puerili, &
XXXIV. *matrimonio mulieris, & obſonio piſcium?* ✝ *Poſſem equidem*
bono periculo, vel his dictis contentus, perorare. Quoniam
tamen mihi pro accuſationis longitudine largiter aquæ ſu-
pereſt; cedò, ſi videtur, ſingula conſideremus. Atq. ego om-
nia obiecta, ſeu vera, ſeu falſa ſint, non negabo: ſed perin-
de atque ſi facta ſint fatebor; vt omnis iſta multitudo, quæ
456 *plurima vndique ad audiendum conuênit, apertè intelligat,*
nihil in Philoſophos nõ modò verè dici, ſed ne falsò quidem
poſſe

poſſe confingi: quod non ex innocentiæ fiducia, quamuis liceat negare, tamen habeant potius defendere. Primùm igitur argumenta eorum conuincam, ac refutabo; nihil ea ad Magiam pertinere: deinde, etſi maximè Magus forem; tamen oſtendam, neque cauſam vllam, neque occaſionem fuiſſe, vt me in aliquo maleficio experirentur. Ibi etiam de falſo inuidia, deq; epiſtolis mulieris perperam lectis, & nequius interpretatis, deq; matrimonio meo ac Pudentillæ diſputabo. idque à me ſuſceptum officij gratia, quàm lucri cauſa, docebo. Quod quidem matrimonium noſtrum Aemi- XXXV.
liano huic, immanè quanto angori, quantæq; inuidiæ fuit. inde omnis huiuſce accuſationis obeundæ ira & rabies, & deniq; inſania exorta eſt. Quæ ſi omnia palàm & dilucidè oſtendero; tunc denique te, Claudi Maxime, & omneis qui adſunt conteſtabor, puerum illum Sicinium Pudentem priuignum meum; cuius obtentu & voluntate à patruo eius accuſor, nuperrimè curæ meæ ereptum, poſtquàm frater eius Pontianus & natu maior, & moribus melior, diem ſuum obiit: atque ita in me ac matrem ſuam nefariè efferatum, non mea culpa, deſertis liberalibus ſtudiis, ac repudiata omni diſciplina, ſceleſtis accuſationis huius rudimentis, patruo Aemiliano potius quàm fratri Pontiano ſimilem futurum. Nunc, vt inſtitui, proficiſcar ad omnia Aemiliani huiuſce deliramenta, orſus ab eo, quod ad ſuſpicionem Magiæ, quaſi validiſsima in principio dici animaduertiſti, nonnulla me piſcium genera per quoſdam piſcatores pretio quæſiſſe. Vtrum igitur horum ad ſuſpectandam Magiam va- XXXVI.
let? quod ne piſcatores mihi piſcem quæſierunt? ſcilicet ergo phrygionibus aut fabris negotium iſtud dandum fuiſſe: atque ita opera cuiuſque artis permutanda, ſi vellem calumnias veſtras vitare; vt faber mihi piſcem, vt piſcator mutuò lignum dedolaret? An ex eo intellexiſtis maleficio quæri piſciculos, quod pretio quærebantur? Credo ſi con-

uiuio vellem, gratis quæſiſſem. Quin igitur etiam ex alijs pleriſq; me arguitis? Nam ſæpenumero & vinum, & olus, & pomum, & panem pretio mutaui. Eo pacto cupedinarijs omnibus famem decernis. Quis enim ab illis obſonare audebit? ſiquidem ſtatuitur, omnia edulia, quæ depenſo parantur, non cœnæ, ſed Magiæ deſiderari.

XXXVII Quod ſi nihil remanet ſuſpicionis, neque in piſcatoribus mercede inuitatis, ad quod ſolent; ad piſcem capiundum, quos tamen nullos ad teſtimonium produxere, quippe qui nulli fuerunt; neque in ipſo pretio rei venalis, cuius tamen quantitatem nullam taxauere; ne, ſi mediocre pretium dixiſſent, contemneretur: ſi plurimum, non crederetur: ſi in his, vt dico, nulla ſuſpicio eſt; reſpondeat mihi Æmilianus, quo proximo ſigno ad accuſationem Magiæ ſit inductus. Piſces, inquit, quæris. Nolo negare. Sed oro te, qui piſces quærit, Magus eſt? Equidem non magis arbitror, quàm ſi lepores quærerem, vel apros, vel altilia. An ſoli piſces habent aliquid occultum alijs, ſeu Magis cognitum? Hoc ſi ſcis quid ſit, Magus es profectò: ſin neſcis, confitearis neceſſe eſt, id te accuſare, quod neſcis. Tam rudes vos eſſe omnium litterarum, omnium denique vulgi fabularum, vt ne fingere quidem poſſitis iſta veriſimiliter? Quid enim competit ad amoris ardorem accendendum, piſcis brutus & frigidus, aut omnino res pelago quæſita? Niſi fortè hoc vos ad mendacium induxerit, quòd Venus dicitur pelago exorta.

XXXIIX Audi ſis Tantoni Pudens, quàm multa neſcieris, qui de piſcibus argumentum Magiæ recepiſti. At ſi Virgilium legiſſes; profectò ſciſſes, alia quæri ad hanc rem ſolere. Ille enim, quantũ ſcio, enumerat vittas molleis, & verbenas pingueis, & thura maſcula, & licia diſcolora: præterea laurum fragilem, limum durabilem, ceram liquabilẽ: nec minus, quæ iam in opere ſerio ſcripſit,

Falcibus & meſſe ad Lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ, nigri cum lacte veneni.

Quæri-

Quæritur & naſcentis equi de fronte reuulſus,
Et matri præreptus amor.

At tu piſcium inſimulator, longè diuerſa inſtrumenta Magiæ attribuis: non frontibus teneris detergenda, ſed dorſis ſquallentibus excindenda: nec fundo reuellenda, ſed profundo extrahenda: nec falcibus metenda, ſed hamis inuncanda. Poſtremò, in maleficio ille venenum nominat, tu pulmentum: ille herbas & ſurculos, tu ſquamas & oſſa: ille pratum decerpit, tu fluctum ſcrutaris.

XXXIX.

Memoraſſem tibi etiam Theocriti paria, & alia Homeri, & Orphei plurima, & ex comœdiis & tragœdiis Græcis & ex hiſtoriis multa repetiſſem; ni te dudum animaduertiſſem Græcam Pudentillæ epiſtolam legere nequiuiſſe. Igitur vnum etiam poetam Latinum attingam. verſus ipſos, quos agnoſcent qui Lælium legére:

Philtra omnia vndique eruunt.
Antipathes illud quæritur,
Trochiſcili, vngues, teniæ,
Radiculæ, herbæ, ſurculi,
Aureæ ilices, bichordilæ,
Hinnientum dulcedines.

Hæc & alia quæſiſſe me potius, quàm piſces, lōgè veriſimilius confinxiſſes. His etenim fortaſſe per famam peruulgatam fides fuiſſet, ſi tibi vlla eruditio adfuiſſet.

XL.

Enimuerò piſcis ad quam rem faciat captus, niſi ad epulas coctus? ceterùm ad Magiam nihil. Quamquam videatur nihil adiutare, dicam vnde id coniectem. Pythagoram plerique Zoroaſtri ſectatorem, ſimiliterq; Magiæ peritum arbitrati, eum memoriæ prodiderunt, cùm animaduertiſſet proximè Metapontum, in littore Italiæ ſuæ, quam ſubſiciuam Græciam fecerat, à quibuſdam piſcatoribus euerriculum trahi, fortunam iactus eius emiſſe: & pretio dato, iuſſiſſe illico piſces eos qui capti tenebantur, ſolui retibus, & reddi profundo.

Quos ſcilicet eum de manibus amiſſurum non fuiſſe, ſi quid in his vtile ad Magiam comperiſſet. Sedenim vir egregiè doctus, & veterum æmulator, meminerat Homerum poetam multiſcium, vel potius cunctarum rerum adprimè peritum, vim omnem medicaminum non mari, ſed terræ ſcripſiſſe: cùm de quadam ſaga ad hunc modum memorauit:

Itemq; alibi carminum ſimiliter:

Cùm tamen numquam apud eum marino aliquo & piſculento medicauit: nec Protheus faciem, nec Vlyſſes ſcrobem, nec Aeolus follem, nec Helena crateram, nec Circe poculum, nec Venus cingulum. At vos ſoli reperti eſtis ex omni memoria, qui vim herbarum, & radicum, & ſurculorum, & lapillorum, quaſi quadā colluuione naturæ, de ſummis montibus in mare transferatis, & penitus piſcium ventribus inſuatis. Igitur vt ſolebat ad Magorum cerimonias aduocari Mercurius carminum vector, & illex animi Venus, & Luna noctium conſcia, & manium potens Triuia: vobis auctoribus, poſthac Neptunus cum Salacia, & Portunus cum omni choro Nereidum, ab æſtibus fretorum ad æſtus amorum transferentur. Dixi cur non arbitrer quidquam negotij eſſe Magis & piſcibus. Nunc, ſi videtur, credamus Aemiliano, ſolere piſces etiam ad Magicas poteſtates adiuuare. num ergo propterea, quicunque piſcem quærit, & ipſe Magus eſt? Eo quidem pacto, & qui myoparones quæſierit, pirata erit: & qui vectem, perfoſſor: & qui gladium, ſicarius. Nihil in rebus omnibus tam innoxium dices, quin id poſſit aliquid aliquà obeſſe: nec tam lætum, quin poſſit ad triſtitudinem intelligi. Nec tamen iccirco omnia ad nequiorem ſuſpicionem trahuntur. etſi thus & caſiam & myrrham, ceteroſq; id genus odores funeri tantum emptos arbitreris; cùm & medicamento parentur, & ſacrificio. Ceterùm eodem piſ-

cium ar-

cium argumento, etiam Menelai ſocios putabis Magos fuiſſe, quos ait Poeta præcipuus, flexis hamulis apud Pharum inſulam famem propulſaſſe. etiam mergos, & delphinos, & ſcyllas, tu eõdem referes: etiam gulones omneis, qui impenſo piſces pretio à piſcatoribus mercantur: etiam ipſos piſcatores, qui omnium generum piſceis arte anquirunt. Cur ergo & tu quæris? Nolo equidem, nec neceſſarium habeo tibi dicere: ſed per te, ſi potes, ad hoc quæſiſſe me argue, vt ſi helleborum, vel cicutam, vel ſuccum papaueris emiſſem, item alia eiuſdem modi, quorum moderatus vſus ſalutaris, ſed commixtio vel quantitas noxia eſt: quis æquo animo pateretur, ſi me per hoc veneficij arceſſeres, quòd ex illis poteſt homo occidi? XLIII

Videamus tamen quæ fuerint piſcium genera, tam neceſſaria ad habendum, tamq́; rara ad reperiendum, vt meritò ſtatuto præmio quærerentur. Tria omnino nominauerant: vnum falſi, duo mentiti. Falſi, quòd leporem marinum fuiſſe dixerunt, qui alius omnino piſcis fuit, quem mihi Themiſon ſeruus noſter, medicinæ nõ ignarus, vt ex ipſo audiſti, vltro attulit ad inſpiciundum. nam quidem Leporem nondum etiam inuenit. Sed profiteor me quærere & cetera, non piſcatoribus modò, verùm etiam amicis meis negotio dato, quicunque minus cogniti generis piſcis inciderit, vt eius mihi aut formam commemorent, aut ipſum viuum: ſi id nequierint, vel mortuũ oſtendant. Quamobrem id faciam, mox docebo. XLIV

Mentiti autem ſunt callidiſſimi accuſatores mei, vt ſibi videntur; cùm me ad finem calumniæ confinxerunt, duas res marinas, impudicis vocabulis quæſiſſe. quas Tannonius ille, cùm vtriuſque ſexus genitalia intelligi vellet, ſed eloqui propter infantiam cauſidicus ſummus nequiret; multum ac diu hæſitato, tandem virile marinum, neſcio qua circumlocutione malè ac ſordidè nominauit. Sedenim feminal nullo pacto reperiens munditer dicere, ad mea ſcripta confugit, quia & è quodam meo libro legit:

legit: Interfeminium tegat, & femoris obiectu, &
palmæ velamento. *Hic etiam, pro ſua grauitate, vitio*
mihi vortebat, quòd me nec ſordidiora dicere honeſtè pige-
ret. At ego illi contrà iuſtius exprobrauerim, quòd qui elo-
quentiæ patrocinium vulgò profiteatur, etiam honeſta dictu
ſordidè blatteret, ac ſæpe in rebus nequaquam difficilibus
fringultiat, vel omnino obmuteſcat. Cedo enim, ſi ego de
473 *Veneris ſtatua nihil dixiſſem, neque interfeminium nomi-*
naſſem; quibus tandem verbis accuſaſſes crimen illud, tam
ſtultitiæ quàm linguæ tuæ congruens? An quidquam ſtul-
tius, quàm ex nominum propinquitate vim ſimilem rerum
coniectari? Et fortaſſean præacutè reperiſſe vobis videbami-
ni? At quæſiſſe me fingeretis ad illecebras Magicas duo hæc
marina, Veretillam, & Virginal. diſce enim nomina rerum
Latina. quæ propterea variè nominaui, vt denuò inſtructus
XLV *accuſes. Memento tamen tam ridiculum argumentum fo-*
re, deſiderata ad res Venereas marina obſcœna, quàm ſi di-
cas marinum pectinem comendo capillo quæſitum, vel aucu-
pandis volantibus piſcem accipitrem, aut venandis apris piſ-
cem apriculum, aut eliciendis mortuis marina caluaria. Re-
ſpondeo igitur ad hunc veſtrum locum, non minus inſulſè
quàm abſurdè commentum, me haſce nugas marinas, &
474 *quiſquilias littoraleis neque pretio neque gratis quæſiſſe. Il-*
lud etiam præterea reſpondeo, neſciſſe vos, quid à me quæ-
ſitum fingeretis. Hæc enim friuola, quæ nominaſtis, plera-
que in litoribus omnibus congeſtim & aceruatim iacent, &
297 *ſine vllius opera, quamlibet leuiter motis flucticulis, vltro*
foras euoluuntur. Quin ergo dicitis me eadem opera pretio
impenſo per plurimos piſcatores quæſiſſe de litore, conchu-
lam ſtriatam, teſtam hebetem, calculum teretem: præterea
cancrorum furcas, echinorum calyculos, lolliginum ligulas:
475 *poſtremò aſſulas, feſtucas, reſticulas, & oſtrea Pergami*
vermiculata: denique muſcum, & algam, & cetera maris
eiectamen-

eiectamenta. quæ vbique litorum ventis expelluntur, ſalo expuuntur, tempeſtate reciprocantur, tanquillo deſeruntur. Neque enim minus iſtis, quæ commemoraui, accommodari poſſunt, ſimiliter ex vocabulo ſuſpiciones. Poſſe dicitis ad res Venereas ſumpta de mari ſpuria & faſcina, propter nominum ſimilitudinem. qui minus poſſit ex eodem littore calculus ad veſicam, teſta ad teſtamentum, cancer ad vlcera, alga ad querquerum? Ne tu Claudi Maxime nimis patiens vir es, & oppidò proxima humanitate, qui haſce eorum argumentationes diu herclè perpeſſus ſis. Equidem cùm hæc ab illis quaſi grauia & inuincibilia dicerentur, illorum ſtultitiam ridebam, tuam patientiam mirabar.

Ceterùm, quamobrē plurimos iam piſcis cognouerim, quorumdum adhuc neſcius eſſe nolui, diſcat Æmilianus; quoniam vſque adeò rebus meis curat. quamquam eſt iam præcipiti æuo, & occidua ſenectute; tamen ſi videtur, ſuſcipiat doctrinam, ſeram planè, & poſtumam. Legat veterum Philoſophorum monumenta, tandem vt intelligat, non me primum hæc requiſiſſe, ſed iampridem maiores meos, Ariſtotelem dico, & Theophraſtum, & Eudemum, & Lyconem, ceteroſq; Platonis minores: qui plurimos libros de genitu animalium, déque victu, deq; particulis, déque omni differentiâ reliquerunt. Bene, quod apud te Maxime, cauſa agitur, qui pro tua eruditione legiſti profectò Ariſtotelis περὶ ζώων γενέσεως, περὶ ζώων ἀνατομῆς, περὶ ζώων ἱστορίας multiiuga volumina: præterea Problemata innumera eiuſdem: tum ex eadem ſecta ceterorum, in quibus id genus varia tractantur. Quæ tanta cura conquiſita, ſi honeſtum & glorioſum fuit illis ſcribere, cur turpe ſit nobis experiri? præſertim cùm ordinatius & cohibilius, eadem Græcè & Latinè adnitar conſcribere, & in omnibus aut omiſſa anquirere aut defecta ſupplere? Permittite, ſi opera eſt, quædam legi de Magicis meis; vt ſciat me Æmilianus, plura, quàm

XLVI

XLVII

quàm putat, quærere, & ſedulò explorare. Prome tu librum ex Græcis meis, quos fortè hic amici habuere, ſeduliq; Naturalium Quæſtionum: atque eum maximè, in quo plura de piſcium genere tractata ſunt. Interea, dum hic quærit, ego exemplum rei competens dixero. Sophocles poëta Euripidi æmulus & ſuperſtes, vixit enim ad extremam ſenectam: cùm igitur accuſaretur à filio ſuomet dementiæ, quaſi iam per ætatem deſiperet; protuliſſe dicitur Coloneum ſuam, peregregiam tragœdiarum, quam fortè tum in eo tempore conſcribebat: eámque iudicibus legiſſe, nec quidquam amplius pro defenſione ſua addidiſſe, niſi vt audacter dementiæ condemnarent, ſi carmina ſenis diſplicerent. Ibi ego comperior, omnes iudices tanto poetæ adſurrexiſſe, miris laudibus eum tuliſſe, ob argumenti ſolertiam, & cothurnum facundiæ: nec ita multum omnis abfuiſſe, quin accuſatorem potius dementiæ condemnarent. Inueniſti tu librum? Beaſti. Cedò. enim experiamur, an & mihi poſſint in iudicio litteræ meæ prodeſſe. Lege pauca in principio, deinde quædam de piſcibus. At tu, interea dum legit aquam

XLVIII ſuſtine. Audiſti Maxime, quorum pleraque ſcilicet legeras apud antiquos Philoſophorum. & memento, de ſolis piſcibus hæc volumina à me conſcripta: qui eorum coitu progignantur; qui ex limo coaleſcant; quoties & quid anni cuiuſque eorum generis feminæ ſubent, mares ſuriant; quibus membris & cauſis diſcreuerit natura viuiparos eorum & ouiparos. ita enim appello, quæ Græci ζωοτόκα κ̀ ᾠοτόκα. Et, ne operosè animalium genita pergam, deinde de differentia & victu, & membris, & ætatibus, ceteriſq; plurimis, ſcitu quidem neceſſariis, ſed in iudicio alienis. Pauca etiam de Latinis ſcriptis meis, ad eamdem peritiam pertinentibus, legi iubebo. in quibus animaduertes, cum in eu cognitu rara, tum nomina etiam Romanis inuſitata, & in hodiernum, quod ſciam, infecta: ea tamen nomina labore meo &

meo & ſtudio ita de Græcis prouenire, vt tamē Latina moneta percuſſa ſint. Vel dicant nobis, Aemiliane, patroni tui, vbi legerint Latinè hæc pronuntiata vocabula. de ſolis aquatilibus dicam, nec cetera animalia niſi in communibus differentes attingam. Auſculta igitur quæ dicam. Iam me clamabis magica nomina Aegyptio vel Babylonico ritu percenſere. Poſſum etiam pergere. ſed non eſt operæ in iſtis diem terere, vt ſit mihi tempus aggredi ad cetera. hæc interim, quæ dixi, pauca recita, Latinè à me enuntiata.

* * * * * *

Vtrum igitur putas Philoſopho, non ſecundum Cynicam temeritatem rudi & indocto, ſed qui ſe Platonicæ ſcholæ meminerit, vtrum ei putas turpe, ſcire iſta an neſcire? neglegere, an curare? noſſe quanta ſit etiam in iſtis prouidentiæ ratio, an de Diis immortalibus matri & patri credere? Q. Ennius ædes Phagitica, quæ verſibus ſcripſit, innumerabilia piſcium genera enumerat, quæ ſcilicet curioſè cognouerat. Paucos verſus memini. eos dicam:

Omnibus vt clypea præſtat, muſtela marina.
Mures ſunt Æni, aſpera & oſtrea & plurima Abydi,
Mus Mitylenæ eſt pecten, caradrum quæ apud Vmbraciæ fineis.
Brūduſij ſargus bonus eſt. hūc, magnus ſi erit, ſume.
Apriculum piſcem ſcito primum eſſe Tarenti.
Surrenti ellopa fac emas, glaucū apud Cumas. quid?
Scarum præterij, cerebrum Iouis pænè ſupremi.
Nectoris ad patriā hic capitur magnusque bonusq;.
Melanurū, turdū, merulamq;, vmbramq; marinam.
Polypus Corcyræ, caluaria pinguia Carnæ,
Purpura, matriculi, mures, dulces quoque echini.

Alios etiam multis verſibus decorauit, & vbi gentium quiſque eorum inueniatur oſtendit; qualiter aſſus aut iuſſulentus optimè ſapiat. nec tamen ab eruditis reprehenditur.

BIBLIOTECA DE LA FACULTAD DE LETRAS — DE — GRANADA

Ne ego

Ne ego reprehendar, qui res paucißimis cognitas Græcè, Latinè proprijs & elegantibus vocabulis conſcribo? Cum hoc ſatis dixi, tum aliud accipe. Quid enim tandem, ſi medicinæ neque inſtudioſus, neque imperitus, quæpiam remedia ex piſcibus quæro, vt ſanè ſunt plurima, cum in alijs omnibus rebus eodem naturæ munere interſperſa atque interſeminata, tum etiam nonnulla in piſcibus; an remedia noſſe, & ea conquirere, Magi potius eſſe, quàm Medici, quàm denique Philoſophi putas? qui illis non ad quæſtum, ſed ad ſuppetias vſurus eſt. Veteres quidem medici etiam carmina remedia vulnerum norant, vt omnis vetuſtatis certißimus auctor Homerus docet: qui facit Vlixi de vulnere ſanguinem profluentem ſiſti cantamine. Nihil enim quod ſalutis ferendæ gratia fit, criminoſum eſt. At enim, inquit, piſcem cui rei niſi malæ proſcidiſti, quem tibi Themiſon ſeruus attulit? Quaſi verò non paulò prius dixerim, me de particulis omnium animalium, de ſitu earum, déque numero, deq; cauſa conſcribere: ac libros ἀνατομῶν Ariſtoteli & explorare ſtudio, & augere. Atqui adeò miror, quòd vnum à me piſciculum inſpectum ſciatis, cùm iam plurimos qui vbicunque locorum oblati ſunt, æquè inſpexerim. præſertim quòd ego nihil clanculo, ſed omnia in propatulo ago. at quiuis vel extrarius arbiter aßiſtat, more hoc & inſtituto magiſtrorum meorum, qui aiunt, hominem liberum & magnificum debere, ſi queat, in primori fronte animum geſtare. Hunc adeò piſciculum, quem vos leporē marinum nominatis, plurimis qui aderant oſtendi. necdum etiam decerno quid vocent, niſi quæram ſanè accuratius, quòd nec apud veteres Philoſophos proprietatem eius piſcis reperio. quamquam ſit omnium rarißima, & herculè memoranda. Quippe ſolus ille, quantum ſciam, cùm ſit cetera exoßis, duodecim numero oſſa, ad ſimilitudinem talorū ſuillorum, in ventre eius connexa & catenata ſunt. Quod Ariſtoteles

ſi ſciſſet,

ſi ſciſſet; numquam profectò omiſiſſet ſcripto prodere: qui aſelli piſcis ſolius omnium in mediâ aluo corculum ſitum pro maximo memorauit. + Piſcem, *inquit*, proſcidiſti. LII

Hoc quis ferat Philoſopho crimen eſſe, quòd lanio vel coco non fuiſſet? Piſcem proſcidiſti. *quid?* crudum? *id accuſas? ſi cocto ventrem ruſparer, hepetia ſuffoderem, ita vt apud te puerulus ille Sicinius Pudens ſuomet obſonio dixit, eam rem non putares accuſandam? Atqui maius crimen eſt Philoſopho comeſſe piſceis, quàm inſpicere. An hariolis licet iocinera rimari, Philoſopho contemplari non licebit? qui ſe ſciat omnium animalium aruſpicem, omnium Deûm ſacerdotem? Hoc in me accuſas, quod ego & Maximus in Ariſtotele miramur. cuius niſi libros bibliothecis exegeris, & ſtudioſorum manibus extorſeris, accuſare me non potes. Sed de hoc pænè plura quàm debui. Nunc præterea vide, quàm ipſi ſeſe reuincant.* + *Aiunt, mulierem magicis artibus, marinis illecebris à me petitam eo in tempore, quo me non negabunt in Gætuliæ mediterraneis montibus fuiſſe: vbi piſces per Deucalionis diluuia reperiantur. quod ego gratulor neſcire iſtos, Legiſſe me Theophraſti quoque* περὶ * & *Nicandri* θηριακὰ * * * * * * LIII

Ceterùm me etiam beneficiis poſtularent, vt qui hoc negotium ex lectione & æmulatione Ariſtoteli nactus ſum, nonnihil & Platone me adhortante, qui ait, eum qui iſta veſtiget, * * * * * *

Nunc quoniam piſces horum ſatis patuerunt; accipe aliud, pari quidem ſtultitia, ſed multo tanto vanius & nequius excogitatum. Scierunt & ipſi, argumentum piſcarium futile, & nihili futurum: præterea nouitatem eius ridiculam. Quis enim fando audiuit, ad maleficia Magica diſquammari & exdorſari piſceis ſolere? Potius aliquid de rebus peruulgatioribus, & iam creditis fingendum eſſet. + *Igitur ad præſcriptum opinionis & famæ, confinxere puerum quempiam car-* LIV

piam carmine cantatum, remotis arbitris, ſecreto loco, arula, & lucerna, & paucis conſciis teſtibus, vbi incantatus ſit, corruiſſe: poſtea neſcientem ſui, excitatum. Nec vltra iſti quidem progredi mendacio auſi. Etenim fabula vt impleretur, addendũ etiam illud fuit, puerum eumdem multa præſagio prædixiſſe. quippe hoc emolumentum canticis accipimus, Præſagium, & Diuinationem. Nec modò vulgi opinione, verùm etiam doctorum virorum auctoritate, hoc miraculum de pueris confirmatur. Memini apud Varronem Philoſophum, virum accuratiſſimè doctum atque eruditum, cùm alia huiuſmodi, tum hoc etiam legere: Trallibus de euentu Mithridatici belli Magica percontatione conſulentibus, puerum in aqua ſimulacrum Mercurij contemplantem, quæ futura erant centum ſexaginta verſibus ceciniſſe. Itemq́; Fabium, cum quingentos denarios perdidiſſet, ad Nigidium conſultum veniſſe: ab eo pueros carmine inſtinctos indicaſſe, vbi locorum defoſſa eſſet crumena, cum parte eorum, ceteri vt forent diſtributi: vnum etiam denarium ex eo numero habere M. Catonem Philoſophum. quem ſe à pediſſequo in ſtipe Apollinis accepiſſe Cato confeſſus eſt.

LV *Hæc & alia apud pleroſque de Magicis pueris lego equidem: ſed dubius ſententiæ ſum, dicámne fieri poſſe, an negem. Quamquam Platoni credam, inter Deos atque homines, natura & loco medias quaſdam diuorum poteſtates interſitas, eaſq́; Diuinationes cunctas & Magorum miracula gubernare. Quin & illud mecum reputo, poſſe animum humanum, & puerilem præſertim, ſimplicemq́; ſeu carminum auocamento, ſiue odorum delinimento ſoporari, & ad obliuionem præſentium externari: & pauliſper remota corporis memoria, redigi ac redire ad naturam ſuam, quæ eſt immortalis ſcilicet, & diuina; atq; ita, veluti quodam ſopore, futura rerum præſagire. Verùm enimuero, vt iſta ſeſe habent, ſi qua fides hiſce rebus impertienda eſt, debet ille*

bet ille neſcio qui puer, prouidus, quantum ego audio & corpore decorus atque integer deligi, & animo ſolers, & ore facundus: vt in eo aut diuina poteſtas, quaſi bonis ædibus, diuerſetur, ſi dignè tamen ea pueri corpore includitur: aut ipſe animus expergitus, citò ad diuinationem ſuam redigatur: quæ ei promptè inſita, & nulla obliuione ſaucia & hebes, facilè reſumatur. Non enim ex omni ligno, vt Pythagoras dicebat, debet Mercurius exſculpi. Quod ſi ita eſt; nominate quis ille fuerit puer, ſanus, incolumis, ingenioſus, decorus, quem ego carmine dignatus ſim initiare. Ceterùm LVI
Thallus, quem nominaſtis, medico potius quàm Mago indiget. eſt enim miſer morbo Comitiali ita infectus; vt ter aut quater die ſæpenumero, ſine vllis cantaminibus, corruat, omniaq; membra conflictationibus debilitet: facie vlceroſus, fronte & occipitio conquaſſatus, oculis hebes, naribus hiulcus, pedibus caducus. Maximus omnium Magus eſt, quo præſente Thallus diu ſteterit. ita plerumq; morbo ceu ſomno vergens inclinatur. Eum tamen vos carminibus meis ſubuerſum dixiſtis, quòd fortè me coram ſemel decidit. Conſerui eius plerique adſunt, quos exhiberi denuntiaſtis. Poſſunt dicere omnes, quid in Thallo diſpiciant: cur nemo audeat cum eo ex eodem catino cænare, eodem poculo bibere. Et quid ego de ſeruis? vos ipſi videtis. Negate Thallum, multò prius quàm ego Oeam venirem, corruere eo morbo ſolitum, medicis ſæpenumero oſtenſum. Negant hoc conſerui eius, qui ſunt in miniſterio veſtro? Omnium rerum conuictum me fatebor; niſi rus de omnium conſenſu diu ablegatus eſt, in longinquos agros, ne familiam contaminaret. Quod ita factum, nec ab illis negari poteſt. eò nec potuit hodie à nobis exhiberi. Nam, vt omnis iſta accuſatio LVII
temeraria & repentina fuit; nudiuſtertius nobis Aemilianus denuntiauit, vt ſeruos numero quindecim apud te exhiberemus. Adſunt quatuordecim, qui in oppido erant. Thallus

ſolus rus ablegatus, vt dixi, fermè ad centeſimum lapidem,
501 longè ex oculis. Thallus ſolus abeſt, ſed miſimus qui eum
curriculo aduehat. Interroga Maxime, quatuordecim ſer-
uos, quos exhibemus, Thallus puer vbi ſit, & quàm ſalubè
agat: interroga ſeruos accuſatorum meorum. non nega-
bunt, turpiſſimum puerum corpore putri & morbido ca-
ducum, barbarum, ruſticanum. Bellum verò puerum ele-
giſtis, quem quis ſacrificio adhibeat, cuius caput contingat,
quem pulcro pallio amiciat, a quo reſponſum ſperet. Vel-
lem herculè adeſſet. tibi eum Aemiliane permiſiſſem, vt te-
neres ipſe, vt interrogares. Iam in media quæſtione, hic
503 ibidem pro tribunali oculos truces in te inuertiſſet, faciem
tuam ſpumabundus conſpuiſſet, manus contraxiſſet, caput
ſuccuſſiſſet, poſtremò in ſinu tuo corruiſſet. Quatuordecim
ſeruos quos poſtulaſti, exhibeo: cur illis ad quæſtionem ni-
hil vteris? Vnum puerum, atque eum caducum, requiris,
quem olim abeſſe pariter mecum ſcis? Quæ alia eſt euiden-
tior calumnia? Quatuordecim ſerui petitu tuo adſunt, eos
LVIII diſſimulas: vnus puerulus abeſt, eum inſimulas. Poſtremò
quid vis? puta Thallum adeſſe. Vis probare, eum præſente
me concidiſſe? Vltrò confiteor. Carmine id factum dicis? hoc
puer neſcit: ego, non factum, reuinco. Nunc, caducum eſ-
ſe puerum, nec tu audebis negare. Cur ergo carmini potius,
quàm morbo attribuatur eius ruina? An euenire non po-
tuit, vt fortè præſente me idem pateretur, quod ſæpe alias
multis præſentibus? Quod ſi magnum putarem, caducum
502 deiicere, quid opus carmine fuit? cum inſincenſus Gagates la-
pis, vt apud Phyſicos lego, pulcrè & facile hunc morbum
exploret: cuius odore etiam in venalitiis vulgò ſanitatem
aut morbum venalium experiantur. Etiam orbis à figulo
circumactus, nō difficile eiuſdem valitudinis hominem ver-
tigine ſui corripit. ita ſpectaculum rotationis, eius animum
ſaucium debilitat. ac multò plus ad caducos conſternendos

figulus

figulus valet, quàm Magus. Tu fruſtra poſtulaſti vt ſeruos exhiberem: ego non de nihilo poſtulo, vt nomines, quinam teſtes huic piaculari ſacro adſuerint, cum ego ruentem Thallum impellerem. Vnum omnino nominas puerulum illum Sicinium Pudentem, cuius me nomine accuſas: is enim affuiſſe ſe dicit. cuius pueritia etſi nihil ad religionem ſuffragaretur, tamen accuſatio fidem derogaret. Facilius fuit Aemiliane, ac multo grauius, tete vt ipſum diceres interfuiſſe, & ex eo ſacro cœpiſſe dementire potius, quàm totum negotium, quaſi ludicrum, pueris donares. Puer cecidit, puer vidit. num etiam puer aliquis incantauit? LIX Hic ſatis veteratoriè Tannonius Pudens, cum hoc quoque mendacium frigere, ac propè iam omnium vultu & murmure exploſum videret; vt vel ſuſpiciones quorumdam ſpe moraretur, ait pueros alios producturum, qui ſint æquè à me incantati. atque ita ad aliam ſpeciem argumenti tranſgreſſus eſt. Quod quamquam diſsimulare potui; tamen vt omnia, ita hoc quoque vltrò prouoco. Cupio enim produci eos pueros, quos ſpe libertatis audio confirmatos ad mentiendum. Sed nihil amplius dico, quàm vt producant. Poſtulo igitur & flagito Tannoni Pudens, vt expleas quod es pollicitus. Cedò pueros iſtos quibus cõfiditis. produc, nomina qui ſint. mea aqua licet ad hoc vtare. Dic inquam Tannoni. quid taces? quid cunctaris? quid expectas? Quod ſi hic neſcit quid dixerit, aut nomina oblitus eſt; at tu Aemiliane cede huc. dic quid aduocato tuo mandaueris. exhibe pueros. Quid expalluiſti? quid taces? hoccine accuſare eſt? hoccine tantum crimen deferre? an Claudium Maximum, tantum virum, ludibrio habere, me calumnia inſectari? LX Quod ſi fortè patronus tuus verbo prolapſus eſt, & nullos pueros habes quos producas; ſaltem quatuordecim ſeruis, quos exhibui, ad aliquid vtere: aut cur ſiſti poſtulabas tantam familiam, Magiæ accuſans? De quindecim ſeruis denuntiaſti.

quòd ſi de vi accuſares, quot tandem ſeruos poſtulares? Sciunt ergo aliquid quindecim ſerui, & occultum eſt: an occultum non eſt, & Magicum eſt? Alterum horum fatearis neceſſe eſt: aut illicitum non fuiſſe, in quo tot conſcius non timuerim: aut ſi illicitum fuit, ſcire tot conſcios non debuiſſe. Magia iſta, quantum ego audio, res eſt legibus delegata, iam inde antiquitùs duodecim Tabulis propter incredundas frugum illecebras interdicta. Igitur & occulta non minus, quàm tetra & horribilis, plerumque noctibus vigilata, & tenebris abſtruſa, & arbitris ſolitaria, & carminibus murmurata. cui non modò ſeruorum, verùm etiam liberorum pauci adhibentur. Et tu quindecim ſeruos vis interfuiſſe. Nuptiæ ne illæ fuerunt, an aliud celebratum officium, an conuiuiū tempeſtiuum? Quindecim ſerui ſacrum Magicum participant, quaſi Quindecimuiri ſacris faciundis creati. Cui tamen rei tot numero adhibuiſſem, ſi conſcientiæ nimis multi ſunt? Quindecim liberi homines, populus eſt: totidem ſerui, familia: totidem vincti, ergaſtulum. An auditorio multitudo eorum neceſſaria fuit, qui

505 diutinè hoſtias luſtraleis ſtenerent? At nullas hoſtias niſi gallinas nominaſtis. An vt grana thuris numerarent? an vt

LXI

Thallum proſternerent? Mulierem etiā liberam perductam ad me domum dixiſtis, eiuſdem Thalli valitudinis: quam ego pollicitus ſim curaturum. eam quoque incantatam à me corruiſſe. Vt video, vos palæſtritam, non Magum accuſatum veniſtis: ita omnis qui me acceſſerint, dicitis cecidiſſe. Negauit tamen quærente te Maxime, Themiſon medicus, à quo mulier ad inſpiciendum perducta eſt, quidquam vltra paſſam: niſi quæſiſſe me, Ecquid illi aures obtinnirent, & vtra earum magis. vbi reſponderit, dextram ſibi aurem nimis inquietam, confeſtim deceſſiſſe. Hic ego Maxime,

506 quamquam ſedulò ſimpræſentiarium à laudibus tuis tempero, ne vbi tibi ob cauſam iſtam videar blanditus; tamen ſo-

lertiam

lertiam tuam in percõtando nequeo quin laudem. Dudum enim cum agitarentur hæc, & illi incantatam mulierem dicerent, medicus qui adfuerat abnueret; quæſiſti tu nimis quàm prudenter, quod mihi emolumentum fuerit incantandi? reſponderunt, vt mulier rueret. Quid deinde? mortua eſt? inquis: negarunt. Quid ergo dicitis? quod Apuleij commodum, ſi ruiſſet? ita enim pulcrè ac perſeueranter tertiò quæſiuiſti; vt qui ſcires omnium factorum rationes diligentius examinandas, ac ſæpius cauſas quæri, facta concedi: eoq; etiam patronos litigatorum cauſidicos nominari, quòd cur quæque facta ſint, expediant. Ceterùm negare factum, facilis res eſt, & nullo patronò indiget: rectè factum vel perperam, docere, id verò multo arduum & difficile eſt. Fruſtra igitur, an factum ſit, quæritur, quòd nullam malam cauſam habuit vt fieret. Ita facti reus, apud bonum iudicem ſcrupulo quæſtionis liberatur, ſi nulla fuit ei ratio peccandi.

LXII Nunc, quoniam neque incantatam, neque proſtratam mulierem probauerunt, & ego non nego petitu medici à me inſpectam; dicam tibi Maxime, cur illud de aurium tinnitu quæſierim, non tam purgandi mei gratia in ea re quam tu iam præiudicaſti neque culpæ neque crimini conſinem, quàm vt ne quid auribus tuis & doctrinæ tuæ congruens reticuerim. Dicam igitur quàm breuiſſimè potero. etenim admonendus es mihi, non docendus. Plato philoſophus in illo præclariſſimo Timæo cæleſti quadam facundia vniuerſum Mundum molitus, poſtquam de noſtri quoque animi trinis poteſtatibus ſolertiſſimè diſſeruit, & cur quæque membra nobis diuinæ prouidentia fabricata ſint, aptiſſimè demonſtrauit; cauſam morborum omnium trifariam percenſet. Primam cauſam primordiis corporis attribuit: ſi ipſæ elementorum qualitates, humidæ & frigidæ, & his duæ aduerſæ non congruant. id adeò euenit, cum quæpiam earum modo exceſſit, aut loco demigrauit. Se-

quens cauſa morborum ineſt in eorum vitio, quæ iam con-
creta ex ſimplicibus elementis, vna tamẽ ſpecie coaluerunt:
vt eſt ſanguinis ſpecies, & viſceris, & oſsis, & medullæ,
porrò illa quæ ex hiſce ſingularibus mixta ſunt. Tertiò, in
corpore concrementa varij fellis, & turbidi ſpiritus, & pin-
guis humoris, nouiſsima ægritudinum incitamenta ſunt.
LXIII Quorum è numero præcipua ſit materia morbi comitialis,
508 de quo dicere exorſus ſum; cum caro in humorẽ craſſum &
ſpumidũ inimico igni cõliqueſcit, & ſpiritum indidem pa-
to ex candore compreſsi aeris albida & tumida tabes fluit.
Ea namq; tabes, ſi foras corporis proſpirauit, maiore dede-
core quàm noxa diffunditur. Pectoris enim primorem cu-
tim vitiligine inſignit, & omnimodis maculationibus con-
uariat. ſed cui hoc vſu venerit, numquam poſtea comitiali
morbo attentatur. Ita ægritudinem animi grauiſsimam, le-
ui turpitudine corporis compenſat. Enimuerò ſi perniciosa
509 illa dulcedo intus cohibita, & bili atræ ſociata, venis om-
nibus furens peruaſit: deinde ad ſummum caput viam mo-
lita, dirum fluxum cerebro immiſcuit; illico regalem par-
tem animi debilitat, quæ ratione pollens, verticem hominis
velut arcem & regiam inſedit. Eius quippe diuinas vias &
ſapientes meatus obruit & obturbat. quod facit minimè
pernicie per ſoporem; cum potu & cibo plenos Comitialis
morbi prænuntia ſtrangulatione modicè angit. Sed ſi vſ-
queadeò aucta eſt, vt etiam vigilantium capiti offundatur;
tum verò repentino mentis nubilo obtorpeſcunt, & mori-
bundo corpore ceſſante animo cadunt. Eum noſtri non mo-
dò Maiorem & Comitialem, verùm etiam Diuinum mor-
bum, ita vt Græci ἱερὰν νόσον, verè nuncuparunt. videlicet
quòd animi partem rationalem, quæ longè ſanctiſsima eſt,
LXIV eam violet. Agnoſcis Maxime rationem Platonis, quantum
potui pro tempore, perſpicuè explicatam. cui ego fidem ar-
510 bitratus, cauſam Diuini morbi eſſe, cum illa peſtis in caput

redunda-

redundauit: haudquaquam videor de nihilo percontatus, an eſſet mulieri illi caput graue, ceruix torpens, tempora pulſata, auris ſonora. Et ceterum, quòd dextræ auris crebriores tinnitus fatebatur, ſignum erat morbi penitus adacti. Nam dextera corporis validiora ſunt. eoq́; minus ſpei ad ſanitatem relinquunt, cum & ipſa ægritudini ſuccumbunt. Ariſtoteles adeò in Problematis ſcriptū reliquit, quibus æquè caducis à dextero morbus occipiat, eorum eſſe difficiliorem medelam. Longum eſt, ſi velim Theophraſti quoque ſententiam de eodem morbo recenſere. eſt enim etiam eius egregius liber de Caducis. Quibus tamen in alio libro, quem De non videntibus animalibus conſcripſit, remedio eſſe ait exuuias ſtellionum, quas velut ſenium, more ceterorum ſerpentium, temporibus ſtatutis exuant. Sed niſi confeſtim eripias, malignóne præſagio, an naturali adpetentia, illico conuertuntur; & deuorant. Hæc iccirco commemoraui, nobilium Philoſophorum diſputata ſimul & libros ſedulò nominaui, nec vllum ex medicis aut poëtis volui attingere; vt iſti deſinant mirari, ſi Philoſophi ſuapte doctrina cauſas morborum & remedia nouerunt. Igitur cum ad inſpiciendum mulier ægra, curationis gratia, ad me perducta ſit, atque hoc, & medici confeßione qui adduxit, ad meam ratiocinationem rectè factum eſſe conueniat; aut conſtituant, Magi & maleſici hominis eſſe, morbis mederi: aut ſi hoc dicere non audent, fateantur ſe in puero & muliere caducis vanas & prorſus caducas calumnias intendiſſe. Imò enim, ſi audire verùm velis Aemiliane; tu potius caducus, qui iam tot calumniis cecidiſti. Neque enim grauius eſt corpore quàm corde collabi: pede potius quàm mente corruere: in cubiculo deſpui, quàm in iſto ſplendidiſsimo cœtu deteſtari. At tu fortaſſe te putas ſanum, quòd non domi contineris, ſed inſaniam tuam, quoquò te duxerit, ſequeris. Atqui ſi contendere vis furorem tuum cum Thalli furore; inuenies non

mes non permultum intereſſe : niſi quòd Thallus ſibi, tu
etiam aliis furis. Ceterùm Thallus oculos torquet, tu veri-
tatem: Thallus manus contrahit, tu patronos: Thallus pa-
uimentis illiditur, tu tribunalibus. Poſtremò, ille quidquid
agit, in ægritudine facit, ignorans peccat: at tu miſer, pru-
dens & ſciens delinquis. Tanta vis morbi te inſtigat. fal-
ſum pro vero inſimulas, infectũ pro facto criminaris. quem
LXVI *innocentem liquidò ſcis, tamen accuſas vt nocentem. Quin*
etiam, quod præterij, ſunt quæ fatearis neſcire: & eadem
rurſus, quaſi ſcias, criminaris. Ais enim, me habuiſſe quæ-
dam ſudariola inuoluta apud Lareis Pontiani. Ea inuoluta
quæ & cuiuſmodi fuerint, neſciſſe te confiteris: neque præ-
terea quemquam eſſe qui viderit. tamen illa contendis in-
ſtrumenta Magiæ fuiſſe. Nemo tibi blandiatur Æmiliane.
Non eſt in accuſando verſutia, ac ne impudentia quidem,
ne tu arbitreris. Quid igitur? furor infelix acerbi animi, &
miſera inſania crudæ ſenectutis. His enim ſpanè verbis cum
tam graui & perſpicaci iudice egiſti: Habuit Apuleius
quæpiam linteolo inuoluta apud Lareis Põtiani. hæc
quoniam ignoro quæ fuerint, iccirco Magica fuiſſe
contendo. crede igitur mihi quod dico, quia id dico
quod neſcio. *O pulcra argumenta, & apertè crimen re-*
uincentia! Hoc fuit, quoniam quid fuerit ignoro. *So-*
lus repertus es Aemiliane, qui ſcias etiam illa quæ neſcis.
Tantum ſuper omneis ſtultitiæ vectus es. quippe qui ſoler-
tiſsimi & acerrimi Philoſophorum fuerunt, ne iis quidem
confidendum eſſe aiunt, quæ videmus. At tu de illis quoque
aſſirmas, quæ neque conſpexiſti vmquam, neque audiſti.
Pontianus ſi viueret, atque eum interrogares quæ fuerint
in illo inuolucro; neſcire ſe reſponderet. Libertus etiam ille
qui claues eius loci in hodiernum habet, & à vobis ſtat,
numquam ſe ait inſpexiſſe: quamquam ipſe aperiret, vtpote
promus librorum qui illic erant conditi, pænè quotidie: &

claudéret ſæpe nobiſcum, multo ſæpius ſolus intraret, linteum in menſa poſitum cerneret, ſine vllo ſigillo, ſine vinculo. Quid ni enim? Magicæ res in eo occultabantur, eò negligentius adſeruabam. Sed enim liberè ſcrutandum & inſpiciendum, ſi liberet, etiam auferendum, temerè exponebam, alienæ cuſtodiæ commendabam, alieno arbitrio permittebam.

LXVII

Quid igitur impræſentiarum vis tibi credi, quod ne Pontianus quidem ſciret, qui indiuiduo contubernio mecum vixit, id te ſcire, quem numquam viderim niſi pro tribunali? An quòd libertus aſsiduus, cui omnis facultas inſpiciendi fuit, quòd is libertus non viderit, te, qui numquam eò acceſſeris, vidiſſe? denique vt quod non vidiſti, id tale fuerit, quale dicis? Atqui ſtulte, ſi hodie illud ſudariolum tu intercepiſſes, quidquid ex eo promeres, ego Magicum negarem. Tibi adeò permitto. finge quiduis, reminiſcere, excogita, quod poſsit Magicum videri; tamen de eo tecum decertarem. aut ego ſubiectũ dicerem, aut remedio acceptum, aut ſacro traditum, aut ſomnio imperatum. Mille alia ſunt, quibus poſſem more communi & vulgatiſsima obſeruationum conſuetudine verè refutare. Nunc id poſtulas, vt quod deprehenſum & detentum, tamen nihil me apud bonum iudicem læderet, id inani ſuſpicione incertum & incognitum condemnet. Haud ſciam, an rurſus vt ſoles, dicas: Quid ergo illud fuit, quod linteo tectum, apud Lareis potiſſimum depoſuiſti? Itane eſt, Aemiliane? ſic accuſas, vt omnia à reo percontere, nihil ipſe adferas cognitum. Quamobrem piſceis quæris? Cur ægram mulierem inſpexiſti? quid in ſudario habuiſti inſutum? Accuſatum, an interrogatum veniſti? Si accuſatum; tu te argue quæ dicis: ſi interrogatum; noli præiudicare quid fuerit. quod ideo te neceſſe eſt interrogare, quia neſcis.

LXVIII

Ceterùm hoc quidem pacto omnes homines rei conſtituentur; ſi ei qui nomen cuiuſpiam detulerit, nulla neceſsitas ſit probandi,

bandi, omnis contrà facultas percontandi. Quippe omnibus ſicut fortè negotium Magiæ faceſſitur, quidquid omnino egerint, obiicietur. Votũ in alicuius ſtatuæ femore aſſignaſti; igitur Magus es: aut cur ſignaſti? Tacitas preces in templo Deis allegaſti; igitur Magus es: aut quid optaſti? Contrà, nihil in templo precatus es; igitur Magus es: aut cur Deos non rogaſti? Similiter ſi poſueris donum aliquod, ſi ſacrificaueris, ſi verbenam ſumpſeris. Dies me deficiet, ſi omnia velim perſequi, quorum rationem ſimiliter calumniator flagitabit. præſertim quod conditum cunque, quod obſignatum, quod incluſum domi adſeruatur, id omne eodem argumento Magicum dicetur: aut è cella promptuaria in forum atque in iudicium proferetur. Hæc quanta ſint, & cuiuſmodi, Maxime, quantusq; campus calumniis hoc Aemiliani tramite aperiatur: quantique ſudores innocentibus hoc vno ſudariolo adferantur, poſſum equidem pluribus diſputare. ſed faciam quod inſtitui. etiam quòd non neceſſe eſt confitebor: & interrogatus ab Aemiliano reſpondebo. Interrogas Aemiliane quid in ſudario habuerim. at ego, quamquam omnino poſitum vllum ſudarium meum in bibliotheca Pontiani poſſim negare; tamen Maxime fuiſſe concedam: cum habeam dicere, nihil in eo inuolutum fuiſſe. quæ ſi dicam; neque teſtimonio aliquo, neque argumento reuincar. Nemo enim qui attigerit eſt: Vnus libertus, vt ais, qui viderit. tamẽ inquam, per me licet fuerit repertiſſimum. ſic enim, ſi vis, arbitrare: vt olim Vlixis ſocij theſaurum reperiſſe arbitrati ſunt, cum vtrem ventoſiſſimum manticularentur. Vin dicam, cuiuſmodi illas res in ſudario obuolutas, Laribus Pontiani commendarim? Mos tibi geretur. Sacrorum pleraque initia in Græcia participaui. Eorum quædam ſigna & monumenta tradita mihi à ſacerdotibus ſedulò conſeruo. Nihil inſolitum, nihil incognitum dico. vel vnius Liberi patris ſymmiſtæ, qui adeſtis, ſcitis,

ſcitis, quid domi conditum celetis, & abſque omnibus profanis tacitè veneremini. At ego, vt dixi, multiiuga ſacra, & plurimos ritus, varias cerimonias, ſtudio veri & officio erga Deos didici. Nec hoc ad tempus compono: ſed abhinc fermè triennium eſt, cum primis diebus quibus Oeam veneram, publicè diſſerens de Aeſculapij maieſtate, eadem iſta præ me tuli, & quòd ſacra noſſem percenſui. Ea diſputatio celebratiſſima eſt. vulgò legitur. in omnium manibus verſatur, non tam facundia mea, quàm mentione Aeſculapij religioſis Oeenſibus, commendata. Dicite aliqui, ſi quis fortè meminit, huius loci principium. Audis ne Maxime multos ſuggerentes? immò ecce etiam liber offertur. recitari ipſa hæc iubebo: quoniam oſtendis humaniſſimo vultu, auditione te iſta non grauari.

LXXI Etiámne cuiquam mirum videri poteſt, cui ſit vlla memoria religionis, hominem tot myſteriis Deûm conſcium, quædam ſacrorum crepundia domi adſeruare? atque ea lineo texto inuoluere, quod puriſſimum eſt rebus diuinis velamentum? Quippe lana, ſegniſſimi corporis excrementum, pecori detracta, iam inde Orphei & Pythagoræ ſcitis, profanus veſtitus eſt. Sed enim mundiſſima lini ſeges, inter optimas fruges terra exorta, non modò indutui & amictui ſanctiſſimis Aegyptiorum ſacerdotibus, ſed opertui quoque inde rebus ſacris vſurpatur. Atque ego ſcio nonnullos, & cum primis Aemilianũ iſtum, facetiæ ſibi habere, res diuinas deridere. Nam, vt audio, percenſentibus iis qui iſtum nouere, nulli Deo ad hoc æui ſupplicauit; nullum templum frequentauit. ſi fanum aliquod prætereat, nefas habet, adorandi gratia manum labris admouere. Iſte verò nec Diis rurationis, qui eum paſcunt ac veſtiunt, ſegeteis vllas, aut vitis aut gregis primitias impartit. nullum in villa eius delubrum ſitum, nullus locus aut lucus conſecratus.

LXXII Et quid ego de luco & delubro loquor? Negant vidiſſe ſe, qui fuére, vnum ſaltem in finibus eius

aut la-

aut lapidem vnctum, aut ramum coronatum. Igitur agnomenta ei duo indita: Charon, vt iam dixi, ob oris & animi diritatem: ſed alterũ quod libentius audit, ob Deorum contemptum, Mezentius. Quapropter facile intelligo, haſce ei tot initiorum enumerationes nugas videri. & forſan, ne ob hanc diuini contumaciam non inducat in animum, verum eſſe quod dixi, me ſanctiſſimè tot ſacrorum ſigna & memoracula cuſtodire. Sed ego quid de me Mezentius ſentiat, manum non vorterim. Ceteris autem clariſſima voce profiteor, ſi qui fortè adeſt eorumdem ſolemnium mihi particeps; ſignũ dato, & audiat licet quæ ego adſeruem. Nam equidem nullo vmquam periculo compellar, quæ reticenda accepi, hæc ad profanos annuntiare. Vt puto, Maxime, ſatis videor cuiuis vel iniquiſſimo animo expleſſe, & quod ad ſudarium pertineat, omnem criminis maculam deterſiſſe: ac bono iam periculo ad teſtimonium illud Craſſi, quod poſt iſta quaſi grauiſſimum legerunt, à ſuſpicionibus Aemilianis

LXXIII transcenſurus. Teſtimonium ex libello legi audiſti gumiæ cuiuſdam, & deſperati lurconis, Iunij Craſſi, me in eius domo nocturna ſacra cum Appio Quintiano amico meo factitaſſe, qui ibi mercede deuerſabatur. Idq; ſe ait Craſſus, quamquam meo tempore vel Alexandriæ fuerit, tamen à cæde & fumo & auium plumis comperiſſe ſcilicet eum, cum Alexandriæ ſympoſia obiret. Eſt enim Craſſus iſte, qui non inuitus de die in ganeas correpat. In illo cauponio nidore pinnas de Penatibus ſuis aduectas, aucupatum fumum domus ſuæ agnouiſſe, patrio culmine longè exortum. Quem ſi oculis vidit; vltra Vlixi vota & deſideria hic quidem eſt oculatus. Vlixis fumum terra ſua mergentem compluribus annis è littore proſpectans, fruſtra captauit: Craſſus in paucis quibus abfuit menſibus, eumdem fumum, ſine labore, in taberna vinaria ſedens, conſpexit. Sin verò naribus nidorem domeſticum præſenſit; vincit idem ſagacitate odoran-

odorandi canes & vulturios. Cui enim cani, cui vulturio,
Alexandrini cæli quidquam abuſque Oeenſium finibus ob-
oleat? Eſt quidem Craſſus iſte ſummus helluo, & omnis ſu- LXXIV
mi non imperitus. ſed profectò pro ſtudio bibendi, quo ſolo
cenſetur, facilius ad eum Alexandria vini aura quàm fumi
perueniret. Intellexit hoc & ipſe incredibile futurum. Nam
dicitur ante horam diei ſecundam, ieiunus adhuc & abſte-
mius, teſtimonium iſtud vendidiſſe. Igitur ſcripſit, hæc ſe
ad hunc modum comperiſſe. Poſtquam Alexandria reuene-
rit, domum ſuam rectà contendiſſe, ex qua iam Quintia-
nus migrarat. ibi in veſtibulo multas auium pinnas offen-
diſſe, præterea parietes fuligine deformatos. quæſiſſe cauſas
ex ſeruo ſuo quem Oeæ reliquerit, cúmque ſibi de meis &
Quintiani nocturnis ſacris indicaſſe. Quàm verò ſublimiter
compoſitum, & veriſimiliter commentum: me, ſi quid eius
facere vellem, nō domi meæ potius facturum? Quintianum
iſtum qui mihi aſsiſtit, quem ego pro amicitia, quæ mihi
cum eo artiſsima eſt, proq; eius egregia eruditione, & per-
fectiſsima eloquētia, honoris & laudis gratia nomino: hunc
igitur Quintianum, ſi quas auis in cæna habuiſſet, aut,
quod aiunt, Magiæ cauſa interemiſſet; puerum nullum ha-
buiſſe qui pinnas conuerreret, & foras abiiceret? præterea
fumi tantam vim fuiſſe, vt parietes atros redderet: eamq;
deformitatem, quoad habitauit, paſſum in cubiculo ſuo
Quintianum? Nihil dicis Aemiliane. non eſt veriſimile. niſi LXXV
fortè Craſſus non in cubiculum reuerſus perrexit, ſed ſuo
more rectà ad focum. Vnde autem ſeruus Craſsi ſuſpicatus
eſt, noctu potiſsimùm parietes fumigatos? an ex fumi co-
lore? videlicet fumus nocturnus nigrior eſt, eoq; diurno fu-
mo differt? Cur autem ſuſpicax ſeruus, ac tam diligens,
paſſus eſt Quintianum migrare prius, quàm mundam do-
mum redderet? Cur illæ plumæ, quaſi plumbeæ, tam diu,
vſque ad aduentū Craſsi manſerunt? Non inſimulet Craſ-

ſus ſer-

ſus ſeruum ſuum? ſed ipſe hæc potius de fuligine & pinnis
mentitus eſt, dum non poteſt nec in teſtimonio dando diſ-
cedere longius à culina. Cur autem teſtimonium ex libello
legiſtis? Craſſus ipſe vbi gentium eſt? An Alexandriam tæ-
dio domus remeauit? an parietes ſuos detergit? an, quod
verius eſt, ex crapula helluo attentatur? Nam equidem hæc
ſabra tecum heſterna die animaduerti ſatis notabiliter in
medio foro tibi Aemiliane obructantem. Quære à nomen-
clatoribus tuis Maxime, quamquam eſt ille cauponibus
quàm nomenclatoribus notior: tamen inquam interroga,
an hic Iunium Craſſum Oeenſem viderint? non negabunt.
Exhibeat nobis Aemilianus iuuenem honeſtiſsimum, cuius
teſtimonio nititur? Quid ſit diei vides. Dico Craſſum iam-
dudum ebrium ſtertere, aut ſecundo lauacro, ad repotia cœ-
LXXVI næ obeunda, vinolentum ſudorem in balneo deſudare. Iſte
cum maximè præſens per libellum loquitur, non quin adeò
ſit alienatus omni pudore, vt etiam ſub oculis tuis ſi foret,
ſine rubore vllo mentiretur: ſed fortaſſe nec tantulum po-
tuit ebrius ſibi temperare, vt hanc horam ſobriè expecta-
ret. aut potius Aemilianus de conſilio fecit, ne cum ſub tam
ſeueris oculis tuis conſtitueret, ne tu belluam illam vulſis
maxillis, fœdo aſpectu, de ſpecie improbares: cum animad-
uertiſſes caput iuuenis barba & capillo populatum, maden-
tes oculos, cilia turgentia, rictum; ſaliuoſa labia, vocem ab-
ſonam, manuum tremorem, ructus. Nam patrimonium
omne iampridem abligurriuit. nec quidquam ei de bonis
paternis ſupereſt, niſi vna domus ad calumniam venditan-
dam. quam tamen numquam carius quàm in hoc teſtimo-
nio locauit. Nam temulentum iſtud mendacium tribus mi-
libus nummis Aemiliano huic vendidit, idq́ Oeeæ nemini
ſignoratur. Omnes hoc, antequam fieret, cognouimus. &
potui denuntiatione impedire; niſi ſcirem mendacium tam
ſtultum potius Aemiliano, qui fruſtra redimebat, quàm

mihi,

mihi, qui meritò contemnebã, obfuturum. Volui & Aemilianum damno affici, & craſſum teſtimonij ſui dedecore proſtitui. Ceterùm nudiuſtertius haudquaquam occulta LXXVII res acta eſt in Ruſini cuiuſdam domo, de quo mox dicam, interceſſoribus & deprecatoribus ipſo Ruſino & Calphurniano. Quod eo libentius Ruſinus perfecit, quòd erat certus, ad vxorem ſuam, cuius ſtupra ſciens diſsimulat, non minimam partem præmij eius Craſſum relaturum. Vidi te quoque Maxime, coitionem aduerſum me, & coniurationem eorum pro tua ſapientia ſuſpicatum, ſimul libellus ille prolatus eſt, totam rem vultu aſpernantem. Denique quamquam ſunt ſolita audacia & importuna impudentia præditi; tamen teſtimonio Craſsi, cuius oboluiſſe facem videbant, 529 nec ipſi auſi ſunt perlegere, nec quidquam eo niti. Verùm ego iſta propterea commemoraui, non quòd pinnarum formidines, & fuliginis maculam, te præſertim iudice, timerem: ſed vt ne impunitum Craſſo foret, quod Aemiliano homini ruſtico fumum vendidit. LXXIIX Vnde etiam crimen ab illis, cum Pudentillæ litteras legerent, de cuiuſdam ſigilli fa- 530 bricatione prolatum eſt. quod me aiunt ad Magica maleſicia occulta fabrica, ligno exquiſitiſsimo comparaſſe: & cum ſit celeri forma turpe & horribile; tamen impendio colere, 531 & Græco vocabulo nuncupare βασιλέα. Niſi fallor, ordine eorum veſtigia perſequor, &, ſingillatim apprehendens, omnem calumniæ textum retexo. Occulta fuiſſe fabricatio ſigilli, quod dicitis, qui poteſt? cuius vos adeò artificem non ignoraſtis, vt ei, vti præſtò eſſet, denuntiaueritis? En, adeſt 532 Cornelius Saturninus artifex, vir inter ſuos & arte lauda- 414 tus, & moribus comprobatus, qui tibi Maxime paulo antè diligenter ſciſcitanti, omnem ordinem geſtæ rei ſumma cum fide & veritate percenſuit: me, cum apud eum multas geometricas formas è buxo vidiſſem ſubtiliter & adfabrè factas; inuitatum eius artificio, quædam mechanica, vt

mihi elaboraſſet, petiſſe: ſimul & aliquod ſimulacrum cu-
iuſcunque vellet Dei, cui ex more meo ſupplicaſſem, qua-
cunque materia, dummodò lignea, exſculperet. igitur pri-
mò buxeam tentaſſe. interim dum ego ruri ago, Sicinium
Pontianum priuignum meum, qui mihi factum volebat,
impetratos hebeni loculos à muliere honeſtiſſima Capitoli-
na ad ſe attuliſſe: ex illa potius materie rariore & durabi-
535 liore, vti faceret, adhortatum. Id munus cum primis gra-
tum mihi fore. ſed ea ſe feciſſe, perinde vt loculi ſuppete-
bant. Item minutatim ex tabellis compacta craſſitudine
Mercuriolum expediri potuiſſe. Hæc, vt dico, omnia audi-
ſti. Præterea à filio Capitolinæ probiſſimo adoleſcente, qui
præſens eſt, ſciſcitante te, eadem dicta ſunt: Pontianum
loculos petiſſe, Pontianū Saturnino artifici detuliſſe. Etiam
illud non negatur, Pontianum à Saturnino perfectum ſi-
LXXIX gillum recepiſſe, & poſtea dono mihi dediſſe. His omnibus
palàm atque apertè probatis, quid omnino ſupereſt, in quo
ſuſpicio aliqua Magiæ delitescat? immo quid omnino eſt,
quod vos manifeſti mendacij non reuincat? Occultè fabri-
catum eſſe ſigillum dixiſtis, quod Pontianus ſplendidiſſimus
eques fieri curauit: quod Saturninus, vir grauis, & probè
inter ſuos cognitus, in tabernula ſua ſedens, propalàm ex-
ſculpſit: quod ornatiſſima matrona munere ſuo adiuuit:
quod & futurum, & factum multi cùm ſeruorum, tum
amicorū, qui ad me ventitabant, ſcierunt. Lignū à me toto
oppido, & quidem oppidò quæſitum, non piguit vos com-
mentiri: quem quidem abſuiſſe eo tempore ſcitis. quem
LXXX iuſſiſſe fieri qualicunque materia probatum eſt. Tertium
mendacium veſtrum fuit, macilentam, vel omnino euiſce-
ratam formam diri cadaueris fabricatam; prorſus horribi-
534 lem & larualem. Quòd ſi compertum habebatis antè eui-
dens ſignum Magiæ; cur mihi vt exhiberem non denuntia-
ſtis? An vt poſſetis in rem abſentem liberè mentiri? Cuius
tamen

tamen falſi facultas, opportunitate quadam meæ conſuetudinis vobis adempta eſt. Nam morem mihi habeo, quoquò eam, ſimulacrum alicuius Dei inter libellos conditum geſtare: eiq; diebus feſtis, thure & mero, & aliquando victimis ſupplicare. Dudum ergo cum audirem ſceleſtum, perquam impudenti mendacio dictitari; iuſsi curriculò iret aliquis, & ex hoſpitio meo Mercuriolum afferret, quem mihi Saturninus iſte Oeeæ fabricatus eſt. Cedò tu. eum videant, teneant, conſiderent. En vobis, quem ſceleſtus ille ſceleſtum nominabat. Auditis ne reclamationem omniũ qui adſunt? Auditis ne mendacij veſtri damnationem? Non vos tot calumniarum tandem diſpudet? Hiccine eſt ſceleſtus? hæccine eſt larua? hoccine eſt quod appellitabatis Dæmonium? Magicum ne iſtud, an ſolemne & commune ſimulacrum eſt? Accipe quæſo Maxime, & contemplare bene: tam puris & tam piis manibus tuis traditur res conſecrata. En, vide quàm facies eius decora & ſucci plena ſit, quàm hilaris Dei vultus: vt decenter vtrimque lanugo ſmalis deſerpat; vt in capite criſpatus capillus ſub imo pilei vmbraculo appareat; quàm lepidè ſuper tempora pares pinnulæ emineant; quam autem feſtiuè circa humeros veſtis ſuſtricta ſit. Hunc qui ſceleſtum audet dicere, profectò ille ſimulacra Deorum nulla videt, aut omnia negligit. Hunc deniq; qui Laruam putat, ipſe eſt laruatus. At tibi Æmiliane, pro iſto mendacio, aut Deus iſte, Superûm & Inferûm commeator, vtrorúmque Deorum malam gratiam, ſemperq; obuias ſpecies mortuorum, quidquid Vmbrarum eſt vſquam, quidquid Lemurum, quidquid Manium, quidquid Laruarum oculis tuis oggerat: omnia noctium occurſacula, omnia buſtorum formidamina, omnia ſepulcrorum terriculamenta. à quibus tamen æuo & merito haud longè abes. Ceterùm Platonica familia nihil nouimus niſi feſtum & lætum, & ſolemne & ſuperum & cæleſte. Quin altitudinis

dinis ſtudio ſecta iſta etiam cælo ipſo ſublimiora quępiã veſtigauit, & in extimo mundi tergo degit. Scit me vera dicere Maximus, qui τὸ ὑπὲρ οὐράνιον τόπον ἐπὶ τῷ τοῦ οὐρανοῦ νώτῳ legit in Phædro diligenter. Idem Maximus optimè intelligit, vt de nomine etiam vobis reſpondeam, quiſnam ſit ille non à me primo, ſed à Platone nuncupatus βασιλεὺς, totius rerum naturæ cauſa, & ratio & origo initialis, ſummus animi genitor, æternus animantum ſoſpitator, aſsiduus mundi ſui opifex. Sedenim ſine opera opifex, ſine cura ſoſpitator, ſine propagatione genitor: neque loco, neque tempore, nec vlla vice comprehenſus, eoq́; paucis cogitabilis, nemini effabilis. En vltro augeo Magiæ ſuſpicionem. non reſpondeo tibi Æmiliane quem colam βασιλέα. Quin ſi ipſe proconſul interroget, quid ſit Deus meus; taceo de nomine, vt impræſentiarum ſatis dixi. Quod ſupereſt, nec ipſe ſum neſcius, quoſdam circumſtantium cupere

LXXXIII audire, cur non argento vel auro, ſed potiſsimum ex ligno ſimulacrum fieri voluerim. idq́; eos arbitror tam ignoſcendi quàm cognoſcendi cauſa deſiderare: vt hoc etiam ſcrupulo liberentur, cum viderint omnem ſuſpicionem criminis abundè confutatam. Audi igitur, cui cura cognoſcere eſt: ſed animo quantum potes erecto & attento, quaſi verba ipſa Platonis iam ſenis, de nouiſsimo Legum libro auditurus: θεοῖσι δὲ ἀναθήματα χρεὼν ἔμμετρα τὸν μέτριον ἄνδρα ἀνατιθέντα δωρεῖσθαι. γῆ μὲν οὖν ἑστία τε οἰκήσεως, ἱερὰ πᾶσι πάντων θεῶν. μηδεὶς οὖν δευτέρως ἱερὰ καθιερούτω θεοῖς. Hoc eò prohibet, vt delubra nemo audeat priuatim conſtituere. Cenſet etenim ſatis eſſe ciuibus, ad immolandas victimas, templa publica. Deinde ſubnectit: χρυσὸς δὲ καὶ ἄργυρος ἐν ἄλλαις πόλεσιν ἰδίᾳ τε, καὶ ἐν ἱεροῖς ἐστὶν ἐπίφθονον κτῆμα. ἐλέφας δὲ ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος, οὐκ εὐχερὲς ἀνάθημα. σίδηρος δὲ καὶ χαλκὸς, πολέμων ὄργανα. ξύλου δὲ μονόξυλον ὅ, τι ἂν ἐθέλῃ τις ἀνατιθέ-

τω, καὶ

τω, καὶ ὧδε ὡσαύτως πρὸς τὰ κοινὰ ἱερά. *Vt omnium aſſenſus declarauit, maximeq́; qui in conſilio eſtis, competentiſſimè videor vſus Platone, vt vitæ magiſtro, ita cauſæ patrono. cuius legibus obedientem me videtis.*

L. APVLEII APOLOGIA SECVNDA.

NVNC *tempus eſt ad epiſtolas Pudentillæ* LXXXIV *præuerti, uel adeò totius rei ordinem paulò altius petere; vt omnibus maniſeſtiſſimè pateat, me, quem lucri cupiditate inuaſiſſe Pudentillæ domum dictitant, ſi vllum lucrum cogitarem, fugere ſemper à domo iſta debuiſſe: quin & in ceteris cauſis minimè proſperum matrimonium; &, niſi ipſa mulier tot incommoda virtutibus ſuis repenſaret, inimicum. Neque enim vlla alia cauſa præter caſſam inuidiam, reperiri poteſt, quæ iudicium iſtud mihi, & multa antea pericula vitæ conſlauerit. Ceterum cur Aemilianus commoueretur, etſi verè me Magum comperiſſet; qui non modò vllo facto, ſed ne tantulo quidem dicto meo læſus eſt, vt videretur ſe meritò vltum ire. Neq́; autem gloriæ cauſa me accuſat, vt M. Antonius Cn. Carbonem, C. Mutius A. Albutium, P. Sulpitius Cn. Norbanum, C. Furius M. Aquiliũ, C. Curio Q. Metellum. Quippe homines eruditiſſimi, iuuenes laudis gratia primùm hoc rudimentum forenſis operæ ſubibant; vt aliquo inſigni iudicio ciuibus ſuis noſcerentur. Qui mos incipientibus adoleſcentulis, ad illuſtrandum ingenij florem, apud antiquos conceſſus, diu exoleuit. quod ſi nunc quoque frequens eſſet, tamen ab hoc procul abfuiſſet. Nam neque facundiæ oſtentatio* LXXXV *rudi & indocto, neque gloriæ cupido ruſtico & barbaro,*

ro, neque inceptio patrociniorum capulari ſeni congruiſſet. niſi fortè Aemilianus, pro ſua ſeueritate, exemplum dedit, & ipſis maleficiis infenſus, accuſationē iſtam, pro morum integritate, ſuſcepit. Ad hoc ego Aemiliano, non huic Afro, ſed illi Africano, & Numantino, & præterea Cenſorio viro credidiſſem; ne huic frutici credam non modò odium peccatorum, ſed ſaltem intellectum ineſſe. Quid igitur eſt? Cuiuis clarè dilucet, aliam rem Inuidia nullam eſſe: quæ hunc, & Herennium Rufinū, impulſorem huius, de quo mox dicam, ceteroſq; inimicos meos, ad nectendas Magiæ calumnias

LXXXVI prouocarit. Quinque igitur res ſunt, quas me oportet diſputare. Nam ſi probè memini, quod ad Pudentillam attinet, hæc obiecere. Vna res eſt, quod numquam eam voluiſſe nubere poſt priorem maritum, ſed meis carminibus coactam dixere: altera res eſt de epiſtolis eius, quam cōfeſſionem Magiæ putant: deinde ſexageſimo anno ætatis ad libidinem nupſiſſe: & quòd in villa, ac non in oppido, tabulæ nuptiales ſint conſignatæ, tertio & quarto loco obiecere. Nouiſſima, & eadem inuidioſiſſima criminatio de dote fuit. ibi omne virus totis viribus adnixi effudere. ibi maximè angebantur. Atque ita dixere: me grandem dotem mox in principio coniunctionis noſtræ, mulieri amanti, remotis arbitris, in villa extorſiſſe. Quæ omnia tam falſa, tam nihili, tam inania oſtendam, adeoq; facile & ſine vlla controuerſia refutabo; vt medius fidius verear Maxime, quiq; in conſilio eſtis, ne demiſſum & ſubornatum à me accuſatorem putetis, vt inuidiam meam reperta occaſione palàm reſtinguerem. Mihi credite, quod reapſe intelligetur. oppidò quam mihi laborandum eſt, ne tam friuolam accuſationem me potius callidè excogitaſſe, quàm illos ſtultè ſuſcepiſſe exiſtimetis. Nunc dum ordinem rei breuiter perſequor, & efficio vt ipſe Aemilianus recognoſcat falsò ſe ad inuidiam meam inductum, & longè à vero aberraſſe neceſſe habeat confiteri;

quaſi

quæſo, vti adhuc feceritis, vel ſi quo magis etiam poteſtis, ipſum fontem & fundamentum mendacij huiuſce diligentiſſimè cognoſcatis.

LXXXVII Aemilia Pudentilla, quæ nunc mihi vxor eſt, ex quodam Sicinio Amico, quicum antea nupta fuerat, Pontianum & Pudentem filios genuit: eosq́ pupillos in poteſtate aui paterni relictos, nam ſuperſtite patre Amicus deceſſerat, per annos fermè quatuordecim memorabili pietate ſedulò aluit. Non tamen libenter in ipſo ætatis ſuæ flore tam diu vidua. ſed puerorum auus, inuitam eam conciliare ſtudebat alteri filio ſuo Sicinio Claro. eoq́; ceteros procos abſterrebat. & præterea minabatur, ſi extrario nupſiſſet; nihil ſe filiis eius ex paternis eorum bonis teſtamento relicturum. Quam conditionem cum obſtinatè propoſitam videret mulier ſapiens, & egregiè pia; ne quid filiis ſuis eo nomine incommodaret, facit quidem tabulas nuptiales, cum quo iubebatur, cum Sicinio Claro: verùm enimuerò vanis fruſtrationibus nuptias eludit, eo ad, dum puerorum auus fato conceſſit, relictis filiis eius heredibus. ita vt Pontianus, qui maior natu erat, fratri ſuo tutor eſſet.

LXXXIIX Eo ſcrupulo liberata, cum à principibus viris in matrimonium peteretur; decreuit, ſibi diutius in viduitate non permanendum. Quippe vt ſolitudinis tædium perpeti poſſet; tamen ægritudinem corporis ferre non poterat. Mulier ſanctè pudica, tot annis viduitatis ſine culpa, ſine fabula, aſſuetudine coniugis torpens, & diutino ſitu viſcerum ſaucia, vitiatis intimis vteri, ſæpe ad extremum vitæ diſcrimen doloribus obortis exanimabatur. Medici cum obſtetricibus conſentiebant, penuria matrimonij morbum quæſitum. malum indies augeri, ægritudinē ingraueſcere: dum ætatis aliquid ſuperſit, nuptiis valitudinem medicandum. Conſilium iſtud cum alij approbarent, tum maximè Aemilianus iſte, qui paulo prius confidentiſſimo mendacio adſeuerabat, numquam de nuptiis Pudentillam cogitaſſe, priuſquàm foret

Magicis maleficiis à me coacta, me ſolum repertum, qui
viduitatem eius, velut quamdam virginitatem, carminibus
LXXXIX *& venenis violarem. Sæpe audiui non de nihilo dici, Men-*
dacem memorem eſſe oportere. At tibi Aemiliane non ve-
nit in mentem, priuſquam ego Oeam venirem, te litteras
etiam, vti nuberet, ſcripſiſſe ad filium eius Pontianum, qui
tum adultus Romæ agebat? Cedò tu epiſtolam, vel potius
da ipſi: legat. ſua ſibi voce, ſuiſq; verbis ſeſe reuincat. Eſtne
hæc tua epiſtola? quid palluiſti? nam erubeſcere tu quidem
non potes, eſt ne tua iſta ſubſcriptio? Recita quæſo clarius,
vt omnes intelligant, quantum lingua eius manu diſcre-
pet, quantumq; minor illi ſit mecum quàm ſecum diſſen-
ſio. Scripſiſti ne hæc Aemiliane, quæ lecta ſunt? Nubere
illam velle, & debere ſcio: ſed quem eligat, neſcio.
Rectè tu quidem, neſciebas. Pudentilla enim tibi, cuius in-
feſtam malignitatem probè norat, de ipſa re tantum, cete-
rùm de petitore nihil fatebatur. At tu dum eam putas
etiamnũc Claro fratri tuo denupturam; falſa ſpe inductus,
filio quoque eius Pontiano auctor aſſentiendi fuiſti. Igitur
ſi Claro nupſiſſet, homini ruſticano & decrepito ſeni; ſpon-
te eam diceres, ſine vlla Magia, iam olim nupturiſſe. Quo-
niam iuuenem talem, qualem dicitis, elegit, coactam feciſ-
XC *ſe ais: ceterum ſemper nuptias aſpernatam. Neſciſti im-*
probe, epiſtolam tuam de iſta re teneri: neſciſti te tuomet
teſtimonio conuictum iri. Quàm tamen epiſtolam Puden-
tilla, teſtem & indicem tuæ voluntatis, vt quæ te leuem &
mutabilem, nec minus mendacem & impudentem ſciret,
maluit retinere, quàm mittere. Ceterum ipſa de ea re Pon-
tiano filio ſuo Romam ſcripſit, etiam cauſas conſilij ſui ple-
nè allegauit. Dixit illa omnia de valitudine. nihil præterea
eſſe, cur amplius deberet obdurare. hereditatem auitam lon-
ga viduitate, cum deſpectu ſalutis, ſuæ quæſiſſe. eamdem
ſumma induſtria auxiſſe. Iam Deûm voluntate, ipſam

paratam,

vxori, fratrem eius virili togæ idoneos eſſe. Tandem aliquando ſe quoque paterentur ſolitudini ſuæ, & ægritudini ſubuenire. Ceterùm de pietate ſua & ſupremo iudicio nihil metuerent: qualis vidua eis fuerit, talem nuptam futuram. Recitari iubebo exemplum epiſtolæ huius, ad filium XCI
miſſæ. Satis puto ex iſtis cuiuis liquere poſſe, Pudentillam non meis carminibus ab obſtinata viduitate compulſam; ſed olim ſua ſponte à nubendo non alienam, me fortaſſe præ ceteris maluiſſe. Quæ electio tam grauis feminæ, cur mihi crimini potius quàm honori danda ſit, non reperio. Nonnihil tamen miror, quòd Aemilianus & Rufinus id iudicium mulieris ægrè ferant: cum ij qui Pudentillam in matrimonium petiuerunt, æquo animo patiantur me ſibi prælatum. Quod quidem illa vt faceret, filio ſuo potiùs quàm animo obſecuta eſt. Ita factum, nec Aemilianus poterit negare. Nam Pontianus acceptis litteris matris, confeſtim Romam aduolauit: metuens ne ſi quem auarum virum nacta eſſet, omnia, vt ſæpe fit, in mariti domum conferret. Ea ſollicitudo non mediocriter animũ angebat. Omnes illi, fratriq́; diuitiarum ſpes in facultatibus matris ſitæ erant. Auus modicum reliquerat, mater HS quadragies poſſidebat. Ex quo ſanè aliquantam pecuniam, nullis tabulis, ſed vt æquum erat, mera fide acceptam filiis debebat. Hunc ille timorem muſſitabat. aduerſari propalàm non audebat, ne videretur diffidere. Cum in hoc ſtatu res eſſet, inter precationem ma- XCII
tris & metum filij; forte ne an fato ego aduenio, pergens Alexandriam. Dixiſſem herculè, Quod vtinam numquam eueniſſet; ni me vxoris meæ reſpectus prohiberet. Hyems anni erat. Ego ex fatigatione itineris aduectus, apud Appios veteres amicos meos, quos honoris & amoris gratia nomino, aliquàmmultis diebus decumbo. Eò venit ad me Pontianus. nam fuerat mihi non ita pridem ante multos annos Athenis, per quoſdam communeis amicos conciliatus, &

arto poſtea contubernio intimè iunctus. facit omnia circa honorem meum obſeruanter, circa ſalutem ſollicitè, circa amorem callidè. Quippe etenim videbatur ſibi peridoneum maritum matri reperiſſe, cui bono periculo totam domus fortunam concrederet. Ac primò quidē voluntatem meam verbis inuerſis periclitabundus, quoniam me viæ cupidum & conuerſum ab vxoria re videbat, orat ſaltem pauliſper manerem. velle ſe mecum proficiſci: hyemem alteram propter Syrtis æſtus & beſtias opperiendam, quòd illam mihi infirmitas exemiſſet. Multis etiam precibus me ab amicis meis Appiis auſert, vt ad ſeſe in domum matris ſuæ trans-
547 ferat, ſalubriorem mihi habitationem futuram. Præterea proſpectu maris, qui mihi gratiſſimus eſt, liberius me ex
XCIII ea fruiturum. Hæc omnia, adnixus impenſo ſtudio, perſuadet: & matrem ſuam, ſuumq́; fratrem puerum iſtum mihi commendat. nonnihil à me in communibus ſtudiis adiuuantur. Augetur oppidò familiaritas. interibi reualeſco. Diſſero aliquid, poſtulantibus amicis, publicè. omnes qui aderant, ingenti celebritate baſilicam, qui locus auditorij erat, complentes, inter alia pleraque congruentiſſima voce inſigniter acclamant, petentes vt remanerem, fieremq́; ciuis Oeenſium. Mox auditorio miſſo, Pontianus eo principio me adortus, conſenſum publicæ vocis pro diuino auſpicio interpretatur: aperitq́;, conſilium ſibi eſſe, ſi ego non nolim, matrem ſuam, cui plurimi inhient, mecum coniungere: quoniam mihi ſoli, ait, rerum omnium
548 confidere ſeſe, & credere, vt id onus recipiam: quoniam non formoſa pupilla, ſed mediocri facie mater liberorum mihi offeratur. Si hæc reputans, formæ aut diuitiarū gra-
321 tia me ad aliam conditionem reſeruarem; neque pro amico ſe
XCIV neque pro Philoſopho facturum. Nimis multa oratio eſt, ſi velim memorare, quæ ego contrà reſponderim, quàm diu & quoties inter nos verbigeratum ſit, quot & quibus

precibus

precibus me adgreſſus, haud prius omiſerit, quàm denique 549 impetrarit. non, quin ego Pudentillam iam anno perpetim aſsiduo conuictu probè ſpectaſſem, & virtutum eius dotes exploraſſem: ſed vtpote peregrinationis cupiens, impedimentum matrimonij aliquantiſper recuſaueram. mox tamen talem feminam nihilo ſegnius volui, quàm ſi vltrò appetiſſem. Perſuaſerat idem Pontianus matri ſuæ, vt me alijs omnibus mallet: & quamprimum hæc perficere incredibili ſtudio auebat. Vix ab eo tantulam moram impetramus, dum prius ipſe vxorem duceret: frater eius virilis togæ vſum auſpicaretur: tunc deinde vt nos coniungeremur.

XCV Vtinam hercule poſſem, quæ deinde dicenda ſunt, ſine maximo cauſæ diſpendio tranſgredi! ne Pontiano, cui errorem ſuum deprecanti ſimpliciter ignoui, videar nunc leuitatem exprobrare. Conſiteor enim, quod mihi obiectum eſt, cum, poſtquam vxorem duxerit, à conſpecta fide deſciuiſſe, ac derepentè animi mutatum: quod antea nimio ſtudio feſtinarat, pari pertinacia prohibitum eſſe: denique matrimo- 550 nium noſtrum ne coaleſceret, quiduis pati, quiduis facere paratum fuiſſe. Quamuis omnis illa tum animi fœda mutatio, & ſuſcepta contra matrem ſimultas, non ipſi vitio vertenda ſit, ſed ſocero eius eccilli Herennio Rufino: qui vnum neminem in terris viliorem ſe, aut improbiorem, aut inquinatiorem reliquit. Perpaucis hominem, quàm modeſtiſsimè potero, neceſſariò demonſtrabo. niſi omnino de eo reticuero, operam perdiderit, quòd negotium iſtud mihi ex ſummis viribus conflauit. Hic enim eſt puerili huius inſtigator, hic accuſationis auctor, hic aduocatorum conductor, hic teſtium coëmptor, hic totius calumniæ fornacula, hic Aemiliani huius fax & flagellum. Idq́; apud omneis intemperantiſsimè gloriatur, me ſuo machinatu reum poſtulatum. Et ſanè habet in iſtis quod ſibi plaudat.

XCVI eſt enim omnium litium depector, omnium falſorum commentator, omnium

omnium ſimulationum architectus, omnium malorum ſeminarium: nec non idem libidinum ganearumq́ locus, luſtrum, lupanar: iam inde ab ineunte æuo cunctis probris palàm notus: olim in pueritia, priuſquàm iſto caluitio deformaretur, èmaſculatoribus ſuis ad omnia infanda morigerus, mox in iuuentute ſaltandis fabulis exoſſis planè & eneruis, ſed, vt audio, indocta & rudi mollitia. Negatur enim quidquam hiſtrionis habuiſſe, præter impudicitiam. In hac etiam ætate, qua nunc eſt, qui iſtum deperduint multi ſunt. Honos auribus præfandus eſt. domus eius tota lenonia, tota familia contaminata: ipſe propudioſus, vxor lupa, filij ſimiles prorſus: diebus ac noctibus ludibrio iuuentutis, ianua calcibus propulſata, feneſtræ canticis circumſtrepitæ, triclinium commiſſatoribus inquietum, cubiculum adulteris peruium. neque enim vlli ad introeundum metus eſt, niſi qui pretium marito non attulit. Ita ei lecti ſui contumelia vectigalis eſt. Olim ſolers ſuo, nunc coniugis corpore vulgò meret. Cum ipſo plerique, nec mentior, cum ipſo inquam de vxoris noctibus paciſcuntur. Iam illa inter virum & vxorem nota colluſio. qui amplam ſtipem mulieri detulerunt, nemo eos obſeruat. ſuo arbitratu aſcendunt. Qui inaniores venere, ſigno dato pro adulteris deprehenduntur: &, quaſi ad diſcendum venerint, nō prius abeunt quàm aliquid ſcripſerint. Quid enim faciat homo miſer, ampliuſcula Fortuna deuolutus, quam tamen fraude patris ex inopinato inuenerat?

XCVII *Pater eius plurimis creditoribus deſœneratus, maluit retinere pecuniam quàm pudorem. nam cum vndiqueuerſum tabulis flagitæretur, & quaſi inſanus ab omnibus obuiis teneretur; Lex, inquit, negat poſſe diſſoluere. annulos aureos & omnia inſignia dignitatis abijcit. cum creditoribus depeciſcitur. Pleraque tamen rei familiaris in nomen vxoris callidiſſima fraude confert: ipſe egens, nudus, & ignominia ſua tectus reliquit Rufino

huic,

huic, non mentior, HS triginta deuorandum. Tantũ enim ad eum de bonis matris liberum venit, præter quod ei vxor ſua quotidianis dotibus quæſiuit. Quæ tamen omnia in paucis annis ita hic degulator ſtudioſè in ventrem condidit, & omnimodis collurcinationibus dilapidauit; vt crederes metuere, ne quid habere ex fraude paterna diceretur. homo iuſtus, & morum * dedit operam, quod malè partum erat, vt male periret. Nec quidquam ei relictum eſt ex largiore Fortuna, præter ambitionem miſeram, & profundam gulam! Ceterùm vxor iam propemodum vetula & effœta, totam domum contumeliis abnuit†. XCVIII Filia autem per adoleſcentulos ditiores, inuitamento matris ſuæ nequidquam circumlata, quibuſdam etiam procis ad experiundũ permiſſa, niſi in facilitatem Pontiani incidiſſet, fortaſſean adhuc vidua ante, quàm nupta, domi ſediſſet. Pontianus ei, multum quidem dehortantibus nobis, nuptiarũ titulum falſum & imaginariũ donauit: non neſcius eam paulo antè quàm duceret, à quodam honeſtiſſimo iuuene, cui prius pacta fuerat, poſt ſatietatem, derelictam. Venit igitur ad eum noua nupta, ſecura & intrepida, pudore diſpoliato, flore exoleto, flammeo obſoleto, virgo rurſum poſt recẽs repudiũ, nomen potius aſſerẽs puellæ quàm integritatẽ. Vectabatur octophoro. Vidiſtis profectò, qui affuiſtis, quàm improba iuuenũ circumſpectatrix, quàm immodica ſui oſtentatrix. Quis non diſciplinam matris agnouit; cum in puella videret immedicatũ os, & purpuriſſatas genas, & illices oculos? Dos erat à creditore ſomnis ad teruncium pridie ſumpta, & quidem grãdior quàm domus exhauſta, & plena liberis poſtulabat. * Sedenim iſte, vt eſt rei modicus, ſpei immodicus, pari auaritia & egeſtate, XCIX totũ Pudentillæ quadragies præſumptione caſſa deuorarat. eoq; me amoliendũ ratus, quo facilius Pontiani facilitatẽ, Pudentillæ ſolitudinem circumueniret; infit generũ ſuũ obiurgare, quòd matrem ſuã mihi deſponderat.

ſuadet,

ſuadet, quamprimùm ex tanto periculo, dum licet, pedem referat. res matris ipſe potius habeat, quàm homini extrario ſciens tranſmittat. ni ita faciat; iniȷcit ſcrupulũ amanti adoleſcentulo. veterator minatur ſe filiam abducturum. Quid multis? iuuenem ſimplicem, præterea noua nuptaꝛ illecebris obſrenatum, ſuo arbitratu de via deflectit. It ille ad matrem, verborum Rufini gerulus. ſed nequidquam tentata eius grauitate, vltro ipſe leuitatis & inconſtantiæ increpitus, reportat ad ſocerum haud mollia. Matri ſuæ, præter ingenium placidiſsimum, & immobile, iram quoque ſua in expoſtulatione acceßiſſe, nõ mediocre pertinaciæ adiumentum. Reſpondiſſe eam denique, non clàm ſe eſſe, Rufini ex oratione ſecum expoſtulari. eò vel magis ſibi auxilium mariti aduerſum eius deſperatam auaritiam comparandum. Hiſce auditis exacerbatus aquariolus iſte vxoris ſuæ, ita m extumuit, ita exarſit furore; vt in feminam ſanctiſsimam & pudiciſsimam, præſente filio eius, digna ſcubiculo ſuo diceret: amatricem eam, me Magum & veneficum clamitaret, multis audientibus: quos, ſi voles, nominabo. ſe mihi ſua manu mortem allaturum. Vix hercule poſſum iram moderari. Ingens indignatio animo oboritur. Tu'ne effeminatiſsime, tua manu cuiquam viro mortem minitaris? At qua tandem manu? Philomelæ? an Medeæ? an Clytemneſtræ? quæ tamen conſultas, tanta mollitia animi, tanta formido ferri eſt; ſine cludine ſaltas. Sed ne longius ab ordine digrediar, Pudentilla, poſtquam filium videt præter opinionem, contra ſuam eſſe ſententiam deprauatum; rus profecta, ſcripſit ad eum obiurgandi gratia illas famoſiſsimas litteras, quibus, vt iſti aiebant, confeſſa eſt, ſeſe mea Magia in amorem inductam dementire. Quas tamen litteras tabulario Pontiani præſente, & contra ſcribente Aemiliano, nudiuſtertius tuo iuſſu Maxime teſtatò deſcripſimus. in quibus omnia contra prædicationem iſtorum pro me reperiuntur.

Quam-

Quanquam etſi diſtrictius Magum me dixiſſet; poſſet videri excuſabunda, ſe filio vim meã, quam voluntatem ſuam cauſari maluiſſe. An ſola Phædra falſum epiſtoliũ de amore commenta eſt? An non omnibus mulieribus hæc ars vſitata eſt: vt cum aliquid eiuſmodi velle cœperunt, malint coactæ videri?

CII

Quod ſi animo etiam ita putauit me Magum eſſe; iccirco ne Magus habear, quia hoc ſcripſit Pudentilla? Vos tot argumentis, tot teſtibus, tanta oratione, Magum me non probatis: illa vno verbo probaret? Et quanto tandem grauius habendum eſt, quod in iudicio ſubſcribitur, quàm quod in epiſtola ſcribitur? Quin tu me meiſmet factis, non alienis verbis reuincis? Ceterùm eadem via multi rei cuiuſuis maleficij poſtulabuntur; ſi ratum futurum eſt, quòd quiſq; in epiſtola ſua vel amore vel odio cuiuſpiam ſcripſerit. Magum te ſcripſit Pudentilla; igitur magus es. Quid ſi conſulem me ſcripſiſſet; conſul eſſem? Quid enim ſi pictorem, ſi medicum? quid deniq. ſi innocentem? num aliquid horum putares, iccirco quòd illa dixiſſet? Nihil ſcilicet. Atqui periniurium eſt, ei fidem in peioribus habere, cui in melioribus non haberes: poſſe litteras eius ad perniciem, non poſſe ad ſalutem.

CIII

Sed inquieti animi fuit. efflictim te amabat. *Concedo interim. Num tamen omnes qui amantur, Magi ſunt, ſi hoc fortè qui amat ſcripſerit? Cedò nunc, quòd Pudentilla me in eo tempore nõ amabat, ſiquidem id foris ſcripſit, quod palàm erat mihi obſuturum. Poſtremò quid vis, ſanam an inſanam fuiſſe, dum ſcriberet? Sanam, dices? nihil ergo erat Magicis artibus paſſa. Inſanam reſpondebis? neſcijt ergo quid ſcripſerit. eoq; ei fides non habenda eſt. immo etiam ſi fuiſſet inſana, inſanam ſe eſſe neſciſſet. Nam vt abſurdè facit, qui tacere ſe dicit, quod ibidem dicendo tacere ſeſe, non tacet, & ipſa profeſſione quod profitetur infirmat: ita vel magis hoc repugnat. Ego inſanio, quòd verum non eſt, niſi ſciens dicit. Porrò*

ſanus

ſanus eſt, qui ſcit quid ſit inſania. Quippe inſania ſcire ſe non poteſt, non magis quàm cæcitas ſe videre. Igitur Pudentilla compos mentis fuit, ſi compotem mentis ſe nō putabat. Poſſum, ſi velim, pluribus. ſed mitto Dialectica. Ipſas litteras longè aliud clamanteis, & quaſi deditâ operâ ad iudicium iſtud præparatas & accommodatas recitabo.
563 Accipe tu, & lege, vſque dum ego interloquar. Subſiſte pauliſper quæ ſequuntur. nam ad diuerticulum rei ventum
CIV eſt. Adhuc enim Maxime, quantum equidem animaduerti, nuſquam mulier Magiam nominauit: ſed ordinem repetiuit eumdem, quem ego paulo prius de longa viduitate, de remedio valetudinis, de voluntate nubendi, de meis laudibus, quas ex Pontiano cognouerat, de ſuaſu ipſius, vt mihi potiſſimū nuberet. Hæc vſque adhuc lecta ſunt. Supereſt ea pars epiſtolæ, quæ ſimiliter pro me ſcripta, in memetipſum vertit cornua, ad expellendum à me crimen Magiæ, ſedulò omiſſa, memorabili laude Rufini vice mutaui:
564 & vltro contrariam mihi opinionem quorumdam Oeenſium, quaſi Mago quæſiuit. Multa fando Maxime audiſti, & plura legendo didiciſti, non pauca experiendo comperiſti: ſedenim verſutiam tam inſidioſam, tam admirabili ſcelere conſtatam, negabis te vmquam cognouiſſe. Quis Palamedes, quis Siſyphus, quis deniq. Eurybates aut Phrynodas talem excogitaſſet? Omnes iſti, quos nominaui, & ſi qui præterea fuerunt dolo memorandi, ſi cum hac vna Ru-
565 fini fallacia contendantur, macci prorſus & buccones videbuntur. O mirum commentum! ô ſubtilitas digna carcere & robore! Quis credat effici potuiſſe, vt quæ defenſio fuerat, eadem, manentibus iiſdem litteris, in accuſationem tranſuerteretur? Eſt hercule incredibile. Sed hoc incredibi-
CV le qui ſit factum probabo. Obiurgatio erat matris ad filium, quòd me talem virum, qualem ſibi prædicaſſet, nunc de Rufini ſententia Magum dictitaret. Verba ipſa ad hunc

modum

modũ ſe habebant: Ἀπολέϊος μάγος, ϗ ἐγὼ ὑπ' αὐτοῦ μεμάγευμαι, ϗ ἔρως ἐλθέτω νῦν πρὸς ἐμὲ, ἔπ σωφρονῶ. Hæc ipſa verba Rufinus, quæ Græcè interpoſuit, ſola excerpta, & ab ordine ſuo ſeiugata, quaſi confeſſionem mulieris circumferens, & Pontianum per forum ductans, vulgò oſtendebat. Ipſas mulieris litteras illatenus, quæ dixi, legendas præbebat: cetera ſuprà & infrà ſcripta occultabat. Turpiora eſſe, quàm vt oſtenderentur, dictitabat. Satis eſſe, confeſſionem mulieris de Magia cognoſci. Quid quæris? veriſimile omnibus viſum. Quæ purgandi mei gratia ſcripta erant, eadem mihi immanem inuidiã apud imperitos conciuere. Turbabat impurus hic, in medio foro bacchabundus. epiſtolam ſæpe aperiens proquiritabat: Apuleius Magus. dicit ipſa quæ ſentit & patitur. quid vultis amplius? Nemo erat qui pro me ferret, ac ſic reſponderet: Totam ſodes epiſtolam cedò. ſine omnia inſpiciam, principio ad finem perlegam. Multa ſunt, quæ ſola prolata calumniæ poſſint videri obnoxia. Cuiuis oratio inſimulari poteſt; ſi ea quæ ex prioribus nexa ſunt, principio ſui defraudentur: ſi quædam ex ordine ſcriptorum ad libidinem ſupprimantur: ſi quæ ſimulationis cauſa dicta ſunt, adſeuerantis pronuntiatione quàm exprobrantis legantur. Hæc, & id genus ea, quàm meritò tunc dici potuerint, ipſe ordo epiſtolæ oſtendat. At tu Aemiliane recognoſce, an & hæc mecum teſtatò deſcripſeris: Βουλομένην γάρ με δι' ἃς εἶπον αἰτίας γαμηθῆναι, αὐτὸς τοῦτον ἔπεισας ἀντὶ πάντων αἱρεῖσθαι, θαυμάζων τὸν ἄνδρα, ϗ σπουδάζων αὐτὸν οἰκεῖον ἡμῖν δι' ἐμοῦ ποιῆσαι: νῦν δὲ ὡς μοχθηροὶ ἡμῶν, κακοηθεῖς τε ἀναπείθουσιν αἰφνίδιον ἐγένετο Ἀπολέϊος μάγος, ϗ ἐγὼ μεμάγευμαι ὑπ' αὐτοῦ. ϗ ἔρως ἐλθέτω νῦν πρὸς ἐμὲ, ἕως ἔπ σωφρονῶ. Oro te Maxime, ſi litteræ ita vt partim vocales dicuntur, etiam propriam vocem vſurparent: ſi verba, ita vt poetæ aiunt, pinnis apta vulgò volarent; nónne cum pri-

mùm epiſtolam iſtam Rufinus mala fide excerperet, pauca
legeret, multa & meliora ſciens reticeret; nónne tunc cete-
ræ litteræ ſceleſtè ſe detineri proclamaſſent? verba ſuppreſ-
ſa de Rufini manibus foras euolaſſent? totum forū tumul-
tu compleſſent? ſe quoque à Pudentilla miſſas, ſibi etiam
quæ dicerent mandata? improbo ac nefario homini per alie-
nas litteras falſum facere tentanti ne auſcultarent, ſibi po-
tius audirent: Apuleium Magiæ non accuſatum à Puden-
tilla, ſed accuſante Rufino abſolutum? Quæ omnia etſi tum
dicta non ſunt; tamen nunc cùm magis proſunt, luce illu-
CVII ſtrius apparent. Patent artes tuæ Rufine. fraudes hiant,
detectum mendacium eſt. Veritas olim interuerſa, nunc ſe
effert, & velut alto Barathro, calumnias emergit. Ad lit-
teras Pudentillæ prouocaſtis: literis vinco. quarum ſi vultis
extremam quoque clauſulam audire, non inuidebo. Dic
tu, quibus verbis epiſtolam finierit mulier obcantata, ve-
cors, amens, amans. ἐγὼ οὔτ᾽ ἐμμεμάγευμαι, οὔτε ἐρῶ· τὴν
εἱμαρμένην ἔφην. Etiám ne amplius? Reclamat vobis Pu-
dentilla, & ſanitatem ſuam à veſtris calumniis quodam
præconio vindicat. Nubendi autem ſeu rationem, ſeu ne-
ceſſitatē Fato adſcribit, à quo multùm Magia remota eſt,
vel potius omnino ſublata. Quæ enim relinquitur vis can-
taminibus & veneficiis, ſi Fatum rei cuiuſque, veluti vio-
lentiſſimus torrens, neque retineri poteſt, neque impelli?
Igitur hac ſententia ſua Pudentilla non modò me Magum,
ſed omnino eſſe Magiam negauit. Bene, quòd integras epi-
ſtolas matris Pontianus ex more adſeruauit: bene, quòd vos
feſtinatio iudicij anteuortit, ne quid in iſtis litteris ex otio
nouaretis. Tuum hoc Maxime, tuaq; prouidentiæ benefi-
cium eſt, quòd à principio intellectas calumnias, ne corro-
borarentur tempore, præcipitaſti, & nulla impertita mora
CVIII ſubneruaſti. Finge nunc, aliquid matrem filio ſecretis lit-
teris de amore, vti aſſolet, confeſſam. hoccine verum fuit Ru-
fine, hoc

ſine, hoc non dico pium, ſed ſaltem humanum, promulgari eas litteras, & potiſsimum filij præconio publicari? Sed
ſum ego inſcius, qui poſtulo vt alienum pudorem conſer- 570
ues, qui tuum perdideris? Cur autem præterita conqueror, cùm nō ſint minus acerba præſentia? Hucuſque à vobis miſerum iſtum puerum deprauatum, vt matris ſuæ epiſtolas, quas putat amatorias, pro tribunali Proconſuli recitet, apud virum ſanctiſsimum Claudium Maximum; ante has Imperatoris Pij ſtatuas, filius matris ſuæ pudenda exprobret ſtupra, & amores obiectet? Quis tam eſt mitis, quin exacerbeſcat? Túne vltro parentis tuæ animum in iſtis ſcrutaris? oculos obſeruas? ſuſpiritus numeras? affectiones exploras? tabulas intercipis? amorem reuincis? Túne quod in
cubiculo agat, perquiris? ne mater tua non dico amatrix, 571
ſed ne omnino femina eſt? ne tu in ea cogitas, niſi vnam parentis religionem? O infelix vterum tuum Pudentilla! ô ſterilitas liberis potior! ô infauſti decem menſes! ô in-
grati quatuordecim anni viduitatis! Vipera, vt audio, exe- CIX
ſo matris vtero in lucem proſerpit, atque ita parricidio gignitur. At enim tibi à filio iam adulto, acerbiores morſus viuenti & videnti offeruntur. Silentium tuum laniatur, pudor tuus carpitur, pectus tuum foditur, viſcera intima protrahuntur. Haſcine gratias bonus filius matri rependis, ob datam vitam? ob adquiſitam hereditatem? ob quatuor-
decim annorum longas alimonias? Hiſcine te patruus diſci- 328
plinis erudiuit, vt ſi compertum habeas, filios tibi ſimiles futuros, non audeas ducere vxorem? Eſt ille Poetæ verſus non ignotus:

Odi puerulos præcoci ſapientia.

Sed enim malitia præcoci puerum quis non auerſetur, atque 572
oderit? cùm videat velut monſtrum quoddam, prius robuſtum ſcelere quàm tempore, antè nocentem quàm potentem, viridi pueritia, cana malitia? vel potius hoc magis

noxium, quòd cum venia pernicioſius eſt: & nondum pœnæ, iam iniuria ſufficit. Iniuriæ dico: immò enim ſceleri

CX. aduerſum parentem neſando, immani, impetibili. Athenienſes quidem, propter communẽ ius humanitatis, ex captiuis epiſtolis Philippi Macedonis hoſtis ſui, vnam epiſtolam, cùm ſingulæ publicè legerentur, recitari prohibuerunt, quæ erat ad vxorem Olympiadem conſcripta. hoſti potius pepercerunt, ne maritale ſecretum diuulgarent: præferendum rati fas commune, propriæ vltioni. Tales hoſtes, aduerſus hoſtem: tu qualis filius aduerſus matrem? Vides quàm ſimilia contendam? Tu tamen filius matris epiſtolas, de amore, vt ais, ſcriptas, in iſto cœtu legis. in quo ſi aliquem poetam laſciuiorem iubereris legere; profectò non auderes, pudore tamen aliquo impedirêre: immò enim numquam matris tuæ litteras attigiſſes, ſi vllas alias litteras attigiſſes, ad quam auſus es tuam ipſius epiſtolam legendam dare. quam nimis irreuerenter, nimis contumelioſe & turpiter de matre tua ſcriptam, cùm adhuc in eius ſinu alerêre, miſeras clanculo ad Pontianum: ſcilicet ne ſemel peccaſſes, ac tam bonum tuum factum obtuto capeſſeret. Miſer non intelligis, idcirco patruum tuum hoc fieri paſſum, quo ſe omnibus purgaret; ſi ex literis tuis noſceretur, te etiam prius quàm ad eum commigraſſes, etiam cum matri blandirere, tamen iam tum vulpionem & impium fuiſſe. Ceterùm nequeo in animum inducere, tam ſtultum Aemilianum eſſe, vt arbitretur mihi litteras pueri, & eiuſdem accuſatoris

CXI mei obfuturas. Fuit & illa commenticia epiſtola, neq; mea manu ſcripta, neque veriſimiliter conficta, qua videri volebant blãditiis à me mulierem ſollicitatam. Cur ergo blandirer, ſi Magiæ confidebam? Qua autem via ad iſtos peruenit epiſtola, ad Pudentillam ſcilicet per aliquem fidelem miſſa, vt in re tali actitari ſolet? Cur præterea tam vitioſis

verbis,

verbis, tam barbaro ſermone ego conſcriberem, quem iidem dicunt nequaquam Græcæ linguæ imperitum? Cur autem tam abſurdis támque tabernariis blanditiis ſubagitarem, quem iidem aiunt verſibus amatoriis ſatis ſcitè laſciuire? Sic eſt profectò. cuiuis palàm eſt. hic qui epiſtolam Pudentillæ Græcatiorem legere non poterat, hanc vt ſuam facilius legit, & aptius commendauit. Sed iam de epiſtolis ſatis dictum habebo, ſi hoc vnum addidero: Pudentillam, quæ ſcripſerat, diſsimulamenti cauſa & deridiculi, ἐλθέτω ἕως ἐπισωφρονῶ, poſt haſce literas euocaſſe ad ſe filios, & nurum: cum his fermè duobus menſibus conuerſatam.† Dicat hic pius filius, quid in eo tempore ſecus agentem vel loquentem matrem ſuam, propter inſaniam, viderit. Neget eam rationibus villicorum, & opilionum, & equiſionum ſolertiſsimè ſubſcripſiſſe. neget fratrem ſuum Pontianum grauiter ab ea monitum, vt ſibi ab inſidiis Ruſini caueret. neget verè obiurgatum, quòd litteras, quas ad eum miſerat, vulgò circumtuliſſet, nec tamen bona fide legiſſet. neget poſt iſtaque dixi, matrem ſuam mihi apud villam iampridem condicto loco nupſiſſe. Quippe ita placuerat, in ſuburbana villa potius vt coniungeremur, ne ciues denuò ad ſportulas conuolarent: cùm haud pridem Pudentilla de ſuo quinquaginta milia nummûm in populum expunxiſſet ea die, qua Pontianus vxorem duxit, & hic puerulus toga eſt inuolutus. Præterea vt conuiuiis multis ac moleſtiis ſuperſederemus, quæ fermè ex more nouis maritis obeunda ſunt. Habes Aemiliane cauſam totam, cur tabulæ nuptiales inter me ac Pudentillam non in oppido ſint, ſed in villa ſuburbana conſignatæ. ne quinquaginta milia nummûm denuò profundenda eſſent, nec tecum aut apud te cœnandum. Eſt'ne cauſa idonea? Miror tamen, quòd tu à villa tantopere abhorreas, qui plerumq; ruri verſêre.† Lex quidem Iulia de maritandis ordinibus, numquam ſcilicet ad hunc modum interdi-

interdicit: VXOREM IN VILLA NE DVCITO. Immò ſi verum velis, vxor ad prolem multo auſpicatius in villa quàm in oppido ducitur: in ſolo vberi, quàm in loco ſterili: in agri ceſpite, quàm in fori ſilice: mater futura in ipſo materno, ſi nubat in ſegete, adulta ſuper fœcundam glebam; vel enim ſub vlmo marita cubet in ipſo gremio terræ, matres inter ſoboles herbarum & propagines vitium & arborum germina. Ibi & ille celeberrimus in Comœdiis verſus de proximo congruit.

* * * * * * *

Romanorum etiam maioribus, Quintiis & Serranis, & multis aliis ſimilibus, non modò vxores, verùm etiam conſulatus & dictaturæ in agris offerebantur. Cohibebo me in tam prolixo loco, ne tibi gratum faciam, ſi villam laudauero.*

CXIV De ætate verò Pudentillæ, de qua poſt iſta ſatis confidenter mentitus es, vt etiam ſexaginta annos natam diceres nupſiſſe, de ea paucis tibi reſpondebo. nam in re tam perſpicua non eſt neceſſe pluribus diſputare. Pater eius natam ſibi filiam, more ceterorum profeſſus eſt. tabulæ eius partim tabulario publico, partim domo adſeruantur. quæ tibi ob os obiiciuntur. Porrige Aemiliano tabulas iſtas. lignum conſideret, ſigna quæ impreſſa ſunt recognoſcat. Conſules legat, annos computet. quos ſexaginta mulieri aſſignabat, probet quinque & quinquaginta. Luſtro mentitus eſt. parum hoc eſt. liberalius agam. nam & ipſe Pudentillæ multos annos largitus eſt. redonabo igitur viciſſim. Decem annos Mezentius cum Vlixe errauit: quinquaginta ſaltem annorum mulierem oſtendat. Quid multis? vt cum quadruplatore agam; bis duplum quinquennium faciam, viginti annos ſemel detraham. Iube Maxime conſules computari. niſi fallor, inuenies nunc Pudentillæ haud multo amplius quadrageſimum annum ætatis ire. O falſum, audax & nimium, ô mendacium viginti annorum exilio puniendum!

niendum! dimidio tanta Aemiliane mentiri falſa audes ſeſqualtera? Si triginta annos pro decem dixiſſes; poſſes videri pro computationis geſtu erraſſe: quos circulare debueris digitos aperuiſſe. Cum verò quadraginta, quæ facilius ceteris porrecta palma ſignificantur, ea quadraginta tu dimidio auges; non potes digitorum geſtu erraſſe. niſi fortè triginta annorum Pudentillam ratus, binos cuiuſque anni Conſules numeraſti. Miſſa hæc facio. venio nunc ad ipſam CXV.
ſtirpem accuſationis, ad ipſam cauſam maleficij. Reſpondeat Aemilianus, & Rufinus, ob quod emolumentum, etſi maximè Magus forem, Pudentillam carminibus & venenis ad matrimonium pellexiſſem. Atque ego ſcio pleroſq; reos alicuius facinoris poſtulatos, ſi fuiſſe quæpiam cauſa probarentur; hoc vno ſe tamen abundè defendiſſe, vitam ſuam procul ab huiuſmodi ſceleribus abhorrere: nec id ſibi obeſſe debere, quòd videantur quædam fuiſſe ad maleficium perpetrandum inuitamenta. Non enim omnia quæ fieri potuerint, pro factis habenda. Rerum vices varias euenire. certum indicem cuiuſque animum eſſe: qui ſemper eodem ingenio ad virtutem vel ad malitiam moratus, firmum argumentum eſt accipiendi criminis, aut reſpuendi. Hæc ego quanquam poſſum meritò dicere, tamen vobis condono. Nec ſatis mihi duco, ſi me omnium quæ inſimulaſtis abundè purgaui, ſi nuſquam paſſus ſum vel exiguam ſuſpicionem Magiæ conſiſtere. Reputate vobiſcum, quanta fiducia innocentiæ meæ, quantoq; deſpectu veſtri agam; ſi vna cauſa vel minima fuerit inuenta, cur ego debuerim Pudentillæ nuptias ob aliquod meum commodum appetere. Si quamlibet modicum emolumentũ probaueritis; ego ille ſim Carinondas, vel Damigeron, vel Hiſmoſes, vel Ioannes, vel Apollonius, vel ipſe Dardanus, vel quicunque alius poſt Zoroaſtrem & Hoſtanem inter Magos celebratus eſt. Vide CXVI
quæſo Maxime quem tumultum ſuſcitarint, quoniam ego

paucos Magorum nominatim percenſui. Quid faciam tam rudibus, tam barbaris? Doceam Ruſinum, hæc & multo plura alia nomina in bibliothecis publicis apud clariſſimos ſcriptores me legiſſe? an diſputem, longè aliud eſſe notitiam nominum, aliud artis eiuſdem habere communionem: nec debere doctrinæ inſtrumentum & eruditionis memoriam pro confeſſione criminis haberi? An quod multo præſtabilius eſt, tua doctrina Claudi Maxime, tuaq́ perfecta eruditione fretus, contemnam ſtultis & impolitis ad hæc reſpondere? Ita potius faciam. quid illi exiſtiment nauci non pu-

CXVII tabo. Quod inſtitui, pergam diſputare: nullam mihi cauſam fuiſſe, Pudentillam veneficiis ad nuptias prolectandi. Formam mulieris & ætatem ipſi vltro improbauerunt, idq́; mihi vitio dederunt, talem vxorem cauſa auaritiæ concupiſſe: atque adeò primò dotem in congreſſu grandem & vberem rapuiſſe. Ad hæc, Maxime, longa oratione fatigare te non eſt conſilium. Nihil verbis opus eſt, cùm multo diſertius ipſæ tabulæ loquantur: in quibus omnia contrà quàm iſti ex ſua rapacitate de me quoque coniectauerunt, facta impræſentiarum, & prouiſa in poſterum deprehendes. Iam primum mulieris locupletiſſimæ modicam dotem, neque eam datam, ſed tantummodo promiſſam. Præter hæc, ea conditione factam coniectionem, ſi nullis ex me ſuſceptis liberis vita demigraſſet; vt dos omnis apud filios eius Pontianum & Pudentem maneret: ſin verò vno vnóue ſuperſtite diem ſuum obiſſet; vti tum diuidua pars dotis poſteriori filio, reliqua prioribus cederet.

CXVIII Hæc, vt dico, tabulis ipſis docebo. Fors fuerit, vt ne ſic quidẽ credat Aemilianus, ſola trecenta millia nummûm ſcripta, eorumq́ repetitionem filiis Pudentillæ pacto datam. Capias ipſe tu manibus tuis tabulas iſtas, da impulſori tuo Rufino legat. Pudeat illum tumidi animi ſui, & ambitioſæ mendicitatis. quippe ipſe egens, nudus, trecentis millibus nummûm à cre-

ditore

ditore acceptis filiam dotauit. Pudentilla locuples femina trecentis millibus dotis fuit contenta: & maritum habet, & multis ſæpe & ingentibus dotibus ſpretis, inani nomine tantulæ dotis contentum: ceterùm præter vxorem ſuam nihil computantem, omnem ſupellectilem cunctaſq; diuitias in concordia coniugis & mutuo amore ponentem. Quanquam quis omnium vel exiguè rerum peritus culpare auderet, ſi mulier vidua & mediocri forma, at non ætate mediocri, nubere volens, longa dote & molli conditione inuitaſſet iuuenem, neque corpore, neque animo, neq. fortuna pænitendum?

CXIX

Virgo formoſa, etſi ſit oppidò pauper, tamen abundè dotata eſt. Affert quippe ad maritũ nouum animi indolem, pulcritudinis gratiam, floris rudimentum. Ipſa virginitatis commendatio, iure meritoq; omnibus maritis acceptiſſima eſt. Nam quodcunque aliud in dotem acceperis, potes, cùm libuit, ne ſis beneficio obſtrictus, omne, vt acceperas, retribuere: pecuniam renumerare, mancipia reſtituere, domo demigrare, prædiis cedere. Sola virginitas, cùm ſemel accepta eſt, reddi nequitur: ſola apud maritum ex rebus dotalibus remanet. Vidua autem qualis nuptiis venit, talis diuortio digreditur. nihil affert irrepoſcibile. ſed venit iam ab alio præflorata: certè tibi, ad quæ velis, minimè docilis: non minus ſuſpectans nouam domum, quàm ipſa iam ob vnum diuortium ſuſpectanda: ſiue illa morte amiſit maritum, vt ſcæui ominis mulier, & inſauſti coniugij, minimè appetenda; ſeu repudio digreſſa eſt, vtramuis habebat culpam mulier: quæ aut tam intolerabilis fuit vt repudiaretur, aut tam inſolens vt repudiaret. Ob hæc & alia viduæ dote aucta procos ſolicitant. Quod Pudentilla quoque in alio marito feciſſet, ſi Philoſophum ſpernentem dotis non reperiſſet.

CXX

Age verò, ſi auaritiæ cauſa mulierem concupiſſem; quid mihi vtilius ad poſſidendam domum eius fuit, quàm ſimultatem inter matrem & filios ſerere? alie-

nare ab eius animo liberorum caritatem, quo liberius & artiu deſolatam mulierem ſolus poßiderem? Fuit'ne hoc prædonis, quod eſſe vos fingitis? Ego verò quietis & concordiæ & pietatis autor, conciliator, ſauiſſor, non modo noua odia non ſerui, ſed vetera quoque funditus extirpaui. Suaſi vxori meæ, cuius, vt iſti aiunt, iam vniuerſas opes tranſuoraram: ſuaſi inquam, ac denique perſuaſi, vt filiis pecuniam ſuam repoſcentibus, de quo ſuprà dixeram, vt eam pecuniam ſine mora redderet in prædiis vili æſtimatis, & quanto ipſi volebant: Præterea ex re familiari ſua fructuoſißimos agros, & grandem domum, opulentè ornatam, magnámque vim tritici & ordei, & vini & olei, ceterorumq́; fructuum: ſeruos quoque haud minus quadringentos, pecora amplius neque pauca neque abiecti pretij donaret; vt eos & ex ea quam tribuiſſet parte ſecuros haberet, & ad cetera hereditatis bona ſpe inuitaret. Hæc ego ab inuita Pudentilla, patietur enim me, vti res fuit, ita dicere, ægrè exauditus, ingentibus precibus inuita & irata extorſi: matrem filiis recõciliaui: priuignos meos, primo hoc vitrici beneficio, grandi pecunia auxi. Cognitum hoc eſt tota ciuitate.

CXXI Rufinum omnes execrati, me laudibus tulere. Venerat ad nos, priuſquam iſtam donationem mater perficeret, cum diſsimili iſto fratre ſuo Pontianus. ante pedes noſtros aduolutus, veniam & obliuionem præteritorum omnium poſtulat: flens & manus noſtras oſculabundus, ac dicens pænitere, quòd Rufino & ſimilibus auſcultarit. Petit poſtea ſuppliciter, vti ſe Lolliano quoque Auito C. V. purgem, cui haud pridem tirocinio profectionis ſuæ fuerat à me commendatus. quippe compererat, ante paucos dies omnia me, vt acta erant, ad eum perſcripſiſſe. Id quoque à me impetrat. Itaque acceptis literis Carthaginem pergit: vbi iam propè exacto Conſulatus ſui munere, Lollianus Auitus te Maxime opperiebatur. His epiſtolis meis lectis, pro ſua

eximia humanitate gratulatus Pontiano, quòd citò errorem ſuum correxiſſet, reſcripſit mihi per eum, quas litteras, Dÿ boni! qua doctrina! quo lepôre! qua verborum amœnitate ſimul & iucunditate! prorſus, vt vir bonus dicendi peritus. Scio te, Maxime, libenter eius litteras auditurum. Et quidem ſi perlegam, mea voce pronuntiabo. Cedò tu Auiti epiſtolas: vt quæ ſemper ornamento mihi fuerunt, ſint nunc etiam ſaluti. At tu, licebit aquam ſinas fluere. Namque optimi viri literas ter & quater ab eo quantouis temporis diſpendio lectitarem. Non ſum neſcius, debuiſſe CXXII me poſt iſtas Auiti litteras perorare. Quem enim laudatorem locupletiorem, quem teſtem vitæ meæ ſanctiorem producam, quem denique aduocatum facundiorem? Multos in vita mea Romani nominis diſertos viros ſedulò cognoui, ſed ſum æquè neminem admiratus. Nemo eſt hodie, quantum mea opinio fert, alicuius in eloquentia laudis ac ſpei, quin Auitus eſſe longè malit; ſi cum eo ſe, remota inuidia, velit conferre. Quippe omnes fandi virtutes penè diuerſæ in illo viro congruunt. Quamcunque orationem ſtruxerit Auitus, ita illa erit vndique ſui perfectè abſoluta; vt in illa neque Cato grauitatem requirat, neque Lælius lenitatem, neque Gracchus impetum, nec Cæſar calorem, nec Hortenſius diſtributionem, nec Caluus argutias, nec parſimoniam Salluſtius, nec opulentiam Cicero: prorſus in qua, ne omnis perſequar, ſi Auitum audias, neque additum quidquam velis, neque detractum, neque autem aliquid commutatum. Video, Maxime, quàm benignè audias, quæ in amico tuo Auito recognoſcis. Tua me comitas, vt vel pauca dicerem de eo, inuitauit. At non vſque adeò tuæ beniuolentiæ indulgebo, vt mihi permittam, iam propemodum feſſo, in cauſa prorſus ad finem inclinata, de egregiis virtutibus eius nunc demum incipere: quin potius eas integris viribus & tempori libero ſeruem. Nunc enim mihi, quod ægrè fero, à comme-

a commemoratione tanti viri, ad peſteis iſtas oratio reuol-
CXXIII uenda eſt. Audéſne te ergo Aemiliane cum Auito confer-
re? Quem ne ille bonum virum ait, cuius animi diſputatio-
590 nem tam plene ſuis litteris collaudat, eum tu Magiæ, male-
ficij, criminis inſectabere? An inuaſiſſe me domum Puden-
tillæ, & compilare bona eius, tu magis dolere debes, quàm
doluiſſet Pontianus, qui mihi ob paucorum dierum, veſtro
ſcilicet inſtinctu, ortas ſimultates, etiam abſenti, apud Aui-
tum ſatisfecit? qui mihi apud tantum virum gratias egit!
Puta me acta apud Auitum, nō litteras ipſius legiſſe. Quid
poſſes, vel quas quis in iſto negotio accuſare? Pontianus ip-
ſe, quod à matre donatū acceperat, meo muneri acceptum
ferebat: Pontianus me vitricum ſibi contigiſſe intimis affe-
ctionibus lætabatur. Quòd vtinam incolumis Carthagine
reuertiſſet! vel, quoniam ſic ei fuerat Fato decretum, vti-
nam tu Rufine ſupremum eius iudicium non impediſſes!
quas mihi aut coràm, aut denique in teſtamento gratias
335 egiſſet? Litteras tamen quas ad me Carthagine, vel iam
adueniens ex itinere præmiſit, quas adhuc validus, quas
iam æger, plenas honoris, plenas amoris, quæſo Maxime
pauliſper recitari ſinas; vt ſciat frater eius, accuſator meus,
quàm in omnibus Mineruæ curriculum cum fratre optimæ
CXXIV memoriæ viro currat. Audiſtíne vocabula, quæ mihi Pon-
tianus frater tuus tribuerat, me parentem ſuum, me domi-
num, me magiſtrum, cùm ſæpe aliàs, tum in extremo
tempore vitæ vocans? Poſſem tuas quoque pares epiſtolas
promere; ſi vel exiguam moram tanti putarem. potius te-
ſtamentum illud recens tui fratris, quamquam imperfe-
ctum, tamen proferri cuperem, in quo mei officioſiſſime &
honeſtiſſimè meminit. Quod tamen teſtamentum Rufinus
591 neque comperari, neque perfici paſſus eſt, pudore perditæ
hereditatis: quam paucorum menſium, quibus ſocer Pon-
tiani fuit, magno quidem pretio noctiū computarat. Præ-

terea

terea neſcio quos Chaldæos conſuluerat, quo lucro filiam collocaret. Qui, vt audio, vtinam illud non verè reſpondiſſent, primùm eius maritum in paucis menſibus moriturum. Cetera enim de hereditate, vt aſſolent, ad conſulentis votum confinxerunt. Verùm, vt Dij voluere, quaſi cæca beſtia, incaſſum hiauit. Pontianus enim filiam Rufini male compertam, non modò heredem non reliquit, ſed ne honeſto quidem legato impertiuit: quippe qui ei ad ignominiam lintea adſcribi ducentorum ferè denariorum iuſſit: vt intelligeretur iratus potius externaſſe eam, quàm oblitus præteriſſe.

CXXV

Scripſit autem heredes tam hoc teſtamēto quàm priore, quod lectum eſt, matrem cum fratre. cui, vt vides, admodum puero, tandem illam filiæ ſuæ machinam Rufino admouet, ac mulierem alioqui multò natu maiorem, nuperrimè vxorem fratris, miſero puero obiicit, & obſternit. At ille puellæ meretricis blandimentis, & lenonis patris illectamentis captus & poſſeſſus, exinde vt frater eius animam edidit, relicta matre, ad patruum commigrauit, quo facilius remotis nobis cœpta perficerentur. Fauet enim Rufino Aemilianus, & prouentum cupit. Ehem! rectè vos admonetis. etiam ſuam ſpem bonus patruus temperat in iſto, ac fouet: qui ſciat inteſtati pueri legitimum magis quàm iuſtum heredem futurum. Nollem hercule hoc à me profectum. Non fuit meæ moderationis, tacitas omnium ſuſpitiones palàm abrumpere. malè vos qui ſuggeſſiſtis. Planè quidem ſi puerum velis; multi mirantur Aemiliane tam repentinam circa puerum iſtum pietatem tuam, poſtquam frater eius Pontianus eſt mortuus: cùm antea tam ignotus illi fueris, vt ſæpe ne occurſu quidem filium fratris de facie agnoſceres. At nunc adeò patientem te ei prebes, itaq; eum indulgentia corrumpis, adeò ei nulla re aduerſaris; vt per hæc ſuſpicionibus fidem facias.

CXXVI

Inueſtem à nobis accepiſti, veſticipem illico reddidiſti. Cùm à nobis regeretur, ad magiſtros

giſtros ibat: at ab iis nunc magna fugela in ganeum fugit; amicos ſerios aſpernatur; cum adoleſcentulis poſtremiſſimis inter ſcorta & pocula puer hoc æui in conuiuio agitat. Ipſe domi tuæ rector, ipſe familiæ dominus, ipſe magiſter in con-595 uiuio. in ludo quoque gladiatorio frequens viſitor, nomina gladiatorum & pugnas & vulnera planè quidem, vt puer, honeſtè ab ipſo laniſta docetur. loquitur numquam niſi Punicè, & ſi quid adhuc à matre Græciſſat. Latinè enim neque vult, neque poteſt. Audiſti Maxime paulo antè, prò nefas! priuignum meum, fratrem Pontiani, diſerti iuuenis, vix ſingulas ſyllabas fringultientem; cùm ab eo quæreres, donaſſet ne illis mater, quæ ego dicebam me adiuuante donata. Teſtor igitur te, Claudi Maxime, voſq; qui in conſilio eſtis, voſq; etiam qui tribunal mecum adſiſtitis, hæc damna & dedecora morum eius patruo huic, & candidato illi ſocero adſignanda: méque poſthac boni conſulturum, quòd talis priuignus curæ meæ iugum ceruice excuſſerit:

CXXVII neque poſtea pro eo matri eius ſupplicaturum. Nam, quod pæniſſimè oblitus ſum, nuperrimè cùm teſtamentum Pudentilla poſt mortem Pontiani filij ſui, in mala valetudine ſcripſerit; diu ſum aduerſus illam reniſus, ne hunc ob tot inſigneis contumelias, ob tot iniurias exheredaret. elogium 596 grauiſſimum iam totum mediusfidius perſcriptum, vt aboleret, impenſis precibus oraui. Poſtremò ni impetrarem, diuerſurum me ab ea comminatus ſum. mihi hanc veniam tribueret: malũ filium beneficio vinceret; me inuidia omni liberaret. Nec prius deſtiti, quàm ita fecit. Doleo me hunce ſcrupulum Aemiliano dempſiſſe, tam inopinatam ſemitam indicaſſe. Specta quæſo Maxime, vt hiſce auditis, ſubitò obſtupuerit, vt oculos ad terras demiſerit. Longè enim ſecius ratus fuerat. nec immeritò. mulierem filij contumeliis infectam, meis officiis deuinctam ſciebat. De me quoque fuit quod timeret. Quis enim, vel æquè vt ego ſpernens

nens hereditatis, tamẽ vindicari de tam inofficioſo priuigno
recuſaſſet? Hæc præcipuè ſollicitudo eos ad accuſationem CXXVIII
mei ſtimulauit. hereditatem omnem mihi relictam falsò ex
ſua auaritia coniectauere. Soluo vos in præteritum iſto me-
tu. Namque animum meum neque hereditatis, neque vl-
tionis occaſio potuit loco dimouere. Pugnaui cum irata ma-
tre, pro priuigno malo vitricus, veluti pater pro optimo fi-
lio aduerſus nouercam. nec ſatis fuit; ni bonæ vxoris proli-
xam liberalitatem circa me nimio plus æquo coercerem. Ce-
do tu teſtamentum, iam inimico filio à matre factum: me,
quem iſti prædonem dicunt, verba ſingula cum precibus
præeunte. Rumpi tabulas iſtas iube Maxime. inuenies filium
heredem: mihi verò tenue neſcio quid honoris gratia lega-
tum; ne, ſi quid ei humanitùs attigiſſet, nomen maritus in
vxoris tabulis non haberem. Cape iſta, vt matris tuæ teſta-
mentum, verè hoc quidem inofficioſum. Quid ni? in quo
obſequentiſſimum maritum exheredauit, inimiciſſimum fi-
lium ſcripſit heredem: immò enimuerò non filiũ, ſed Aemi-
liani ſpes, & Rufini nuptias; ſed temulentum illud colle-
gium, paraſitos tuos. Accipe inquam filiorum optime, &
poſitis pauliſper epiſtolis amatoriis matris, lege potius teſta-
mentum. ſi quid quaſi inſana ſcripſit, hic reperies, & qui-
dem mox à principio: SICINIVS PVDENS FI-
LIVS MEVS MIHI HERES ESTO. Fateor. qui CXXIX
hoc legerit, inſanum putabit. Hiccine filius heres, qui te in
ipſo fratris ſui funere, aduocata perditiſſimorum iuuenum
manu, voluit excludere è domo, quam ipſa donaueras? qui
te ſibi à fratre coheredem relictum, grauiter & acerbè tu-
lit? qui confeſtim te, cum tuo luctu & mærore deſeruit, &
ad Rufinum & Aemilianum de ſinu tuo aufugit? Qui ibi
plurimas poſtea contumelias dixit coràm, & adiuuante
patruo, fecit? Qui nomen tuum pro tribunalibus ventila-
uit? qui pudorem tuum tuiſmet literis conatus eſt publicè

dedeco-

dedecorare? qui maritum tuum, quem elegeras, quem, vt ipſe obiiciebat, efflictim amabas, capitis accuſauit? Aperi quæſo bone puer, aperi teſtamentũ: facilius inſaniam matris ſic probabis. Quid abnuis? quid recuſas, poſtquam ſollicitudinem de hereditate materna repuliſti? At ego haſce tabulas Maxime, hic ibidem pro pedibus tuis adiicio: teſtorq́ʒ me deinceps incurioſius habiturum, quid Pudentilla teſtamento ſuo ſcribat. Ipſe iam, vt libet, matrem ſuam de ceterò exoret. mihi, vt vltra pro eo deprecer, locum non reliquit. Ipſe iam vt ſui potens ac vir, acerbiſſimas litteras matri dictet, iram eius deliniat: qui potuit perorare, potuit exorare. Mihi iamdudum ſatis eſt, ſi non modò crimina obiecta pleniſſimè dilui, verùm etiam radicem huius iudicij, id eſt hereditatis quæſitæ inuidiam, funditus ſubſtuli.

CXXX *Illud etiam, ne quid omnium præteream, priuſquam peroro, falsò obiectum reuincam. Dixiſtis, me Magia de pecunia mulieris pulcerrimum prædium meo nomine emiſſe. Dico, exiguum herediolum ſexaginta milibus nummûm: id quoque non me, ſed Pudentillam ſuo nomine emiſſe: Pudentillæ nomen in tabulis eſſe: Pudentillæ nomine pro eo agello tributum dependi. Præſens eſt quæſtor publicus, cui depenſum eſt, Coruinus Celer, vir ornatus. adeſt etiam tutor, auctor mulieris, vir grauiſſimus & ſanctiſſimus, omni cum honore mihi nominandus, Caſſius Longinus. Quære Maxime, cuius emptionis auctor fuerit, quantulo pretio mulier locuples agellum ſuum præſtinarit. Teſtimonium Caſſij Longini tutoris, & Coruini Clementis, quod recitatum eſt. Eſt ne ita vt dixi? vſpiam in hac emptione nomen meum adſcriptum eſt? Num ipſum herediolí pretium inuidioſum eſt? Num vel hoc ſaltem in me collatum?*

CXXXI *Quid etiam eſt Aemiliane, quod non te iudice refutauerim? quod pretium Magiæ meæ reperiſti? Cur ego Pudentillæ animum veneficiis flecterem? quod ex ea commodum caperem? vti dotem mihi modicam*

potius

potius quàm amplam diceret? O præclara carmina! an vt eam dotem filiis ſuis magis reſtipularetur, quam penes me ſineret? Quid addi ad hanc Magiam poteſt? an vti rem familiarem ſuam meo adhortatu pleramque filiis cõdonaſſet, quæ nihil illis ante me maritum fuerat largita, mihi quidquam impartiret? O graue veneficium, dicam, an ingratum beneficium? an vt teſtamento, quod irato filio ſcribebat, filium potius, cui offenſa erat, quàm me, cui deuincta, heredem relinqueret? Hoc quidem multis carminibus difficile impetraui. ✚ Putate vos cauſam non apud Claudium CXXXII Maximum agere, virum æquum, & Iuſtitiæ pertinacem; ſed alium aliquem prauum & ſæuum iudicem ſubſtituite, accuſationum fautorem, cupidum condemnandi. date ei quod ſequatur. miniſtrate vel tantulam veriſimilem occaſionem ſecundum vos pronuntiandi. Saltem fingite aliquid, reminiſcimini, quod reſponderatis, qui vos ita rogarit. Et, quoniam omnem conatum neceſſe eſt quæpiam cauſa præcedat; reſpondete, qui Apuleium dicitis animum Pudentillæ Magicis illectamentis adortum, quid ex ea petierit? cur fecerit? Formam eius voluerat? negatis. Diuitias ſaltem concupierat? negant tabulæ dotis, negant tabulæ donationis, negant tabulæ teſtamenti. in quibus non modò non cupidè appetiſſe, verùm etiam durè repuliſſe liberalitatem ſuæ vxoris oſtenditur. Quæ igitur alia cauſa eſt? Quid obmutuiſtis? quid tacetis? Vbi illud libelli veſtri atrox principium, nomine priuigni mei formatum? Hunc ego, domine Maxime, reum apud te facere inſtitui. Quin igitur addis, reum magiſtrum, reum vitricum, reum deprecatorem? Sed quid deinde? plurimorum maleficiorum & manifeſtiſſimorum. Cedò vnum de plurimis: cedo dubium, vel ſaltem obſcurum de manifeſtiſſimis. Ceterùm ad CXXXIII hæc quæ obieciſtis innumera, binis verbis reſpondeam. Dentes ſplendidos: Ignoſce mundiciis. Specula inſpicis: Debet

 Philoſo-

Philoſophus. Verſus facis: Licet fieri. Piſces exploras: Ariſtoteles docet. Lignum conſecras: Plato ſuadet. Vxorem ducis: Leges iubent. Prior natu is eſt: Solet fieri. Lucrum ſectatus es dotis: Dotalem accipe, donationem recordare, teſtamentum lege. Quæ ſi omnia affatim retudi, ſi calumnias omnes refutaui: ſi in omnibus non modò criminibus, verumetiam maledictis, procul à culpa Philoſophiæ tuæ ſum, ſi Philoſophiæ honorem qui mihi ſalute mea antiquior eſt, nuſquam minui: immò contra vbique, ſi cum ſeptem pœnis eum tenui: ſi hæc vt dico ita ſunt; poſſum ſecurus tuam exiſtimationem reuereri, quàm poteſtatem vereri: quod minus graue & verendum mihi arbitror, à proconſulibus damnari, quàm ſi à tam bono, tamq́ emendato viro improber.

L. APV.

L. APVLEII DE MVNDO LIBER.

CONSIDERANTI *mihi, & diligentius intuenti, & ſæpe aliàs Fauſtine mihi virtutis indagatrix, expultrixq́ vitiorum, diuinarum particeps rerum Philoſophia videbatur: & nunc maximè, cùm naturæ interpretationem, & remotarum ab oculis rerum inueſtigationem ſibi vindicet. Nam cùm ceteri magnitudine rei territi, eiuſmodi laborem arduum & profundum exiſtimarent; ſola Philoſophia ſuum non deſpexit ingenium: nec indignam ſe exiſtimauit, cui diuinarum & humanarum rerum diſceptatio deferatur. ſed condiſcere ac docere tam bonas res, & eiuſmodi opera cum ingenuitate profeſſionis ſuæ credidit, & congruere iſtiuſmodi curam talibus ſtudiis & moribus. Nam cùm homines Mundum eiuſq́ penetralia adire non poſſent, vt è terreno domicilio illas regiones inſpicerent; Philoſophiã ducem nacti, eiuſq́ imbuti inuentis, animo peregrinari auſi ſunt per cæli plagas, his itineribus, quæ exploratione acuminis ſui, peruia Sapientiæ, ſolis cogitationibus viderant: vt, cum ipſius interualli conditione à mundi vicinia Natura nos ſecretos eſſe voluiſſet, immenſitati tamen eius volucriq́ curriculo cogitationum noſtrarum nos pernicitas intimaret. facillimeq́ ea, de quibus origo eius eſt, anima diuinis oculis ſuis aſpexit & agnouit, aliis etiam eius ſcientiam tradidit. veluti prophetæ quidam, qui dum Deorum maieſtate completi ſunt, effantur ceteris, quæ diuino beneficio ſoli vident. Quare & eos qui nobis vnius loci ingenia qualitatesq́ deſcribunt, aut mœnia vrbis, aut alicuius amnis fluenta, aut amœnitates & magnitudines montium, alia multa deſcri-*

pta ab aliis plerique ſtudioſè legunt. Nyſæ iuga, & penetralia Coryci, & Olympi ſacra, & Oſſæ ardua, & alia huiuſcemodi ſola dumtaxat & ſingula extollunt. Quorū miſeret me, cùm tantopere nec magnis, & oppido paucis inexplebili admiratione capiuntur. Hæc illis euenire adeò non eſt admirabile; cùm nihil maius ſuſpexerint, neque ad aliquid intenderint, quod maiore diligentia contemplandum eſſet. Ceterùm ſi terrarū orbem, omnemq́; Mundum contemplari pariter aliquando potuiſſent; minus exiguas eius & ſingulas parteis dignas laudibus credidiſſent, quibus eſſet vniuerſitas comprehenſa. Quare nos Ariſtotelem prudentiſſimum & doctiſſimum Philoſophorum, & Theophraſtum auctorem ſecuti, quantum poſſumus cogitatione contingere, dicemus de omni hac cæleſti ratione: naturas & officia complexi, & cur & quemadmodum moueantur, explicabimus. Mundus omnis ſocietate Cæli & Terræ conſtat, & eorum naturis quæ vtriuſque ſunt. Vel ſic: Mundus eſt ornata ordinatio, Dei munere, Deorum recta cuſtodia: cuius cardinem, ſic enim dixerim Centrum, robuſtum & immobilem, genitrix atq; altrix animantium omnium habet Tellus: ſupernis omnibus, vt videri poteſt, Aeris liquiditate, ad modum tegminis, ſeptis & opertis. Vltra Deorum domus eſt, quod vocamus Cælum: quod quidem diuinis corporibus onuſtū videmus, ignibus pulcerrimis & perlucidis Solis & Lunæ, & reliquorum Siderum, cum quibus fertur per orbem, dierum noctiumq́; curriculis, agens ſtellarum choros intermino lapſu, finem nulla æui defectione factura. Sed cùm omne Cælum ita reuoluatur vt ſphæra, ipſum tamen radicibus oportet teneri, quas diurna machinatio verticibus affixit: vt in tornando artifex ſolet forcipe materiam comprehenſam reciproco volumine rotundare. eos Polos dicimus: à quibus velut à cardinibus directio quadam profecta, Axis eſt dictus, diuiſor & diſcriminator

Mundi,

Mundi, Orbem terræ in medietate cõſtituent. Verùm hi vertices, quos immobiles diximus, ita ſunt, vt ſupra caput alter appareat ex parte Boreæ, qui Septemtrionalis vocatur: alter autem Antarcticus humo tegitur, humidus & Auſtrinis vaporibus mollis. Sed cælum ipſum, ſtellæq́; cæligeræ, omnisq́; ſiderea compago, Aether vocatur: non, vt quidam putant, quòd igneus ſit & incenſus; ſed quòd curſibus rapidis ſemper rotetur: Elementum verò non vnum ex quatuor quæ nota ſunt cunctis, ſed longè aliud, numero quintum, ordine primum, genere diuinum & inuiolabile. Iam Aſtrorum innumerabilis multitudo, partim labitur cum orbis inerranti regione, quam circulorum ambit Signifer, obliqua complexione circumdatus, & ſignis duodecim illuminatus: partim errantibus ſtellis, quæ neque priorum motus habent, nec ſanè inter ſe ſimilem & æqualem; ſed affixæ diuerſis globis, inordinatum, vt ſic dixerim, ordinem ſeruant: aliæq́; vltrà ſunt, aliæ citrà ſtellæ, quæ propter naturam eiuſmodi nullis creduntur erroribus vagæ, & infinitos numero greges ducunt, & ſimplex Aetheris dorſum alma & ſacrata amœnitatę lucis coronant. Septem verò Deorum illuſtres, totidem orbibus affixæ ſunt, & gradatim ſibimet ſuperlatæ, vt ſuperior inferiore ſit maior, ac viciſſim mutuis adhæſionibus nexæ, complexu illius Orbis, qui Inerrabilis dicitur, continentur. hic Phænonis globus, quem appellamus Saturnum poſt quem Phaëton ſecundus eſt, quem Iouem dicimus: & loco tertio Pyrocis quem multi Herculis, plures Martis ſtellam vocant. Hanc ſequitur Stilbon, cui quidam Apollinis, ceteri Mercurij nomen dederunt. Quintus Phoſphorus, Iunonia, imò Veneris ſtella cenſetur. Deinde Solis eſt orbis: & vltima omnium Luna, altitudinis æthereæ principia diſcriminans: quæ diuinas & immortales viuacitates ignium paſcens, ordinatis ac ſemper æqualibus inuectionibus ſoluitur atque reparatur. Poſt

eam verò pars eſt, quæ ſancti Aetheris finibus coercetur, cuius menſu appenſuq́; diſtincta eſt natura immutabilis regio, & mortalis, ac iam penè terrena: cuius primæ ſunt partes tenuiores & vaporatæ. quippe cum finitimis Aetheris attingantur ardoribus, quantum maximis parua, & quantum rapidis poſſunt pigriora contingi. Sed ex ea parte, qua curriculis finitimi inuritur Solis, eiaculari atque emicare flammæ quædam, oſtendere ſe oculis noſtris videntur, quas Græci Cometas, & Docidas, & Bothynos appellant, quasq́; labi & fluere frequenter videmus, lucere, faciliusq́; reſtingui. Exinde inferioris aeris qualitas turbidior infunditur, cui permixtus eſt glacialis rigor. ſed ſuperioris vicinia claritatis & propinqui caloris afflatu niteſcit, ac ſinceriore interdum luce veſtitur. Huius ſæpe mutabilis conuertitur ſpecies: cùm ſit natura variabilis. in nubes cogitur, & reciprocis flabris aperitur, & imbribus vehementibus rumpitur, niuibus etiam & glacie inhorreſcit, & præcipiti grandine deſuper verberatur. turbine, flatibus, typhonisq́; conflictu fit procelloſa: ſed telis fulminum, & miſſilium cæleſtium iaculis igneſcit. Aeri Terra coniungitur, eaq́; in ſe ſuſcipit maria, & frequentatur animantibus. Hæc ſiluarum viriditate veſtitur, & fontium perennitate recreatur. hæc fluminum frigidos lapſus, nunc erroribus terrenis vehit, modò profundo in mari confundit. eadem infinitis coloribus floret: altitudine montium, camporumq́; æqualitate, nemorum opacitate variatur: ſinuoſis inflexa littoribus, diſtincta inſulis, villulis vrbibusq́; collucens, quas ſapiens genus homo communibus vſibus fabricauit. Nec ſum neſcius, pleroſque huius operis auctores terrarum orbem ita diuiſiſſe: partem eius Inſulas eſſe, partem verò continentem vocari: neſcij omnes, hanc terrenam immenſitatem Atlantici maris ambitu coerceri, inſulámque hanc vnam eſſe cum inſulis ſuis omnibus. Nam ſimiles huic aliæ

& aliæ

& aliæ minores circumfundit Oceanus, quæ tamen meritò videntur ignotæ: cùm ne hanc quidem, cuius cultores ſumus, omnes peragrare poſſimus. Nam ſicut hæ inſulæ interfluuntur, quæ ſunt in noſtro mari: ita illæ vniuerſo ſalo fretis latioribus ambiuntur. Elementorum inter ſe mutuis nexus artis affinitatibus implicantur, & quinque coniuges copulæ his ordinatæ vicibus attinentur, vt adhæreant etiam grauioribus leuiora. Aquam in ſe habet Tellus: & Aqua, vt alij putant, vehit Terram: Aer ex Aqua gignitur, Ignis ex aeria denſitate conflatur: Aether viciſſim, Ignesq; illi immortalis Dei viuacitate flammantur. Huius diuini Ignis origine incenſi, per totius Mundi conuexa illuſtribus facibus igneſcunt ſuperna. Quapropter Dij ſuperas ſedes habent, infima ceterorum animantium terrena poſſident, & erumpunt ſcatent flumina, fontes & maria, quæ meatus & lacunas & origines habent in gremio terrarum. Ipſarum verò inſularum quæ ſunt in noſtro mari dignæ memoratu, Trinacria eſt, Eubœa, Cyprus atque Sardinia, Creta, Peloponneſſos, Lesbos. minores autem aliæ, vt nebulæ quidem, per apertas Ponti ſunt ſparſæ regiones: aliæ Cyclades dictæ, quæ frequentioribus maribus alluūtur. Maria maiora ſunt, Oceanus & Atlanticum, quibus Orbis noſtri terminantur anfractus. Sed Occiduarum partium mare per anguſtias oris artatum, in artiſſimos ſinus funditur: & rurſus à columnis Herculis refuſum, in immenſam latitudinem panditur, ſæpiusq; coeuntibus terris, veluti quibuſdam fretorum ceruicibus procedentibus, & idem rurſus cedentibus terris, eſt immenſum. Primùm igitur columnis nauigantibus dextros latus duob. finibus maximis cingitur. quorum primus duas Syrtes habet; alter imparibus quidem ſinuatur figuris, ſed in maxima diuiſus eſt maria: quorū vnum Gallicum dicitur, alterum Africum, quod quidem Ariſtoteles Sardinienſe maluit dicere: tertium, Adriaticum pelagus.

His iungitur Siculum, & poſt Creticum: & indiſcretis ſinibus Pamphylium, Syrium, Aegyptium. Sed ante Aegea Myrtoa ſunt maria. His ſanè vicinus eſt Pontus, ſinus ampliſſimus maris noſtri: cuius extremus receſſus in Mæotim ſeneſcit, & ex Helleſpõti fontibus concipitur, veſtibulumq; eius Propontis vocatur. Ab ortu Solis Oceanus eſt, Indicum & Perſicum mare conferens. hinc pateſcunt finitima Rubri maris: quæ per anguſtas longinquasq; fauces in Hyrcanium & Caſpium flectuntur: ſimul vtraque profundæ vaſtitatis eſſe maria creduntur. Deinde paulatim Scythicum & Hybernum fretum, & rurſum mare per quod Gallicum atque Gaditanas columnas circumuectus Oceanus, Orbis noſtri metas includit. Sed in altera parte Orbis iacent inſularum aggeres maximarum: Britanniæ duæ, Albion & Ierna, quas ſuprà diximus eſſe Maiores. Verùm hæ in Celtarũ finibus ſitæ ſunt. Minores verò vltra Indos, Taprobana, & Phebol. multæq; aliæ vrbes admodum ſparſæ hanc noſtram inſulam, id eſt, hunc Terrarum orbem, quam maximam diximus, ornamentis ſuis pingunt, & continuatione, vt quibuſdam ſertis, coronant. At enim huius Terræ quam nos colimus latitudo quadraginta, prolixitas ſeptuaginta millia ſtadiorum tenet. Sed in diuiſione terrarum Orbis, Aſiam & Europam, & cum his, ſicut plures, Africam accipimus. Europa ab Herculis columnis, vſque Ponticum & Hyrcanium mare, ac flumen Tanain fines habet: Aſia ab iiſdem anguſtiis Pontici maris, vſque ad alias anguſtias quæ inter Arabicum ſinum & interioris ambitum pelagi iacet, conſtringiturq; Oceani cingulo ſocietate noſtri maris. ſed alij alio modo; vt quidam ab exordio Tanais vſque ad ora Nili Aſiæ terminos metiantur. Africam verò ab Iſthmo Rubri maris, vel ab ipſis fontibus Nili oriri putant, eiusq; in Gaditanis locis fines eſſe. Sed ipſam Aegyptum plerique Aſiæ, plures Africæ adiungunt, vt inſularum ſitus

Sunt qu

Sunt qui eam finitimis locis comprehendunt: & ſunt qui in alia diuiſione eas habendas putant. De mari ſatis dictum. Terrenæ verò ita ſe habent exhalationes. quas duas Phyſici eſſe dicunt, tenues & frequentes, vixq́ue viſibiles ad ſuperiora minari, & gremio Telluris nebularum agmina halitu amnium fontiumq́ue conſtare, matutinis temporibus craßiora. Harum altera arida eſt, atque conſimilis quæ terrenis reluctationibus ſurgit: altera humida, & egelida, hanc effluentis ſuperioris vaporis natura ad ſe trahit. Et ex hac quidem Nebulæ, Rores, Pruinæ, Nubila, Imbres, Nix atque Grando generãtur: de illa ſuperiore, quam diximus ſiccam, Venti, Aquæ, Flammæ, Fulmina, atque aliæ ignitorum telorum gignuntur plurimæ ſpecies. Nebula conſtat aut ex ortu nubeculæ, aut ex eius reliquiis. eſt autẽ exhalatio vaporata, humore viduata, aere craßior, nube ſubtilior, cui Serenitas abolitionem infert. Nec aliud eſt Serenitas, quàm aer purgatus caligine, & perſpicuè ſincerus. Ros verò nocturnus humor eſt, quem Serenitas tenuiter ſpargit. Glaciem dicimus humorem, ſereno frigore concretum. Huic eſt Pruina conſimilis, ſi mollities Roris matutinis frigoribus incanuit. Ergo ſi aer actus in Nubem, nubilum denſet, & ea craßitudo aquarum fœtu grauidatur; Imber exprimitur: cùm inter ſe vrgentur nubium denſitates, totq́ue diuerſitatibus pluuiæ cadunt, quotmodis aer nubium conditionibus cogitur. raritas enim nubium ſtillicidia diſpergit: quæ concretæ vehementius, effundunt agmina largiora, & eas aquas quas Imbres vocamus. à quibus hoc differunt Nimbi, quòd Pluuia iugis eſt: Nimbus autem quanto repentinior eſt, tanto vehementior: & quanto improuiſior & præcipitatior eſt, tanto breuiore caſu reſtringitur. Niues autem colligi iactatione denſarum nubiũ conſtat. nam priuſquam in aquam defluant, fractæ ac diſciſſæ ſpumas agitationibus ſuis faciunt: & mox gelatus humor rigore

frigoris inhorreſcit. hæc victis nubibus crebrior ad terram venit. eam tempeſtatem nos Nigrorem vocamus. Grandinare verò tunc dicis, cùm aqua nubem lapidoſo pondere, & feſtinante perrumpit: eademq́; vi & ad pernicitatem incitat, & cedente aeris molli cura, præcipitatam indignatione vehementi humana verberat. Hæc ſatis erunt de iis, quæ vdis elementis, aquoſisq́; contingunt. Verùm aliæ ſunt paſſiones, qui cum impulſu frigidioris aeris Venti generantur. Nec enim aliud eſt, niſi multum & vehemens in vnum coacti aeris flumẽ. hunc Spiritum dicimus: licet Spiritus ille nominetur, qui animalia omnia extrinſecus vitalia tractus ſui vitali & fœcunda ope vegetat. Siccos etiam ſuperiores mundi flatus Ventos nominamus: Auras verò, humidos ſpiritus. Sed ventorum binæ ſunt ſpecies. Qui facti è Telluris habitu conſtant, Terrigenæ nuncupantur: at illi qui excutiuntur è ſinibus, Encolpiæ, de receſſu nominati. Conſimiles his haberi oportet eos, qui de fluminibus, lacubus, & ſtagnis. Qui ruptis nubibus per operta cæli manare adſolent, rurſumq́; in craſſam nubium ſpeciem conglobantur, vel cùm imber effuſus conciet flabra, quæ Exhydriæ Attica cum lingua vocitantur. Nunc nomina exequemur, regionesq́; ventorum. Euros Oriens, Boreas Septemtrio, Occidens Zephyros, Auſtros Medius dies mittit. Hos quatuor ventos alÿ plures interfluunt. nam quamuis Eurus ſit ventus Orientis, idem tamen Aparctias incipit nominari, cùm eum Oriens æſtibus emittit. Apeliotes autem vocatur, cùm meridianis ex montibus procreatur: Eurus eſt, quando hyemalis Ortus portis emittitur. Zephyrus verò, quem Romana lingua Fauonium nominat, cùm de æſtiuis occiduis partibus ſurgit, Iapygis nomine efferri ſolet. At ille qui prius eſt æquinoctiali plagæ Notus, & Aquilo, qui ſeptem ſtellarum regione generatur, & huic vicinus eſt Aparctias. Hunc propiores ad idem Diem medium Thraſcias & Argeſtes

ſunt,

ſunt, indidem flantes in omnibus. Auſtrorum illa eſt obſeruanda diuerſitas. namque cùm de abſcondito polo flatus adueniunt, Notus eſt: Euronotus, ille qui inter Notum atque Eurum medius effringit. ex altero latere Libonotus ex duobus vnum facit. Excurſores venti habentur, qui directo ſpiritu pro flabris reciprocis Cæcias putatur eſſe. Equidem hiemales habentur, vt Noti: Eteſiæ frequentiores ſunt æſtate anni: Septemtriones ac Zephyri tempeſtate veris: Ornithiæ verni appellantur Aquilonum genus ex aere prolati minori niſu, nec iugi perſeuerantia ſpiritus perferentes. Atenim procelloſus flatus Catægis dicitur, quem præfractum, poſſumus dicere. Ventus, qui de ſuperiore cæli parte ſummiſſus, inferiora repentinis impulſibus quatiat, Turbo dicitur, qui repentinis flabris proſilit, atque vniuerſa perturbat. Vortex ille eſt, vel, vti dicitur, Pinea, cùm torquetur humus arida, & ab infimo erigitur ad ſummum. Anaphyſemata Græci vocant eos ſpiritus, qui de fundo vel hiatibus terræ exploſi, ad ſuperna maris ſolent deuenire. Hi cùm maiore vi torti ſunt; fit procella, & à Græcis Preſter nomen accepit. Sed cùm tormentum illud ire pergit, denſasq; & tumidas nubes preſſe agit, coactasq; collidit; fit ſonitus, & intonat cælum: non ſecus ac ſi commotum ventis mare cum ingenti fragore vndas littoribus illidat. Fauorinus, non ignobilis Sapiens, hæc de Ventis refert. Quatuor Mundi plagas imparem numerũ habere Ventorum; eo quòd Ortus & Occaſus mutentur terna vice cum Solis acceſſu, Meridies & Arctos iiſdem ſemper regionibus ſunt notatæ. Ortus quippe accepimus, Aequinoctialẽ, Solſtitialem, Brumalem: quibus Occaſus redduntur eadem interuallorum ratione conuerſi. Eurus igitur æquinoctialis Orientis eſt, nec inuenuſtè nominis eius fictus eſt, quaſi ἀπὸ τῆς ἕω ῥέων. Idem ἀφηλιώτης à Græcis, Subſolanus à noſtris ſolet dici. Sed qui ab æſtiua & Solſtitialis orientis meta venit, βορέας Græcè,

Græcè, Latinè Aquilo nominatur. hinc αἰθρηγενέτην, quòd ſit aliàs ſerenus, Homerus ait: Boream verò ἀπὸ τῆς βοῆς, quòd non ſine clamore ſoleat intonare. Tertium ventum, qui ab Oriente hiberno venit, Græci εὐρόνοτον vocant. Item occidui ſunt, Caurus qui Græcè ἀργέστης vocatur, is eſt aduerſus Aquiloni: item Fauonius, Græcè ζέφυρος, Euro contrarius. Tertius Africus, id eſt λίψ, Vulturno reſlat. Meridies verò quoniam eadem ſemper regione ſignatur, vno Auſtro, id eſt νότῳ flatur: Septemtrio item vno, & is Se-
320 *ptemtrionis habet cognomentum: qui tamen Græca lingua ἀπαρκτίας dictus eſt. Horum nomina plerique commutant de loco vel ſimilitudine aliqua: vt Galli Circium, à turbine eius, & vertice: Apuli Iapygem, ex Iapyge ſinu, id eſt ex ipſo Gargano venientem. Hunc Caurum eſſe, manifeſtum eſt. nam & ex occiduo venit, & Virgilius eius ſic meminit:*

Illum inter cædes pallentem morte futura,
Fecerat ignipotens vndis & Iapyge ferri.

Eſt etiam Cæcias ventus, quem Ariſtoteles ad ſe trahere nubes ait. & eſt adagium de eo tale:

321 Κακ' ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκων ὡς ὁ Καικίας νέφος.

Sunt Eteſiæ, & Prodromi ſpirantes ex omni parte, eo tempore æſtatis quo Canis oritur. Cato autem in Originibus non Circiũ, ſed Cerciũ dicit. Is ventus Cercius, cùm loquare, buccam implet: armatũ hominem, plauſtrum oneratum percellit. Nunc de nubium præſtigiis referam. Quando illa perfracta nubecula patefecerit cælũ, igneſcunt penetrabiles ſpiritus, emicatq́ lux clara; hoc dicitur Coruſcare: & ordine quidẽ prius Tonare oportet, poſtea Coruſcare. Quippe vbi nubes adflictu ignem, vt ferro ſaxa attrita, inter ſe dant,
322 *obtutus velocius illuſtriora contingit: auditus dum ad aures venit, ſeriore ſenſu concipitur. ita & prius Coruſcare cælum creditur, & mox Tonare. tum quia ignes pernicitate ſui coruſcantes dicto citius noſtræ viſioni occurrunt; ſoni*

vero

verò verberati aeris ſerius indicio ſentitur. Flamma verò illa, quam nubium adſlictus excuſsit, ſi robuſtiore fuerit incendio; impetu deuehitur in terras, & Fulminis habet nomen, atque formidinem. Preſteras verò nominamus, cùm flammarum in illis minus fuerit. Sed ſi ignitum non fuerit fulmen, Typhon vocatur. Sceptos generale omnibus quæ de nubibus cadunt, nomen eſt. Atque vt breuiter comprehendam cuncta generis eiuſdem; eorum quæ eiuſmodi præſtigias noſtris inferunt oculis, alia ſunt quæ ſpeciem tantum ſpectaculi pariunt, alia quæ nihil ab eo quod oſtenderunt mentiuntur. Fallunt imaginem Iris & Arcus, & talia: verè videntur Cometæ, Fulgores, & ſimilia pleraque. Irin vulgo arcum eſſe aiunt, quando imago Solis vel Lunæ humidam & cauam nubem denſamq; ad inſtar ſpeculi colorat, & medietatem orbis eius ſecat. Rhabdos autem generis eiuſdem, ad virgæ rigorem, per longum colorata nubecula dicitur. Halyſis eſt catena quædam luminis clarioris, per Solis ambitum in ſe reuertens. Inter hanc, & Irida illud intereſt; quòd Iris multicolor eſt, & ſemicirculo figurata, procul à Sole atque Luna: Catena clarior eſt, aſtrúmque ambit orbe incolumi, corona non diſcolore. Selas autem Græci vocant, incenſi aeris lucem. Horum pleraque iaculari credas, alia labi, ſtare alia. Iaculatio igitur tunc fieri putatur, cùm meatu aeris impulſi generatus ignis, celeritatem ſui curſumq; rapidæ feſtinationis oſtendit. Statiua lux eſt, quam Sterigmon illi vocant, ſine curſu iugi, ſed prolixa lux, ſtellæq; fluor, igniumq; liquor. quicunque latius panditur, Cometes vocatur. Sed plerumque luces iſtæ repentinò ortæ, ſtatim occidunt: & item vt ſe oſtenderint, aliquãtiſper manent. Genera, quas Græci Faces, & Docidas, & Pithos, & Bothynos, ad eorum ſimilitudinem vnde dicta ſunt nominant, raro de Septemtrione vel Meridie videas: nihil horum quippe *** Sed non aquarum modò

Tellus

***loci vel temporis in naſcendo idem potuit contingere. De aëre tantum habuimus quod diceremus. Sed non &c.

Tellus in ſe fontes habet, verùm ſpiritu & igni fœcunda eſt. Nam quidam ſub terra occulti ſunt ſpiritus, & flames incendia indidem ſuſpirant: vt Lipara, vt Aetna, vt Veſuuius etiam noſter ſolet. Illi etiam ignes qui terræ ſecretariis continentur, prætereuntes aquas vaporant, & producunt. lõginquitate enim flammæ tepidiores aquas reddunt, vicinia feruentiores. oppoſito incendio aquæ vruntur: vt Phlegethontis amnis, quem poetæ ſciunt in fabulis Inferorum. At enim illos quis non admirandos ſpiritus arbitretur, cùm ex his animaduertat accidere, vt eorum religione lymphantes, alij ſine cibo potuq́; ſint, pars verò præſagiis effantes futura? quod in oraculis Delphicis, ceteriſq́; eſt. Vidi & ipſe apud Hieropolin Phrygiæ, non adeò ardui montis vicinum latus hiatu reſeratum, & tenuis neque editæ marginis ambitu circumdatum: ſeu illa, vt poetæ volunt, Ditis ſpiracula dicenda ſunt, ſeu mortiferos anhelitus eos credi prior ratio eſt. Proxima quæque animalia, & in aluum prona atque proiecta venenati ſpiritus contagione corripiunt, & vertice circumacta interimunt. Antiſtites denique ipſos ſemiuiuos eſſe, qui audeant propius accedere, ad ſuperna ſemper ſua ora tollentes, adeò illis cognita vis mali & inferiora aeris noxia craſſitate denſa eſt: inferiores quoque adire & percellere. Atque ſæpe accidit, vt ſtatim ſpiritus per terræ concauas partes errantes, continentem ſolida terrarum; ſæpius, vt ſpiritus, creſcente violentia, & inſinuante ſe Telluris anguſtiis, nec inuenientes exitum, terram mouerent. Horum motuum tam varia nomina, quàm diuerſi. Namque qui lateribus proxima quæque iactantes, & acutis angulis mobiles, Epiclintæ Græcè appellantur. Sed qui ſubſiliunt, excutientes onera. & recuperantes, Braſtæ vocantur. Illi qui abſtrudere videntur, quorum impulſu diſſilit tellus, Rhectæ nominari. His paſſionibus contingit, vt quædam terræ expirent halitus, aliæ vo-

mant

mant ſaxa, nonnullæ cauum. ſunt quæ fontes pariunt inſolentibus locis, peregrinorum fluminum ſulcantes vias. Iſti ſunt motus, quibus ſolum quatitur. Palmatiæ verò appellantur, quorum pauitatione illa quæ trepidant, ſine inclinationis periculo nutant, cum directi tamen rigoris ſtatum retineant. Micetias vocatur tetri odoris inquietudo terrena. audiuntur mugitus, interioribus gemitibus expreßis, cùm ſpiritus inualidus ad terram mouendam per aperta Telluris inuentis itineribus progreditur. His talibus marina ſunt paria, cum fluctuum concurrentium mole, nunc progreßibus litora, nunc recurſibus ſinus cæli quatiuntur. Sentitur etiam cæli mariſq; cognatio, cùm menſtruis curſibus Lunæ decrementa, & acceſſus fretorum atque æſtuum deprehenduntur. Verùm enimuero, vt quatenus poſſum de vniuerſitate quod ſentio, breuiter abſoluam: Elementorum inter ſe tanta diſcordia eſt, id eſt Aeris, Maris atque Terræ; vt admirari minus deceat, ſi illis eadem incommoda ſoleant, atque ſecunda contingere, particulatim quidem rebus ortus atque obitus afferentes, vniuerſitatem verò fine atque initio vindicantes. Et quibuſdam mirum videri ſolet, quòd, cum ex diuerſis atque inter ſe pugnantibus elementis Mundi natura conflata ſit, aridis atque fluxis, glacialibus & ignitis; tanto rerum diuortio nondum ſit eius mortalitas diſſoluta. Quibus illud ſimile ſatisfaciet, cum in vrbe ex diuerſis & contrariis corporata rerum inæqualium multitudo concordat. Sunt enim pariter diuites & egentes, aduleſcentum ætas permixta ſenioribus, ignaui cum fortioribus, peßimi cum optimis congregati. Aut profectò quod res eſt fateantur, hanc eſſe ciuilis rationis admirandam temperantiam, cum quidem de plurimis vna ſit facta, & ſimilis ſui tota, cum dißimilia membra ſint, receptrixq; ſit naturarum ad diuerſa tendentium, & Fortunarum per varios fines exituſq; pergentium; &, vt res eſt, contrario-

rum per

rum per ſe natura flectitur, & ex diſſonis fit vnus idemq́ue conſenſus. Sic mas & femina ſecum iunguntur, ac diuerſitas vtriuſque ſexus ex diſsimilibus ſimile animal facit: Arteſq́ue ipſæ naturam imitantes, ex imparibus paria faciunt. Pictura ex diſcordibus pigmentorum coloribus, atris, albis, luteis & puniceis, confuſione modica temperatis, imagines his quæ imitatur ſimiles facit. Ipſaq́ue Muſica, quæ de longis & breuibus, acutis & grauioribus ſonis conſtat, tam diuerſis & diſſonis vocibus harmoniam conſonam reddit. Grammaticorum artes vnde quæſo? cum ex diuerſis collectæ ſint literis, ex quibus aliæ ſint inſonæ, ſemiſonantes aliæ, pars ſonantes; tamen mutuis ſe auxiliis adiuuantes, ſyllabas pariunt, & de ſyllabis voces. Hoc Heraclitus ſententiarum nobilis auctor ad hunc modum eſt proſecutus: Συνάψειας ὅλα, καὶ οὐχὶ ὅλα συμφερόμενον, καὶ διαφερόμενον, συνᾷδον καὶ διᾷδον. καὶ ἐκ πάντων ἓν, καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα. Sic totius Mundi ſua inſtantia, initiorũ inter ſe impares conuentus, pari, non diſcordante conſenſu, Natura veluti Muſicam, temperauit. Namque liquidis arida, & glacialibus flammida, velocibus pigra, directis obliqua confudit; vnumq́ue ex omnibus, & ex vno omnia, iuxta Heraclitum, conſtituit: terramq́ue mare atque cælum Solis orbe, & Lunæ globo, ceteriſq́ue orientium & conditorum ſiderum facibus ornauit; vna illa parte mixta, quam quidem cunctis conſtat implicatam, dum confuſa, dum libera elementorum ſubſtantia, ignis, aquæ, aeris, terræ. ex quibus huius ſphæræ conuexa, & diſparibus qualitatibus naturæ cõflata adacta eſt fateri concordia, & ex ea ſalutem operi machinata. Principiorum igitur conſenſus ſibi concordiam peperit: perſeuerantiam verò amicitiæ inter ſe elementis dedit ſpecierum ipſarum æqua partitio, dum in nullo alia ab alia vincitur, modo vel poteſtate æqualis. quippe omnium diuerſitas, grauiſsimorum, leuiſsimorum, feruentium, frigidorum, decentis

cente ratione Naturæ, diuerſis licet rebus, æqualitatem deferre, concordiã, omnia parentis Mundi amœnitatem æternitatemq́ reperiſſe. Quid enim Mundo præſtantius? Lauda quam putes ſpeciem; portio à te laudabitur Mundi: admirare quam voles temperantiam, ordinationem, figuram; hic & per hunc illud quodcunque eſt, inuenietur eſſe laudandum. Nam quid, oro te, ornatum atque ordinatum videri poteſt, quod non ab ipſius exemplo imitatura ſit ratio? vnde κόσμος Græcè nomen accepit. Euntibus Sole atque Luna, ceteraq́ luce ſidera per eaſdem vias, cuſtoditis temporum vicibus, nec vllius erroris interiectione confuſis, digeruntur tempora, & rurſus incipiunt. At quàm pulcrè & fœcundè Horæ procreãtur; nunc æſtiuos vapores reuoluentes, nunc pruinas hyemis circumferentes. dierum etiam noctiumq́ curriculis ordiuntur menſes, texunt annos; anni ſeriem cõficiunt ſeculorum. Et quidem hic Mundus magnitudine immenſus, curſibus rapidus, ſplendore perlucidus, valenti habitudine, pubertate iuuenili. Hic animalium natantium atque terreſtrium, pennigerorum, cunctorumq́ diſtinxit genera: in ſpecies ſeperauit, fixitq́ leges viuendi atque moriendi. Ex hoc animantia vitalis ſpiritus ducunt. illis ſtatutis curſibus temporum euentus, qui admirationi eſſe ſolent, cum vel inter ſe ventorum prælia cientur, vel diſtectis nubibus fulmina, cælum & tempeſtates inter ſe ſerenæ, hibernæq́ confligunt, micant ignes, inde rumpuntur: & rurſus, placatis omnibus, amœna lætitia mundi reſeratur. Videas & viridantibus comis cæſariatam eſſe terram, & ſcatebris fontiũ manantem, & aquarum agmina concipientem, parientem atque educantem, nec occaſibus fatigari, nec ſeculis debilitari excuſſam, erumpentibus ſemper tam pigris quàm mouentibus fœtibus, aquarum ſæpe alluuionibus merſam, flammarum per partes voracitate conſumptam. quæ tamen illi cum regionaliter

videantur eſſe peſtifera; ad omnem ſalutaria ſunt, & ad 341 redintegrationem eius valent. & cum mouetur, profectò ſpirat illos ſpiritus: quibus clauſis, & effugia quærentibus, mouebatur. Imbribus etiam madefacta, non ſolum ad educandos fœtus ſuos opimatur, verùm etiam peſtifera contagione proluitur. Flabris autem ſpirantium aurarum grauiores, & minus puri aeris ſpiritus differuntur, atque purgantur. Tepores frigus glaciale mitificant, & brumalis auſteritas terreſtrium viſcerum venas remittit: & pars gignentium, alia adoleſcentium, cetera occidentium vices ſuſtinent: & ſors naſcentium, obitorum loco pullulat; & occidentium numerus, naſcentibus locum pandit. Reſtat, quod caput eſt ſermonis huius, vt ſuper Mundi rectore verba faciamus. Indigens quippe videbitur oratio de Mundo 342 diſputantibus: vt etſi minus curioſe, at quomodo poſſumus, diſſeramus. De rectore quippe omnium non, vt ait ille, ſilere melius eſt: ſed vel parum dicere. Vetus opinio eſt, atque in cogitationes omnium hominum penitus incidit, Deum eſſe: originis non habere auctorem: Deumq́ eſſe ſalutem & perſeuerantiam earum, quas effecerit, rerum. Neque vlla res eſt tam præſtantibus viribus, quæ viduata Dei au-343 xilio, ſui natura contenta ſit. Hanc opinionem vates ſecuti, profiteri auſi ſunt, omnia Ioue plena: cuius præſentiam non iam cogitatio ſola, ſed oculi, & aures, & ſenſibilis ſubſtantia comprehendit. ad hæc compoſita eſt poteſtati Dei conueniens oratio. Soſpitator quidem ille genitor eſt omnium, qui ad complendum Mundum nati, factiq́ ſunt: non tamen, vt corporei laboris officio orbem iſtum manibus ſuis inſtruxerit; ſed qui quadam infatigabili prouidentia, & procul poſita, cuncta contingat, & maximis interuallis diſiuncta complectatur. nec ambigitur, eum præſtantem atque ſublimem ſedem tenere, & poetarū laudibus nomen eius conſulum ac regum nuncupationibus prædicari, & in

arduis

arduis arcibus ſolium conſecratum. Deniq; propiores quoſque de poteſtate eius amplius trahere. corpora cæleſtia illa quanto finitima ſunt ei, tanto amplius de Deo capere: multoq; minus quæ ab illis ſunt ſecunda, & ad hæc vſque terrena, pro interuallorum modo, indulgentiam Dei ad nos vſque beneficiaq; peruenire. Sed cùm credamus Deum per omnia permeare, & ad nos, & vltra poteſtatem ſui nominis tendere; quantum abeſt, vel imminet, tantum exiſtimandum eſt eum amplius minúſue rebus vtilitatis dare. Quam rem rectius eſt atque honeſtius ſic arbitrari ſummam illam poteſtatem, ſacratam cæli penetralibus, & illis qui longiſſimè ſeperantur, * eſt proximis * vna & eadem ratione per ſe & per alios opem ſalutis afferre; neque penetrantem atque adeuntem ſpecialiter ſingula, nec indecorè attrectantem cominus cuncta. Talis quippe humilitas deiecti eſt, & minus ſublimis officij, nec cum homine quidem conuenit, qui ſit paululū conſcientiæ celſioris. Militiæ principes & curiæ proceres, & vrbium ac domorum rectores, dico numquam commiſſuros eſſe, vt id ſuis manibus factum velint, quod ſit curæ leuioris. Nihil enim poſſint æquius facere dominorum imperia, miniſteria ſeruulorum. Exemplū quale ſit iſtud, intellige. Cambyſes, & Xerxes, & Darius, potentiſſimi reges fuerunt. horum præpotentia, quam ex opibus collegerant, lenocinium vitæ effecerat celſioris: cùm eorum alter apud Suſam & Ecbatanas, vt in fano quodam ſacratus, nulli temerè notitiam oris ſui panderet: ſed circumſeptus admirabili regia. cuius tecta fulgerent, eboris niue, argenti luce, flammis ex auro vel electri claritate. lumina verò alia præ aliis erant. Interiores fores, exteriores ianuæ imminebant, portæq; ferratæ, & muri adamantina firmitate. Ante fores viri fortes, ſtipatoreſq; regalium laterum, tutela peruigili, cuſtodiam per vices ſortium ſuſtinebant. Erant inter eos diuiſa officia. in comitatu regio

armigeri quidam, at extrinſecus ſinguli cuſtodes locorum erant, & ianitores, & atrienſes. Sed inter eos Aures regiæ, & Imperatoris oculi quidam homines vocabantur. Per quæ officiorum genera rex ille ab hominibus Deus eſſe credebatur: cum omnia quæcunque ibi gererentur, ille Otacuſtarũ delatione diſcebat. Diſpenſatores pecuniæ, quæſtores vectigalium, tribunos ærarios habebat. Alios & alios præfecerat ceteris vrbibus. alij venatibus agendis prouinciam nacti; pars domibus & muneribus præfecti putabantur: & ceteri perpetuis magniſq; curis, obſeruatione ſingularum rerum appoſiti erant. Sed omne Atticum regnum ab occidente Helleſpontus terminabat, ab ortu gens inchoabat Indorum. Duces ac ſatrapæ vbique diſpoſiti, & permixta locis omnibus mancipia regalia. Ex eo numero erant & curſores diurni, atque nocturni exploratores, & nuntij ſpecularum incenſores aſsidui. Tum horum per vices incenſæ faces ex omnibus regni ſublimibus locis in vno die Imperatori ſignificabant, quod erat ſcito opus. Igitur regnum illud ita componi oportet cum Mundi aula, vt inter ſe comparentur ſummus atque exuperantiſsimus Diuûm, & homo ignauus & peſsimus. Quod ſi cui viro, vel cuilibet regi indecorum eſt per ſemetipſum procurare omnia, & perſpicere; multo magis Deo inconueniens erit. Quare ſic putandum eſt, eum maximè maieſtatem retinere, ſi ipſe in alto reſideat loco: eas autem poteſtates per omnes Mundi partes Orbiſq; diſpenſet, quæ ſint penes Solem ac Lunam, cunctumq; cælum. Horum enim cura ſalutem terrenorum omnium gubernat. Nec multis ei opus eſt, nec parum hominum conſeruatione: quibus, propter ignauiam, appoſitum eſt pluribus indigere. An non eiuſmodi compendio machinatores fabricarum, aſtutia vnius conuerſionis multa & varia pariter adminiſtrant, etiam illi, qui in ligneis hominum figuris geſtus mouent? quando filum membri

quod

quod agitari ſolet traxerint: torquebitur ceruix; nutabit caput; oculi vibrabunt; manus ad miniſteriũ præſtò erunt: nec inuenuſtè totus videbitur viuere. Haud ſecus etiam cæleſtis poteſtas, cum initium ſcientiæ & ſalutifera opera mouerit; ab vno ad ſecundum, & deinceps ad tertium, & vſque ad ſupremum, attactu continuo vim ſuæ maieſtatis inſinuat: aliud alio commouetur, motuſq; vnus alteri mouendi ſe originem tradit. Mundo equidem conſentiunt, non vna, ſed diuerſa via, & plerumq. cõtraria. Sed prima remiſsiore admodum data, ſimplicique inchoato principio, impulſibus mutuis, vt ſuprà dictum eſt, mouentur quidem omnia: ſed ita, vt ſi quis ſphæram aut quadratum, & cylindrum, & alias figuras in procliue ſimul iaciat, deferentur quidem omnia, ſed non eodem genere mouebuntur. Nec illud diſsimile exemplum videri oportet, ſi quis pariter patefacto gremio, animalium multitudinem ſimul abire patiatur, volucrum, natatilium, atque terreſtrium. enimuero ad ſuum locum quæque, duce Natura, properabunt: pars aquam repetentes; illa inter agros legibus & inſtitutis ſuis naturali lege aggregabuntur; ibunt per aeris vias præpetes quibus hæc Natura largita eſt, atque vno ſinu abeundi facultas conceſſa omnibus fuerit. ſic natura Mundi eſt conſtituta. Nam cum omne cælum ſimplici circumactu voluatur, nocte diéque diſtinctum, diuerſis menſurarum æqualitatibus ſeperatum, quamuis vna ſphæra omnia concluſerit; incrementis tamen globi ſui, deciſioneq; luminis menſtrua tempora Luna ſignificat, & cæli ſpatium Sol annua reuerſione colluſtrat, eiuſq; comites amœnus Lucifer, & communis Cyllenius ſtella. etenim prioribus Mauortium ſidus circuli ſui in biennio conficit ſpatia: Iouis clarum fulgenſq;, ſexies eadem multiplicatis curſibus ſuis tempora, quæ Saturnus ſublimior triginta ſpatiis annorum circumerrat. Verùm inter hæc vna Mundi conuerſio, vnuſq; re-

uerſionis eſt orbis, & vnus concentus, atque vnus ſtellarum
chorus: ex diuerſis occaſibus ortibusq́ hoc ornamento, &
vt monile rectißime κόσμος Græca lingua ſignificat. At
enim vt in choreis, cùm dux carminis hymno præcinit; con-
cinentium vulgus virorum & fœminarum mixtis grauibus
& acutis clamoribus vnam harmoniam reſonant: ſic diui-
na mens mundanas varietates, ad inſtar vnius concentio-
nis, reuelat. Nam cùm cælum confixum vaporatis & ra-
diantibus ſtellis, inerranti curſu feratur, & reciprocis viri-
bus aſtra conſurgant: Sol quidem contuens ortu ſuo
356 diem pandit, occaſu noctem reducit: conditurq́ vel relatus
per plagas mundi, quatuor temporum vices mutat. hinc
tempeſtiui imbres & ſpiritus, aut infœcundi. hinc alimenta
nobis ſuppetunt earũ rerum, quas accidere Deus his Mundi
357 partibus voluit. His oppoſiti ſunt torrentium curſus, &
humores vndarum, emicationesq́ ſyluarum, frugalis ma-
turitas, fœtus animalium, educationes atque obitus ſingu-
lorum. Cùm igitur Rex omnium & pater, quem tantum-
modo mentis oculis noſtræ cogitationes vident, machinam
omnem iugiter per circuitum ſuis legibus terminatam, cla-
ram ſideribus & relucentem, ſpeciesq́ innumeras mul-
propalàm ſæpe confectas ab vno, vt ſuprà dixi, principio,
agitari iubet; ſimile iſtud eſſe bellicis rebus hinc liceat arbi-
trari. nam cùm tuba bellicum cecinit; milites clangore ac-
cenſi, alius accingitur gladio; alius clypeum capit; ille loricam
ſe induit; hic galea caput, ille crura ocreis inuoluit: ille
358 equum temperat frenis, & loris iugales ad concordiam co-
92 pulat. & protinus vnuſquiſq́ competens capeßit officium.
velites excutione adornant ordines, principes curant,
equites ordinibus præſunt. ceteri negotia quæ nacti ſunt,
agitant: cum interea vnius ducis imperio cunctus exerci-
tus paret, quem rex præfecerit: penes quem eſt ſummam re-
rum. Non aliter diuinarum & humanarum rerum ſtatus
regitur,

regitur, quando vno moderamine contenta omnia, penſum ſui operis agnoſcunt; curáque omnibus occulta, vis nullis oculis obuia, niſi quibus mens ſuæ lucis aciem intendit. Nec tamen hoc vel illi ad moliendum, vel nobis ad intelligendum obeſt. De inferiore licet imagine capiamus exempla. Anima in homine non videtur: & tamen fateantur omnes neceſſe eſt, huius opera omnia, quæ per hominem præclara ſunt, prouenire: neq. Animæ ipſius qualitatē ac figurā oculis occurrere, ſed momentis ab ea geſtorum intelligi qualis & quanta ſit. Omne quippe humanæ vitæ præſidium ingenio eius eſt paratum: cultus agrorum, vſuſq; frugum, artificum ſolertia, prouentus artium, commoditas vitæ humanæ. Quid de legibus dicam? quæ ad manſuefaciendos homines inuentæ ſunt? quid de ciuilibus inſtitutis ac moribus, qui nunc populorum non otioſis conuentibus frequentantur, aſperitate bellorum & pacata mitigantur quiete? Niſi forte iniuſtus rerum æſtimator poteſt eſſe, qui hæc eadem de Deo neget, quem videat eſſe viribus exuperantiſſimum, auguſtiſsima ſpecie, immortalis æui genitorem, virtutum ipſam virtutem. Vnde nihil mirum eſt, ſi mortales oculi non capiunt aſpectum eius, quando diuinorum operum veſtigiis ſit perſpicuus atque manifeſtus. Ceterùm ea quæ vel cælo accidere oculis aduertimus, vt Aerem fieri ex Aqua, Dei etiam illa credenda ſunt, cuius tutela Mundi huius & cura eſt. de quo Empedocles prudenter his verbis ſenſit:

Πάνθ᾽ ὅσατ᾽ ἦν, ὅσατ᾽ ἐστὶν, ἰδ᾽ ὅσσα τὲ ἔσται ὀπίσσω
Δένδρεά τ᾽ ἐβλάστησε καὶ ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες
Θῆρές τ᾽ οἰωνοί τε καὶ ὑδατοτρέμμονες ἰχθῦς.

Phidiam illum, quoniam fictorem probum fuiſſe tradit memoria, vidi ipſe in clypeo Mineruæ, quæ arcibus Athenienſibus præſidet, oris ſimilitudinem colligaſſe, ita; vt ſiquis olim artificum voluiſſet exinde imaginem ſeperare, ſoluta com-

page, ſimulac totius incolumitas interiret. Ad hoc iſtius Mundi ſalutem tuetur Deus, apta & reuincta ſui numinis poteſtate. Huius locum quærimus; qui neque infimus eſt, & terræ contagionibus, neque tamen medius in aere turbido, verum in mundano faſtigio, quem græci τὸν οὐρανὸν *id eſt cælum rectè vocant; vt qui ſit altitudinis ſinus, & ijdem ea ratione eum nominant, quem ab omni fuſcitate ac perturbatione vident liberum. Neque enim caliginem nubium recipit, vel pruinas & niues ſuſtinet: nec pulſatur ventis, nec imbribus caditur. Hæc enim de Olympo, qui eſt celſitudinis ſummæ, poëta his verbis cecinit:*

Οὐλυμπόνδ᾽ ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
Ἔμμεναι, οὔτε ἀνέμοισι τινάσσεται, οὔτε ποτ᾽ ὄμβρῳ
Δεύεται, οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται, ἀλλὰ μάλ᾽ αἴθρη
Πέπταται ἀνέφελος, λευκὴ δ᾽ ἀναδέδρομεν αἴγλη.

Hanc opinionem communis mos, & hominum obſeruationes ſecutæ, affirmant ſuperiora eſſe Deo tradita. Namque habitus orantium ſic eſt, vt manibus extenſis in cælum precemur. Romanus etiam poeta ſic ſenſit:

Aſpice hoc ſublimen candens, quem inuocant omnes Iouem.

Vndè illa quæ videntur, ſuntq; omnibus præſtantiora, eiſdem ſublimitates regionũ tenent, Aſtra cæleſtia, & Mundi lumina. ac meritò licet illis ordine perpetuo frui, nec diuerſis ea in ſpatiis temporibusue obſeruantiſſimam legem ſuorum aliquando itinerum metiuntur. Terrena omnia mutationes & conuerſiones, poſtremò interitus habent. Namq; immodicis tremoribus terrarum diſſiluiſſe humum, & interceptas vrbes cum populis, ſæpe cognouimus. Audiuimus etiam abruptis imbribus prolutas eſſe totas regiones: illas enim, quæ prius fuerint continentes, hoſpitibus atque aduenis fluctibus inſulatas: alias deſidia maris, pedeſtri acceſſu peruias factas. Quid? qui ventis & procellis ciuitates

emiſſa

euerſas eſſe meminerunt? quid? cum incendia de nubibus emicarunt, cum Orientis regiones Phaëthontis ruina, vt quidam putant, conflagratæ perierunt? In Occidentis plagis ſcaturigines quædam ac proluuiones eaſdem ſtrages dederunt. Sic ex Aetnæ verticibus quondã effuſis crateribus, per decliuia, incendio diuino, torrentis vice, flammarum flumina cucurrerunt. in quo periculi vertice egregium pietatis meritum fuiſſe cognouimus. Namque eos qui principio fragoris territi, ſenſum tamen clementiæ miſericordiæq; retinebant, & grandæuos parentes ereptos volucri clade ſuis ceruicibus ſuſtinebant: illa flammarum fluenta diuino ſeperata diſsidio, quaſi duo flumina ex vno ſonte manantia, locum illum ambire maluerunt obſidione innocenti. Inerant boni baiuli, religioſis ſarcinis occupati. Poſtremò quod eſt in triremi gubernator, in curru rector, præcentor in choris, dux in vrbe, dux in exercitu: hoc eſt in Mundo Deus: niſi quòd ceteris ærumnoſum, & multiplex, & curarum innumerabilium videtur eſſe hoc ipſum, alicuius officij principem fieri. Deo verò nec triſtis, nec oneroſa eſt imperij ſui cura. Namq; nobis circumfert & regit cunctas formas natura, quas diuerſis regionibus commouens: vt eſt lex ciuitatis ſemel promulgata, perpetuis obſeruationum rationibus fixa, ipſa quidem immutabilis, ac eius arbitrio parentum mentes agitantur, nutuq; eius & dominatione flectuntur: & ſcitis eius magiſtratus tribunalia, principia milites frequentabunt, recuperatores iudiciis præſidebunt: decuriones, & quibus eſt ius dicendæ ſententiæ, ad conſenſum publicum commeabunt: & alius ad Minutiam frumentatum venit: & aliis in iudiciis dies dicitur. reus ita purgandi ſe neceſsitate, vt ſectandi ſtudio accuſatur. Venit ille moriturus, ad ſupplicij locum ducitur: hic ad conuiuij repotia & verſpertinus comiſſator aduentat. Sunt & publicarum epularum apparatus, & lectiſternia Deorum, & dies feſti,

ludi ſcenici, ludiq́ʒ Circenſes. Dis ſacrificatur, Genius miniſtratur: alius libatione profunditur, aliusq́ʒ alio fungitur munere: parentq́ʒ omnes iuſſis legum & communis imperij. Videasq́ʒ illam ciuitatem pariter ſpirantem Panchæis odoribus, & gratè olentibus canis, & reſonantem hymnis, & carminibus & canticis: eamdem etiam lamentis & ploratibus eiulantem. Et ad hunc modum res agi in Mundo æſtimemus. Lex illa, vel gens, ad æquitatis tenorem reducenda ſit, nulla indigens correctione mutabili. Quippe ſic in Mundi vniuerſitas regitur, dum ſpeculatur ad omnia rectitudo eius, atque immutabiliter incumbit, ſpargiturq́ʒ vis illa ſeminibus incluſa per naturas omnium, ſpeciesq́ʒ & genera digeſta: ſic faciles vitium lapſus, & palmarum ardua, perſicorum robur, lenitas mali gignitur: ſic & quæ Infelicia propter infœcunditatem vocamus, tamen vtilia ſunt alio pacto: Platani, vt ait poeta, vmbras potantibus miniſtrantes, acuta pinus, raſiles buxi, odora laurus, cupreſſorum odoratius lignum. Tandem omnium animalium agreſtium & cicurum, pinnatarum & pedeſtrium, aquatilium natura gignitur, nutritur, abſumitur, parens cæleſtibus inſtitutis. πᾶν γὰρ ἑρπετὸν τὴν γῆν νέμεται, vt Heraclitus ait. Et cum ſit vnus, pluribus nominibus cietur, propter ſpecierũ multitudinem, quarum diuerſitate fit multiformis. & à iuuandis ſuis Iupiter dicitur: quem Ζῆνα Græci, quòd vitæ noſtræ auctor ſit, rectiſſimè appellant. Fulgurator, & Tonitrualis, & Fulminator, & iam Imbricitor, & item dicitur Serenator. & plures eum Frugiferum vocant, multi Vrbis cuſtodem, alij Hoſpitalem, Amicalemq́ʒ: & omnium officiorum nominibus appellantes. & multo plura eiuſmodi apud aruſpices & Romanos veteres inuenies. Orpheus verò hanc eſſari poteſtatem volens, his de eo verbis canit:

Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕστατος ἀρχικέραυνος.

Ζεὺς

Saturnium etiam illi Κρόνιον quasi Χρόνιον, id est quemdam incaeptum ab origine sin- terminum ad finem appellant.

Ζεὺς κεφαλὴ, ζεὺς μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται.
Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος.
Ζεὺς ἄρσην γένετο, ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο νύμφη.
Ζεὺς πνοιὴ πάντων. ζεὺς ἀκαμάτου πυρὸς ὁρμή.
Ζεὺς πόντου ῥίζα. ζεὺς ἥλιος, ἠδὲ σελήνη.
Ζεὺς βασιλεύς. ζεὺς ἀρχὸς ἁπάντων, ἀρχικέραυνος.
Πάντας γὰρ κρύψας αὖθις φάος ἐς πολυγηθὲς,
Ἐξ ἱερῆς κραδίης ἀνενέγκατο μέρμερα ῥέζων.
Iuppiter omnipotens eſt primus, & vltimus idem.
Iuppiter eſt caput, & medium. Iouis omnia munus.
Iuppiter eſt fundamen humi, ac ſtellantis Olympi.
Iuppiter & mas eſt, & neſcia femina mortis.
Spiritus eſt cunctis, validi vis Iupiter ignis.
Et pelagi radix, Sol Luna eſt Iuppiter ipſe.
Omnipotens rex eſt, rei omnis Iuppiter ortus.
Nam ſimul occuluit, rurſum extulit omnia leto,
Corde ſuo è ſacro, conſultor lumine, rebus.

Fatum autem, quod Græci εἱμαρμένην, tractu quodam inuicem cauſarum ſe continentium, volunt dici decrètum. idem πεπρωμένην dicunt, quòd omnia in hoc ſtatu rerum definita ſint, nec ſit in hoc Mundo aliquid interminatum. idem Fatum μοῖραν vocant, quòd ex partibus conſtet. hinc νέμεσιν, quòd vnicuiq. attributio ſua ſit adſcripta, ac pacti eadem rerum ineffugibilis neceßitas vltionis. Sed tria Fata ſunt, numerus cum ratione temporis faciens, ſi poteſtatem earum ad eiuſdem ſimilitudinem temporis referas. Nam quod in fuſo perfectum eſt, præteriti temporis habet ſpeciem: et quod torquetur in digitis, momenti præſentis indicat ſpatia: & quod nondum colo tractũ eſt, ſubactumq́ cura digitorum, id futuri & conſequentis ſeculi poſteriora videtur oſtendere. Hæc illis conditio ex nominum eorumdem proprietate contingit. vt ſit Atropos præteriti tem-

poris

poris fatum : Lacheſis à fine cognominata , quod etiam il-lis quæ futura ſunt , finem ſuum Deus dederit : Clotho præſentis temporis habet curam , vt ipſis actionibus ſu-deat , ne cura ſolers rebus omnibus deſit . Deum verò ve per omnes terras , non fruſtra arbitrabitur , qui audie Platonis hæc verba : Deus namque , inquit , ſicut & vet continet ratio , principia, fines , & media rerum omnium penetrat, atq. illuſtrando curſu volucri ſuperfertur. Eun-dem Deum Vltrix neceſsitas ſemper & vbique comitatur, eorum qui à ſacra lege diſceſſerint, Vindex futura . quam faciet ille mitificam , qui ſtatim à tenero & ipſis incuna-bulis intellexit , & extimuit , eíque ſe totum dedit atque permiſit.

L. APV-

L. APVLEII
ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ
SIVE
DE SYLLOGISMO CATEGORICO LIBER.

STVDIVM *Sapientiæ, quod Philoſophiam vocamus, pleriſque videtur tres ſpecies ſeu partes habere: Naturalem, Moralem, & de qua nunc dicere propoſui, Rationalem, qua continetur ars diſſerendi. Sed cum diſſeramus Oratione, cuius variæ ſpecies ſunt, vt Imperandi, vel Narrandi, Mandandi, Succenſendi, Optandi, Fouendi, Iraſcendi, Odiendi, Inuidendi, Fauendi, Miſerandi, Admirandi, Contemnendi, Obiurgandi, Pœnitendi, Deplorandi; tum Voluptatem afferendi, tum Metum incutiendi: in quibus oratorũ excellentia eſt, lata anguſtè, anguſta latè, vulgata decenter, noua vſitatè, vſitata nouè * * extenuare magna, maxima minimis poſſe efficere, aliaq́; id genus plurima: eſt vna inter has ad propoſitum potiſſima, quæ Pronuntiabilis appellatur, abſolutam ſententiam comprehendens, ſola ex omnibus veritati aut falſitati obnoxia. quam vocat Sergius Effatum, Varro Proloquium, Cicero Enuntiatum; Græci Protaſin, tum Axioma. Ego verbum è verbo, tum Protentionem, tum Rogamentum. familiarius tamen dicetur Propoſitio. Propoſitionum igitur, perinde vt ipſarum Concluſionum, duæ ſpecies ſunt. altera Prædicatiua, quæ etiam ſimplex eſt; vt ſi dicamus,* Qui regnat, beatus eſt: *altera Subſtitutiua vel Conditionalis, quæ etiam compoſita eſt; vt,* Aiax, qui regnat, ſi ſapit, beatus eſt. *Subſti-*

tuis enim

tuis enim Conditionem, qua, niſi ſapiens eſt, non ſit beatus. Nos nunc de Prædicatiua dicemus, quæ natura prior eſt, ac velut elementum Subſtitutiuæ. Sunt & aliæ differentiæ, Quantitatis & Qualitatis. Qualitatis quidem, quòd aliæ Vniuerſales ſunt; vt, Omne ſpirans viuit: aliæ Particulares; vt, Quædam animalia non ſpirant: aliæ Indefinitæ; vt, Animal ſpirat. non enim definit vtrum omne, an aliquod. ſed tamen pro Particulari ſemper valet: quia tutius eſt id ex incerto accipere quod minus eſt. Qualitatis autem, quòd aliæ Dedicatiuæ ſunt, quòd dedicant aliquid de quopiam: vt, Virtus bonum eſt. dedicat enim virtuti ineſſe bonitatem. aliæ Abdicatiuæ, quæ abdicant aliquid de quopiam: vt, Voluptas non eſt bonum. abdicat enim voluptati ineſſe bonitatem. At Stoici hanc quoque Dedicatiuam putant, cùm inquiunt, Euenit cuidam voluptati bonum non eſſe. ergo dicit quid euenerit ei; id eſt, quid ſit. Idcirco Dedicatiua, inquiunt, eſt, quia & in quo negauit eſſe, dedicat id quod non videt eſſe. Solum autem Abdicatiuum vocant, cui negatiua particula præponitur. Verùm hi quidem cùm in aliis, tum in hac re vincuntur; ſi qui ita rogauerit: Quod nullam ſubſtantiam habet, non eſt. cogentur enim ſecundum quod dicunt, confiteri eſſe quod non eſt, quod nullam ſubſtantiam habet. Ceterùm eſt Propoſitio, vt ait in Theæteto Plato, duabus pauciſſimis orationis partibus conſtans, Nomine & Verbo: vt, Apuleius diſſerit. quod aut verum aut falſum eſt: & ideo Propoſitio eſt. Vnde quidam rati ſunt has duas ſolas Orationis partes eſſe, quod ex iis ſolis fieri poſſit perfecta Oratio: id eſt, quòd abunde ſententiam comprehendant. Aduerbia autem, & Pronomina, & Participia, & Coniunctio, & id genus cetera quæ Grammatici numerant, non magis partes Orationes eſſe, quàm nauium Apluſtria, &

hominum

hominum Pilos, aut certe in vniuerſa compage Orationis vice clauorum, & picis, & glutinis deputanda. Porrò ex duabus prædictis partibus altera Subiectiua nominatur, velut ſubdita; vt, Apuleius: *altera Declaratiua; vt,* Diſſerit, *vel,* Non diſſerit. *declarat enim quid faciat Apuleius. Licet autem, eadem vi manēte, vtramuis partem in plura verba protendere. vt, ſi pro* Apuleio *dicas,* Philoſophum Platonicum Madaurenſem: *item pro* Diſſerendo, *dicas eum,* Vti oratione. *Plerumque autem ſubiectiua minor eſt, Declaratiua maior: & non hanc modò, ſed alias quoque Subiectiuas comprehendens. Non enim ſolus Apuleius diſſerit, ſed etiam alij plurimi, qui ſub eadem Declaratione poſſunt contineri. niſi fortè Proprium cuiuſpiam de eo declararetur: vt ſi dicas,* Qui equus, hinnibile eſt. *at Proprium eſt equi, Hinnire. Et idcirco in his Propriis par eſt Declaratiua, par Subdita; ac non, vt in ceteris, maior: quippe cùm eadem poſſit, mutata vice, Subdita fieri: & quam prius habuerit Subditam, nunc habere ſui Declaratiuam. vt ſi verſo ordine ita dicas,* Quod hinnibile eſt, equus eſt. *At non itidem vbi impares partes ſunt, conuertere vices poſſis. Non enim quia verum eſt,* Omnem hominem animal eſſe; *idcirco ſi conuertas verum erit,* Omne animal hominem eſſe. *Neque enim vt Proprium eſt equi, hinnibile, ita proprium eſt homini, animal eſſe; cùm ſint animalia alia innumera. Agnoſcitur hinc de pluribus Declaratiua, licet conuerſo ordine Rogamentum proponatur: primò, quòd plura comprehendere poteſt Declaratiua quàm Subdita: dehinc, quòd numquam vocabulo ſed ſemper verbo terminatur. quo præcipuè etiam in illis proprietatibus à pari Subiectiua diſcernitur. Id etiam pro ſimilitudine tenendum eſt, quia vt ſunt Propoſitiones Definitæ & Indefinitæ: ita etiam conſtat Particulas tam*

Subiecti-

Subiectiuas quàm Declaratiuas partim definitas eſſe vt, homo, animal; partim Indefinitas, vt, non homo, non animal. Non enim definiunt quid ſit, cum hoc non ſit, ſed tantùm oſtendunt aliud præter hoc eſſe. Nunc dicendum eſt quemadmodum quattuor illæ Propoſitiones inter ſe affectæ ſint: quas non ab re eſt in quadrata formula ſpectare. Sunt igitur in ſuperiore linea, vt infrà ſcriptum eſt, vniuerſalis Dedicatiua & Abdicatiua: vt, Omnis voluptas bonum eſt, Nulla voluptas eſt bonum. dicanturque hæ inter ſe Incongruæ. Item in inferiori linea ſub vtraque particulares ſubnotentur: Quædam voluptas bonum eſt, Quædam non eſt bonum: dicanturque hæ inter ſe Subpares. Deinde ducantur obliquæ lineæ angulares: altera pertinens ab vniuerſali Dedicatiua ad particularem Abdicatiuam; altera à particulari Dedicatiua ad vniuerſalem Abdicatiuam: quæ inter ſe & Quantitate & Qualitate contrariæ, Alterutræ nominentur; quòd iam neceſſe eſt alterutram veram eſſe. quæ dicitur perfecta pugna & integra. At inter Subpares & Incongruas pugna diuidua eſt; quòd Incongruæ numquam quidem fiant ſimul veræ, interdum tamen ſimul mentiuntur: Subpares autem, mutata vice numquam quidem ſimul mentiuntur, interdum tamen fiunt ſimul veræ. & ideo vtriuſuis harum reiectio confirmat alteram. non tamen & vtriuſuis confirmatio reuincit alteram. De Incongruis qui vtramuis poſuit, vtique alteram tollit: non tamen, mutata vice, qui vtramuis tollit, vtique alteram ponit. Enimuero de Alterutris qui vtramuis comprobat, numquam alteram refutat: & qui alteram refutat, vtique alteram comprobat. Ceterùm vniuerſalis vtrauis particularem ſuam comprobata vtique confirmat, reiecta non vtique infirmat. Particularis autem, verſa vice vniuerſalem ſuam reiecta vtique infirmat; pro-

bata

bata non vtique firmat. Hæc omnia ita eſſe vt dicimus, ex ipſis Propoſitionibus facilè oſtendunt infrà ſcripta.



Certum eſt enim, quòd concedat qui aliquid propoſuerit. Deſtruitur autem vtrauis Vniuerſalis triſariam: dum aut Particularis eius falſa oſtenditur, aut vtrauis ex duabus ceteris vera, ſiue Incongrua ſiue Subiectiua. Inſtruitur autem vno modo, ſi Alterutra eius falſa oſtenditur. Contrà Particularis vno quidem modo deſtruetur, ſi Alterutra Vera oſtenditur. Inſtruitur autem triſariam: ſi aut Vniuerſalis eius vera eſt; aut vtrauis ex duabus ceteris falſa, ſiue Suppar eius ſiue Subiectiua. Eadem ſeruabimus etiam in æquipollentibus Propoſitionibus. Æquipollentes autem dicuntur, quæ alia enuntiatione tantundē poſſunt, & ſimul veræ ſunt, aut ſimul falſæ: altera ob alteram ſcilicet, ſicut Indefinita & Particularis. Item omnis Propoſitio ſi aſſumat in principio negatiuam particulā, fit Alterutra eius Aequipollens. vt cùm ſit Vniuerſalis Dedicatiua, Omnis voluptas bonum: *ſi ei negatio præponatur, fiet,* Non omnis Voluptas bonum, *tantumdem valens quantum valebat Alterutra eius,* Quædam voluptas non eſt bonum.

Hoc in ceteris tribus propoſitionibus intellegendum eſt. Deinde de conuerſione. Conuerſibiles propoſitiones dicuntur, vniuerſalis Abdicatiua & Alterutra eius, id eſt particularis Dedicatiua: eò quòd particulæ earum Subiectiua & Declaratiua poſſunt ſemper ſeruare inter ſe vices, permanente cõditione veritatis aut falſitatis. Nam vt vera eſt hæc propoſitio, Nullus prudens eſt impius: ita, ſi conuertis partium vices, verũ erit, Nullus impius prudens. Item vt falſum eſt, Nullus homo eſt animal: ita ſi conuerta falſa erit, Nullum animal homo. Pari ratione & particularis Dedicatiua conuertitur, Quidam Grammaticus, homo eſt; & Quidam homo, Grammaticus eſt. Quod duæ ceteræ propoſitiones ſemper facere non poſſunt, quamquam interdum cõuertantur. nec tamẽ idcirco Conuerſibiles dicuntur. nam quod alicubi fallit, pro certo repudiatur. Ergo vnaquæque propoſitio per omnes ſignificationes reperienda eſt, an etiam conuerſa congruat. Nec innumeræ ſunt iſtæ, ſed quinque ſolæ. aut enim Proprietas declaratur alicuius, aut Genus, aut Differentia, aut Finis, aut Accidens: Nec præter hæc vmquã inueniri poteſt vlla propoſitio. vt ſi Hominem ſubſtituas; quidquid de eo dixeris, aut Proprium eius ſignificaueris, vt cachinnabile; aut genus, vt animal; aut Differentiam, vt rationale: aut Definitionẽ, vt animal rationale mortale: aut Accidens, vt orator. Quippe omne Declaratiuum alicuius, aut poteſt eius viciſſim fieri Subiectiuum, aut non poteſt. Sed ſi poteſt; aut ſignificat quid ſit, & eſt Definitio: aut non ſignificat, & eſt Proprium. Sin autem non poteſt; aut id eſt quod in Definitione poni debeat, vt eſt Genus vel Differentia: aut quod non debeat, vt eſt Accidens. Igitur per hæc agnoſcitur particularis Abdicatiua non eſſe conuerſibilis. Vniuerſalis autem Dedicatiua & ipſa quidem non eſt conuerſibilis, ſed particulariter tamen poteſt conuerti. vt, cum

ſit, Om-

ſit, Omnis homo animal; *non poteſt ita conuerti, vt ſit* Omne animal homo: *ſed Particulariter poteſt*, Quoddam animal homo. *Verum hoc in ſimplici Conuerſione, quæ in concluſionum illationibus Reflexio nominatur. Eſt enim & altera Propoſitionum conuerſio, quæ non tantùm ordinem, ſed etiam ipſas particulas in cõtrarium perducit; vt quæ Definita eſt, Indefinita fiat: & contrà, quæ Indefinita eſt, Definita. Hanc conuerſionem viciſſim reliquæ duæ admittunt, vniuerſalis Dedicatiua, & particularis Abdicatiua: vt*, Omnis homo, animal; Omne non animal, non homo. *item*, Quoddam animal non eſt rationale; Quoddam non rationale, animal. *Id ita eſſe perpetuò vt dicimus, per illas quinque prædictas ſpecies explorabis. Coniugatio autem Propoſitionum, dicitur ipſa cõnexio earum per aliam communem Particulam qua inter ſe copulantur. ita enim poſſunt ad vnam Concluſionem conſentire. quæ Particula communis neceſſe eſt aut in vtraque propoſitione Subiecta ſit, aut in vtraque Declarans: aut in altera Subiecta, in altera Declarans. Tres igitur formulæ fiunt. quarum prima dicatur, cùm illa communis particula in altera Subiecta, in altera Declarans eſt. qui ordo non tantùm enumeratione, ſed Concluſionũ dignitate contentus eſt. Quippe vltima eſt formula tertia, quia nihil in ea niſi Particulare concluditur. Hæc ſuperior eſt ſecunda, quæ habet Concluſiones vniuerſales, ſed tamẽ Abdicatiuas tantùm. Et ideo ſic prima pollet, quia in omne genus Illationum concluditur. Dico autem Illationem vel illatiuum Rogamentũ, quod Acceptionibus colligitur & infertur. Porrò Acceptio eſt propoſitio quæ conceditur à reſpondente. vt ſi quis ita proponat*, Eſtne omne honeſtum, bonum? *Propoſitio eſt. & ſi aſſentire ſe dicet; fit Acceptio, remota interrogatione: quæ & ipſa tamen communiter appellatur Propoſitio*: Omne honeſtum, bonum eſt. *Huic iunge*

alteram Acceptionem ſimiliter propoſitam & conceſſam, Omne bonum, vtile eſt. Ex hac coniugatione, vt mox oſtendemus, primi modi fit Illatiuum; ſi directim, Vniuerſale, Omne igitur honeſtum, vtile eſt: ſi reflexim, Particulare; Quoddam igitur vtile, eſt honeſtum: quia particulariter tantùm in Reflexionibus conuerti poteſt vniuerſalis Dedicatiua. Directim autem dico inferri, cùm eadem Particula Subiecta eſt tam in coniugatione quàm in ipſa Illatione: itemq́; Declarans ſe eadem, cùm eſt vtrobique. reflexim verò, cùm hoc fit verſa vice. Ceterùm tota ratiocinatio iſta quæ Acceptionibus & Illatione conſtat, & Collectio vel Concluſio nominatur, ſecundũ Ariſtotelem commodiſsimè poteſt ita definiri: Oratio, in qua conceſſis aliquibus aliud quiddam præter illa quæ conceſſa ſunt, neceſſariò euenit, ſed per illa ipſa conceſſa. In qua definitione & Orationis ſpecies non alia quàm Pronuntiabilis intellegenda eſt, quæ, vt ſuprà diximus, ſola aut vera eſt aut falſa. Et, conceſſis aliquibus, pluraliter ideo dictum eſt, quia ex vna Acceptione non fit Collectio: licet Antipatro Stoico contra omnium ſententiam videatur plena Concluſio eſſe, Vides, viuis igitur: cùm ſit vllo modo plena, Si vides, viuis: atqui vides, viuis igitur. Item quia concludere volumus non quod conceſſum eſt nobis, ſed quod negatum: iccirco in Definitione, aliud quiddam præter illa quæ conceſſa ſunt, neceſſariò euenire. Quapropter ſuperuacanei ſunt Moduli Stoicorum, non idem differenter peragentes: vt, Dies eſt, aut nox: atqui dies eſt. Item idem geminantes, Si dies eſt, dies eſt: dies igitur eſt. Fruſtra enim colligunt quod ſine controuerſia vltrò conceditur. Illud potius veri ſimile eſt, cùm dico, Si dies eſt, lucet: atqui dies eſt: igitur & lucet: non malè colligere præter quod accepi. Nam quod eſt in Concluſione lucet, fuerat & in Propoſitione. hoc tamen ita re-

ſutab-

ſutabimus, aliter dici in Cõcluſione Igitur lucet, *vt oſtendatur nunc lucere: aliter in Propoſitione acceptum, in qua non eſt dictum nunc lucere; ſed tantùm conſequens eſſe vt ſi dies ſit, vtique & luceat. Multum autem refert nunc affirmes aliquid eſſe, an tantùm ſolere eſſe, cùm aliud quiddam præceſſerit, ita illud quod in eadem Definitione neceſſitatis comprehenſum eſt, factum eſt vt Incluſionis viſa ſimilitudine Inductionis diſtingueretur. Nam & in diſtinctione quædam conceduntur: vt puta,* Homo inferiorem molam mouet, equus inferiorẽ mouet: item bos & canis. *in iſtis Acceptionibus in Concluſione aliud quid infertur,* Ergo & omne animal inferiorem molam mouet. *quod cùm ſit in Crocodilo falſum; potes, ſuperioribus conceſſis, Illationem ipſam non recipere, quam tibi in Concluſione non licuiſſet recuſare: quippe cuius illatio in ipſis acceptionibus continetur, & ideò in ea additum eſt,* neceſſariò euenire. *Ne vltima quidem * Definitionis vacat, ſed oſtendit quod ipſa conceſſerit, euenire debere, Illationem ceterùm ratam non fore. Ac de his quidem ſatis dictum. Nunc tradendum eſt quibus Modis & Coniugationibus fiant intra certum numerum Prædicatiui generis veræ Concluſiones. quippe in prima Formula nouem ſoli Moduli, ſex autem Coniugationes reperiuntur: in ſecunda quattuor Moduli, tres Coniugationes: in tertia ſex Moduli, * Coniugationes. De quibus hic iam ſuo ordine demonſtrabo: præfatus, neque ex Particularibus ſolis, neque Abdicatiuis ſolis ratam fieri Concluſionem; quia ſæpe poſſunt & falſa conducere. Item ex Dedicatiuis ſi vtrauis iungatur, Dedicatiuam nõ eſſe, non Abdicatiuam fieri Illationem. tantum vel vna mixta ceteris præualet. Similis etiam Particularibus particularium vis eſt. Vtrauis enim mixta Vniuerſalibus, particularem facit Illationem. Igitur in prima Formula Modus primus eſt, qui conducit ex vniuerſalibus*

bus Dedicatiuis Dedicatiuum vniuerſale directim: vt, Omne iuſtum, honeſtum: omne honeſtum, bonum: omne igitur iuſtum, bonum eſt. *at ſi reflexim inferas,* quoddam igitur bonum, iuſtum. *ſit autem ex eadem coniugatione quintus Modus. nam ſic tantùm reflecti poſſe vniuerſalem Dedicatiuam, ſuprà docui. Secundus Modus eſt, qui cōducit ex vniuerſalibus Dedicatiua & Abdicatiua Abdicatiuum vniuerſale directim:* vt, Omne iuſtum, honeſtum: nullum honeſtum, turpe: nullum igitur iuſtum, turpe. *At ſi reflexim inferas,* nullum igitur turpe, iuſtum; *ſextum Modum effeceris. nam, vt dictum eſt, reflectitur in ſe vniuerſalis Abdicatiua. Tantùm meminiſſe debemus, Subiectiuum ex Dedicatiua trahendum ad Illationem ex ſecundo Modo. atque ideo eam priorem æſtimandam, licet antè Abdicatiua enuntietur. Similiter & in ceteris* prior eſt poteſtate prior intellegatur. In ſexto autem modo trahitur Subiunctiuus ex Abdicatiua. hæc ſola differentia eorum. Item tertius Modus, qui conducit ex Dedicatiuis particulari & vniuerſali Dedicatiuum particulare directim:* vt, Quoddam iuſtum, honeſtum: omne honeſtum, vtile: quoddam igitur iuſtum, vtile. *Sed ſi reflexim inferas,* quoddam igitur vtile, iuſtum; *ſeptimum modum effeceris. nam, vt dictum eſt, reflectitur in ſe particularis Dedicatiua. Quartus Modus eſt, qui conducit ex particulari Dedicatiua & vniuerſali Abdicatiua Abdicatiuū particulare directim:* vt, Quoddam iuſtum, honeſtum eſt: nullum honeſtum, turpe: quoddam igitur iuſtum non eſt turpe. *Ex hoc modo contrariè nati inueniuntur octauus & nonus. quippe ſeruatur eius illationem: non vt illi priores reflexam Coniugationem ipſam tantùm reflectunt Propoſitionibus æquipollentibus, mutatoque ordine, vt prior fiat Abdicatiua. atque ideo conducitur ambo per Coniugationis conuerſionem. Nam & ſi*

Abdica-

*Abdicatiuam vniuerſalem quarti * conuertas, & ſubicias ei vniuerſalem Dedicatiuam; quæ conuerterat, particularis eius Dedicatiua ſiet. Octauus Modus eſt, qui conducit ex vniuerſalibus Abdicatiua & Dedicatiua particulare Abdicatiuum reflexim: velut,* Nullum turpe, honeſtum: omne honeſtum, iuſtum: quoddam igitur iuſtum non eſt turpe. *Nonus quoque Modus per ſimilem Conuerſionem ex vniuerſali Abdicatiua & particulari Dedicatiua Abdicatiuum particulare conducit reflexim:* Nullum turpe, honeſtum: quoddam honeſtũ, iuſtum: quoddam igitur iuſtum non eſt turpe. *Cur autem ſolus quartus Modus duos genuerit, ceteri ſingulos, illa ratio eſt; quia primi Modi ſi vtramque Propoſitionem conuertamus, fiet Coniugatio irrita duarum Particularium: ſin alteram tantùm, fiet aut ſecunda Formula aut tertia. Ita ſecundi Modi ſi vtramque conuertas, fiet Coniugatio noni, quam iam oſtendimus ex quarto gigni, quia vniuerſalis Dedicatiua ſecundi modi non niſi particulariter conuerti poteſt: ſin alteram tantùm; fiet ſecunda Formula aut quarta. Ex hiſce igitur in prima Formula modis nouem, primi quattuor Indemonſtrabiles nominantur: non quòd demonſtrari nequeant, vt vniuerſis maris eſt quod non demonſtrabile non ſit, & vt circuli quadratura: ſed quòd tam ſimplices tamq; manifeſti ſunt, vt demonſtrationeſ non egeant; adeò vt ipſi ceteros gignant, fidemq; illis ex ſe impertiant. Nunc Formulæ modos trademus ſecundæ. Primus Modus in ſecunda Formula eſt, qui conducit ex vniuerſalibus Dedicatiua & Abdicatiua Abdicatiuum vniuerſale directim: velut,* Omne iuſtum, honeſtum: nullum turpe, honeſtum: nullum igitur iuſtum, turpe. *Hæc redigitur in ſecundum Indemonſtrabilem, conuerſa eius ſecunda Propoſitione. Secundus Modus eſt, qui conducit ex vniuerſalibus Abdicatiua & Dedicatiua Abdicatiuum vniuerſale directim: velut,*

Nullum turpe, honeſtum: omne iuſtum, honeſtum; nullum igitur turpe, iuſtum. *Hic Coniugatione nõ differt à priore, niſi quòd Subiectiuam particulam Abdicatiua trahit ad Illationem: quoniam ita variatus eſt Enuntiationis ordo. quod in prima Formula fieri non poteſt. Tertius Modus eſt, qui conducit ex particulari Dedicatiua & vniuerſali Abdicatiua Abdicatiuum particulare directim: vel vt,* Quoddam iuſtum, honeſtum: nullum turpe honeſtum: quoddam igitur iuſtum non eſt turpe. *Huius ſi conuertamus vniuerſalem Abdicatiuam, fit Indemonſtrabilis quartus, ex quo hic naſcitur. Quartus Modus eſt, qui conducit ex particulari Abdicatiua & vniuerſali Dedicatiua Abdicatiuum particulare directim: vt,* Quoddam iuſtum non eſt turpe: omne malum turpe: quoddam iuſtum non eſt malum. *hic ſolus Modus tantùm per Impoſsibile approbatur. de qua Propoſitione dicemus, expoſitis modis formulæ. In tertia Formula primus Modus eſt, qui conducit ex Dedicatiuis vniuerſalibus Dedicatiuum particulare tam directim quàm reflexim: vt,* Omne iuſtum, honeſtum: omne iuſtum, bonum: quoddam igitur honeſtum, bonum. *vel ſic,* quoddam igitur bonum, honeſtum. *Quippe non intereſt quam ex vtraque Propoſitione facias particulam Subiectiuam: quoniam non intereſt vtram prius enunties. Ideo non rectè arbitratus eſt Theophraſtus, propter hoc nõ vnum Modum hunc ſed duos eſſe. Secundus Modus eſt qui conducit ex Dedicatiuis particulari & vniuerſali Dedicatiuum particulare directim: vt,* Quoddam iuſtum, honeſtum: omne iuſtũ, bonum: quoddam igitur honeſtum, bonum. *Tertius Modus eſt, qui conducit ex Dedicatiuis vniuerſali & particulari Dedicatiuum particulare directim: vt,* Omne iuſtum, honeſtum: quoddam iuſtum, bonum: quoddam igitur bonum, honeſtum. *Quartus Modus eſt, qui con-*

ducit ex vniuerſalibus Dedicatiua & Abdicatiua Abdicatiuum particulare directim: vt, Omne iuſtum, honeſtum: nullum iuſtum, malum: quoddam igitur honeſtum non eſt malum. *Quintus Modus eſt, qui conducit ex Dedicatiua particulari & Abdicatiua vniuerſali Abdicatiuum particulare directim: vt,* Quoddam iuſtum, honeſtum: nullum iuſtum, malum: quoddam igitur honeſtum non eſt malum. *Sextus Modus eſt, qui conducit ex Dedicatiua vniuerſali & Abdicatiua particulari Abdicatiuũ particulare directim. vt,* Omne iuſtum, honeſtum: quoddam iuſtum nõ eſt malum: quoddam honeſtũ non eſt malum. *Ex his ſex Modis primi tres rediguntur ad tertiũ Indemonſtrabilem, cõuerſa priore Propoſitione primi & ſecundi. tertius enim ſecundo eamdem Coniugationem habet: hoc vno differens, quòd ex vniuerſali trahit particulam Subiectiuam. propter quod non tantùm Propoſitionis, verùm etiam Illationis conuerſione redigitur in tertium. Item quartus & quintus naſcuntur ex Indemonſtrabili quarto, conuerſis prioribus Propoſitionibus eorum. Sextus autem Modus nec vtraque nec altera redigi conuerſa ad Indemonſtrabilem aliquem poteſt, ſed per Impoſſibile tantùm approbatur: ſicuti quartus in ſecunda Formula. & ideo vterq. nouiſſimi numerantur. Ceterorũ autem in omnibus Formulis ordinatio facta eſt pro differentia Coniugationũ & Illationũ. Nam quia prius ſit dicere quàm negare, potentiuſq; eſt Vniuerſale quàm Particulare: priores ſunt vniuerſales particularibus, & in vtriſque Dedicatio & Illatio ſimiles ſunt. His præponitur modus qui celerius ad Indemonſtrabilem redigitur. Iiſdem eſt vna Conuerſio, neque vna probatio eſt certos eos ad cludendum Modos eſſe. Eſt altera Probatio communis omnium, etiam Indemonſtrabilium, quæ dicitur Per impoſſibile, appellaturq; ab Stoicis prima Conſtitutio vel primum Expoſitum.*

quod ſic definiunt: Si ex duobus tertium quid colligitur, alterum eorum cum contrario Illationes colligi, contrariũ relinquit. *Veteres autem ſic definierunt:* Omnes Concluſiones ſi ſublata ſit Illatio aſſumta, alterutra Propoſitione tolli reliquam. *quæ res inuenta eſt aduerſus eos, qui conceſſis Acceptionibus, id quod ex illis colligitur, impudenter recuſant: & per hoc compelluntur ad Impoſſibilia; dum ex eo quod negant, contrarium aliquid inuenitur ei quod anteceſſerat. Porrò Cõtraria ſimul eſſe vera, Impoſſibile eſt. Ergo per Impoſſibile compelluntur ad Concluſionem.* Nec *fruſtra conſtituerunt* Dialectici *eum verum modum eſſe, cuius aduerſum Illationis cum altera Acceptione tollit reliquam. At Stoici quidem tantùm Negatiua particula præpoſita putant Illationem recuſari, vel ex Propoſitionibus alteram tolli; vtpote,* Omnis, non omnis: *veteres verò & per Alterutram. Igitur biſariam; vtpote,* Omnis, non omnis: quidam, non quidam. *Fiunt igitur aduerſus vnamquamque Concluſionem contrariæ, quæ opponantur, octo; quoniam vtraque acceptio biſaria tollitur: fiuntq́; Concluſiones bis quaternæ, modò Negatiua particula præpoſita Illationi, modò Alterutra Illationis accepta. Exemplo ſit primus Indemonſtrabilis,* Omne iuſtum, honeſtum: omne honeſtum, bonum: omne igitur iuſtum, bonum. *Qui hanc Illationem cõceſſis Propoſitionibus negat, neceſſe eſt dicat,* quodam iuſtum non eſt bonum. *Huic ſi proponas priorem ex duobus conceſſis,* Omne iuſtum, honeſtum, *fit Illatio ſecundum ſextum Modum in tertia Formula,* quoddam igitur honeſtum non eſt bonum. *quod repugnat ſecundæ Propoſitioni, quæ conceſſerat,* Omne honeſtum, bonum. *Hæc omnia oppoſita Concluſio eſt, ſi iiſdem manentibus æquipollentem eius inferat bis,* Non igitur omne honeſtum bonum. *Similiter & alteræ fiant duæ Concluſiones*

ſiones

ſiones, ſicut nunc propoſuimus priorem Propoſitionem, ſic aſſumamus poſteriorem, quoddam iuſtum non eſt bonum, omne honeſtum bonum; ſit Illatio quarti Modi ſecundæ formulæ duplex, non igitur omne iuſtum, honeſtum: vel, quoddam igitur iuſtum, honeſtum non eſt. quarum vtrauis æquè priori Propoſitioni repugnat quæ conceſſerat, omne iuſtum honeſtum. His Concluſionibus manentibus, tantùm Propoſitio mutata eſt, pro eo quod eſt Quoddam iuſtum non eſt bonum, facias, non omne iuſtum, bonum, biſariâ ſit ſublata Illatio: erunt tertiæ quattuor Concluſiones iiſdem mutationibus. Item ſi pro eodem facias, nullum iuſtum, bonum, vt biſariâ ſit ſublata Illatio; erunt tertiæ quattuor Concluſiones dumtaxat in his quæ habebunt vniuerſalem Illationem. Ea enim poteſt ſola trifariam tolli. at in ceteris ſolæ octo. quas ſi quis velit ſingillatim ſub vnoquoque per omnes formulas potuit ſuggerere ad exemplum quod propoſuimus. vt etiam Hypotheticorum more, per litteras ordine Propoſitionum & partium commutatio. ſed vi manente ſit primus Demonſtrabilis: ſecundus talis, A de omni B, & abde, omnis igitur de, omnis incipiunt A declaratæ. atque ideo & à ſecunda propoſitione hic ad ea mod. ſecundum has prætexas retro talis eſt, Omne F B: omne B A: omne igitur FB. Stoici porrò pro litteris numeros vſurpant: vt, Si primum, ſecundum: atqui primum: ſecundum igitur. Verùm Ariſtoteles in prima Formula quattuor ſolos Indemonſtrabiles prodit: Theophraſtus & ceteri quinque enumerant. Nam Propoſitionem iungentes & infinitam colligentes, quam Illationem indefinitam ſuperuacaneum eſt tradere, cum Indefinita pro Particulari, & eiuſdem futura ſit Modi cuius Particularis iam oſtendimus in prima formula. Quòd ſi quis velit geminari, Indefinitam pro Particulari accipiens, Indefinitámque ſubiiciens Illationem; erunt

omnes

omnes nouem & viginti. Ariſto autem Alexandrinus, & nonnulli Peripatetici iuniores quinque alios Modos præterea ſuggerunt, vniuerſales Illationes: in prima Formula tres, in ſecunda duos, pro quibus illi Particulares inferunt. quod perquam ineptum eſt, cui plus conceſſum ſit minus concludere. Omnes autem Modos in tribus eorum Formulis certos non niſi vnum & viginti eſſe, quos ſuprà oſtendimus, comprobatur. ſed quattuor ſunt Propoſitiones: duæ particulares, duæ vniuerſales. Harum vnaquæque, vt ait Ariſtoteles, vt ſit ſubiecta, aliis tribus, quaternæ ſcilicet coniungitur. atque ita ſenæ, denæ Coniugationes in ſingulis Formulis erunt. Harum ſex æqualiter in omnibus non valent. duæ quidem, cùm ex Abdicatiuo vtrauis alteram præcedit: quattuor autem, cùm ex Particularibus vtrauis à ſemet præcedit. Nihil enim concludi poteſt vbicunque aut duæ Particulares ſunt, aut duæ Abdicatiuæ. Igitur remanent ſingulis Formulis denæ Coniugationes. Porrò ex his tam in prima quàm in ſecunda Formula duæ non valent, cùm vniuerſalis Dedicatiua particulari præponitur. Similiter & in prima & tertia Formula duæ repudiantur, quibus particularis Abdicatiua vtramuis Dedicatiuam antecedit. Quo fit vt remaneant primæ Formulæ ſex Coniugationes. Iam in nouem Formulis adhuc octonæ. ex quibus vna in neutra probatur, cùm vniuerſalis Abdicatiua præcedit particularem Dedicatiuam. ex his ſeptenis quæ ſuperſunt, iam propriæ ſunt, in ſecunda Formula quattuor falſæ: cùm vniuerſalis Dedicatiua vel ſibimet ipſa vel Particulari ſuæ vtrouis loco iungitur: vel cum præcedit altera. Item propriæ in tertia Formulæ duæ non valent, cùm, vtrauis Abdicatiua vniuerſalis Dedicatiuæ præponitur. reliquas certas eſſe tres: in ſecunda quinque. Tertiæ Formulæ ſuprà oſtendimus cum eas ad ſex Coniugationes primæ Formulæ redigeremus. Igitur ex quattu-

quadragintaocto coniugationibus, quatuordecim ſolæ probantur. Ceteræ trigintaquatuor, quas enumeraui, meritò repudiantur, quia poſſunt ex veris falſa concludere. quod facile eſt experiri per illas quinque ſupradictas ſignificationes Generis proprietatis. At ex illis quatuordecim quas probauimus, non plures quàm prædictum eſt Modos fieri, docent cauſæ Illationes; vt cum directim ſumitur, tum reflexim, quouſque ipſa veritas paſſa eſt. propterea rerum non poteſt numerus augeri.

L. APVLEII

ΑΝΕΧΟΜΕΝΟΣ

EX MENANDRO.

Amare liceat, ſi potiri non licet.
Fruantur alij: non moror, non ſum inuidus.
Nam ſeſe excruciat qui beatis inuidet.
Quos Venus amauit fecit amoris compotes:
Nobis Cupido velle dat, poſſe abnegat.
Olli, purpurea delibantes oſcula,
Clemente morſu roſea labella vellicent.
Malas odorent ore, & ingenuas genas,
Et pupularum nitidas geminas gemmulas.
Quin & cum tenera membra molli lectulo,
Cum pectora * adhærent Veneris glutino,
Libido cum laſciuia inſtincto ſuſcitet
Sinuare at Veneris cultum femina, feminæ
Inter gannitus, & ſubantis voculas
Carpant papillas, atque amplexus intiment,
Hærentque ſulcos molles aruo Venereo,
Thyrſumque pangant horto in Cupidinis;
Dum crebros ictus conhibente lumine,
Crepidante curſu, Venere & anima feſſula,
Eiaculent tepidum rorem niueis laticibus.
Hæc illi faciant queis Venus non inuidet.
At nobis caſſo ſaltem delectamine
Amare liceat, ſi potiri non licet.

L. APVLEII
FRAGMENTA ET TITVLI LIBRORVM
QVI NON EXSTANT.

D. Auſonius ad Paullinū Eid. XVIII.

ESSE Apuleium in vita Philoſophum, in EPIGRAMMATIS amatorem; in præceptis omnibus exſtare ſeueritatem, in EPISTOLIS AD CERELLIAM ſubeſſe petulantiam.

Soſip. Chariſius lib. II.

Mut facere nō audet. vt apud Apuleium Platonicum DE PROVERBIIS ſcriptum eſt libro ſecundo.

Seruius in lib. II. Georgicor. Virg.

Apud Medos naſcitur quædā arbor ferens mala, quæ Medica vocatur: quam per periphraſin oſtendit, eius ſupprimens nomen. Hanc plerique Citrum vocant. quod negat Apuleius in libris quos DE ARBORIBVS ſcripſit: & docet longè aliud genus arboris eſſe.

Apud Noniū in *Abſtemius*.

In LIB. LVDICRORVM: *Abſtemius eſt, immò ſi a quo rete leporem tenebat, lupum non tenere.*

Sidon. Apollinar. lib. II. Epiſt. IX.

Quamquam ſic eſſet ad verbum ſententiámque tranſlatus; vt nec Apuleius PHAEDONEM ſic Platonis, neq. Tullius Cteſiphontem ſic Demoſthenis in vſum regulamque Romani ſermonis exſcripſerint.

Apud Priſcianū lib. X.

Ex eod. *De Anima ſic auditurum, ſic diſciturum, qui melius ſcit hæc omnia & ſingula ſic agere & pati, vt patiuntur atque agunt.*

Ibid.

Item: *Et cauſſam gignendi oſtenſurum, & immortalitatem Animæ reperturum.*

Apud Fulgentium de priſco ſerm.

HERMAGORA: *Pollinctor eius funeri dum vnctionem parat.*

Apud Priſc. lib. III.

Ex eod. I. *Viſus eſt ei adoleſcēs honeſta forma, quaſi*

ad nuptias

ad nuptias exornatus, trahere ſe in penitiorem partem domus.

Item: *Verum infirma ſcamillorum obice fultæ fores.* Ibid.

Item: Scio, ſcius. ſic Apuleius I. Hermagoræ. Idem lib. IV.

Item ex eod. *Aſpera hiems erat: omnia ningue canebant.* Apud eumd. lib. VI.

Item: *Et cibatum, quem iucundum eſſe nobis animaduerterant, eum appoſiuerunt.* Apud eumd. lib. X.

LIB. DE REPVBLICA: *Qui celocem regere nequit, onerariam petit.* Apud Fulgent. de priſco ſerm.

MEDICINALIBVS: *Cepæ ſoccum melle mixtum.* Apud Priſc. lib. VI.

EPITOMA: *Sed tum ſeſtertius dupondium ſemiſſem, quinarius, quinqueſſis, denarius, decuſſis valebat.* Ibid.

In te fuiſti quondam Athenis parcus atq. abſtemius. Apud No. *Abſtemius.*

NVMERI diſciplinam apud Græcos primum Pythagoram autumant ſcripſiſſe, ac deinde a Nicomacho diffuſius eſſe compoſitam: quàm apud Latinos primus Apuleius, deinde Boetius tranſtulerunt. Iſidorus Origin. lib. III.

Certè ſi ſaluberrimis auocamẽtis, vt qui adhuc iuuenis, tepidiùs inflecteris; a Platonico Madaurenſi ſaltem formulas mutuare CONVIVALIVM QVAESTIONVM. Sido. Apol. lib. IX. Epiſt. XIII.

Apuleius autem ait, eos κατ' ἀντίφρασιν dici Manes, hoc eſt, mites ac modeſtos; cùm ſint terribiles & immanes: vt Parcas, vt Eumenidas. Iſidor. Origin. lib. VIII.

FINIS.

PETRI COLVI
IN
L. APVLEII
OPERA OMNIA
NOTÆ VBERIORES.

LVGDVNI BATAVORVM,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Franciſcum Raphelengium.
cIↃ. IↃ. LXXXVIII.

UNIVERSIDAD DE GRANADA
Hospital Real
Biblioteca

ME

titulo ho
ipſe. cert
PHOSE
gentium,
AVREC
ſtinum d
Commen
à nobis la
SIARVN
pidiſſimu
fuerit. qu
Seuerus a
tu, inter Mi
Ame noſ
ſenna, qu
cis paſſim
Pag. 1.
gi uli. N
Apuleio

PETRI COLVI IN METAMORPHOSEON LIBRVM I. NOTÆ.

LApvleii. Ita ſcriptum in veteri libro & excuſis omnibus: in Faſtis & lapidibus priſcis ſemper, Appvleivs. teſtis Aldus Manutius in Orthographia.

Metamorphoseon, sive de asino avreo. Duplici titulo hoc opus inſcripſimus, vt etiam, ni fallor, auctor ipſe. certè vtroque à veteribus citatur. Metamorphoseon dumtaxat in M.S. vbique, & apud Fulgentium, Expoſitione antiquor. ſermon. De asino avreo verò alibi etiam apud eumdem, & B. Auguſtinum de Ciuitate Dei lib. xviii. cap. xviii. & Commentatorem veterem Horatij Epod. xv. qui alibi à nobis laudantur. Addunt docti viri tertium, Milesiarvm ſcilicet. Et certè nihil obſtat, quò minus lepidiſſimum hoc ſcriptum etiam iſto titulo inſignitum fuerit. quod ex Iul. Capitolini Albino veriſimile ſit, vbi Seuerus ad Senatum: *Cum ille næniis quibuſdam anilibus occupatus, inter Mileſias punicas Apuleij ſui & ludicra litteraria conſeneſceret.* Ante noſtrum ſcripſit etiam Mileſiarum libros L. Siſenna, qui à Fl. Soſipatro aliiſque veteribus Grammaticis paſſim laudantur.

Pag. 1. ver. 8. *At ego tibi.* Baſileenſis prima editio, *Vt ego tibi.* Non bene illi, qui proloquium hoc verſibus ab Apuleio ſcriptum arbitrati ſunt, & in numeros repo-

 nere

nere conati. Nam ferè tota huius ſcriptoris ſic fluit oratio, & in Mileſio hoc luſu præcipuè, vt ſæpius comicum genus ſcribẽdi, & Plauti numeros innumeros agnoſcas.

9 *Fabulas* Scripta lectio, & omnis excuſa olim. concinnatores iſti verſuum repoſuerant, *fabellas.*

Aureſq; tuas. Colonæi & Baſ. 1. *atque aures tuas.*

10 *Ægyptiam tu arguia Nilotici calami.* M S. *Ægyptia argu illotici cal.*

11 *Inſpicere.* Et hoc iſti qui verſus eſſe volebant ſubdiderant: vt etiam quod paulò poſt eſt, *Fortunaſq;* : quod ſcilicet numeri integri aliter ſibi non viderentur.

15 *Hic exordior.* Baſil. 1. & Col. *Hoc exordior.* M s. Venet. Rom. & Beroaldi editio neq; hoc neq; illud agnoſcunt.

17 *Libris felicioribus conditæ.* Excuſi omnes, *creditæ.* Scriptam lectionem prætulimus; etſi illam alteram non ſpreuerimus.

18 *Inquam in Attide.* Scriptus codex, *linguam Attidem.*

19 *Indigenum ſermonem.* Vulg. *indigenam ſerm.*

20 *Ærumnabili labore.* Ante lectum vbique, *ærumnali.* Sed ſcriptæ lectioni adſtipulatur locus infrà lib. VIII. *ærumnabili vitæ ſeſe ſubtrahere tacita decernit.* & lib. IX. Lucretius lib. VI.

Illud in his rebus miſerandum, & magnopere vnum
AErumnabile erat.

21 *Excolui.* M S. *exolui.*

22 *Hæc quidem.* Idem liber, *hæc equidem.*

24 *Acceßimus.* Venetiis cuſum, *accerſimus.*

Ibid. *Fabulam Græcanicam.* Scriptus, *Fab. Græcam.* Nihil mutare volui.

25 *Originis maternæ.* Idem, *orig. materie.*

26 *Plutarcho illo.* Idem, *Plut. ipſo.*

28 *Poſtquam ardua.* Idem, *poſt ardua.*

33 *Equi ſudorem fronte curioſè exfrico.* Non parum placet mihi hæc huiuſce loci ſcriptura, quæ eidem libro optimo debetur. Antea vbique lectum, *Equi ſudorem & frontem curioſè extrico.*

Pag. 2. verſ. 3. *Prataq; præterit.* In eodem libro, *Prataq; præteriit.*

4 *Pronus allectat.* Ibidem, *pronus adiecto.* ex quo quid extricem iam non habeo. enim locus neutiquam mihi ſanus videtur.

Ibid. *Duobus comitibus.* Vulg. *duob. comitum.*

5 *Et dum.* Ms. *At dum.*

6 *Exerto cachinno.* Aldina, Ven. Ro. Ber. & Baſileenſis poſterior, *exorto cach.* Baſil. 1. *extorto.* Nihil rectius ſcripta, quam poſuimus, lectione. Nec pluribus id habet probari.

8 *Sititor aliqui nouitatis.* Baſil. 1. *ſitior al. nou.* Cenſuerim emendandum, ſi fors tanti, Martianum Capellam lib. 1. *At vorax hominum, ſititorq́; etiam ſanguinis gradiebatur.* vulgò, *at vorax omnium, ſitiorq́;.* De Plutone loquitur.

9 *Impariæ ſermone.* Ms. *ſermones.* 1. Rom. *ſermonem.*

Ibid. *Curioſum.* Legit Beroaldus, *curio ſum.* At ſæpius curioſitatis ſuæ meminit Apuleius. quod paſſim in hoc opere videre eſt. Ms. *curioſus.* non melius.

11 *Aſperitudinem.* Vetus, *aſpritudinem.*

18 *Pertexere.* Ald. Ven. *prætexere.*

20 *Perhibeantur.* Ms. *prohibeantur.*

24 *Veſperna.* Cuſi omnes & Ms. *veſpera.* Secutus hic ſum fidem Bapt. Pij, qui ita eſſe in ſcriptis libris à ſe inſpectis teſtatur. Feſtus: *Veſperna apud Plautum cœna intelligitur.* Vide & Donatum in Eunuchum Terentij. Ergo *Veſperna*, id eſt, in cæna.

25 *Polenta caſeata.* An, *placenta?* Ælianus Var. hiſt. lib. III. ὁ δὲ ἀπιδὼν εἰς τὸν πλακοῦντα, ἤρετο τί βούλεται, τὸ πέμμα ἐκεῖνο εἶναι. ὁ δὲ κομίζων ἀπεκρίνατο, ὅτι ἐκ μέλιτος καὶ τυροῦ, καὶ ἄλλων τινῶν κατεσκεύασται. Et hodie placentæ fiunt ex caſeo. plura in hanc rem hic Beroaldus. In vulgatis codicibus ſubiungitur, *mordico ſecurius*, vel, vt quidam, *modico ſecurius*: quod in Ms. non eſt, & nos induximus. Si retinendum putas, legeris potius, *mordicus ſecuri in conuiuas æmulos contruncare geſtio.*

26 *Ima gula.* Ms. *mea gula.*

28 *Et ante Pœcilen*) Non contemnenda I. Gulielmij amici amiciſſimi mei coniectura, *exante.*

33 *Inguinem ſubit.* Col. Ald. *inguen.* Venet. *inguimen.*

Pag. 3. verſ. 6. *Qui cœperas.* M s. *Qui acceperas.* Scribe, *Qui occeperas*: vt & doctiſſimo amiciſſimoque Theodor. Cantero viſum.

7 *Ingreſſu.* Idem, *ingreſſum.*

Ibid. *Solus hic.* M s. *ſolus hæc.* Ald. *ſolus hac.*

8 *Participabo.* M s. *participa[illegible]* & quod ſequitur ſic, *Hæc tibi merces expoſita eſt.* Ald. vero, *Hac tibi m.* &c.

12 *Nec vos vlterius dubitabitis.* Vulg. *Ne & vos vlterius dubitetis.*

14 *Sed vt prius noritis qui ſim*, &c. Hæc & pauca quæ ſequuntur mutila & mendoſa in ſcripto exemplari, ad hunc modum: *Sed vt prius noritis cuiatis ſim, qui ſim AEginenſis audite, & quo queſtus teneam melle*, &c. Sed ſingula conſideremus.

15 *Quo quæſtu teneam.* Ita repoſui veteris libri veſtigia ſecutus, cuius ſcripturam iam dedi. Vulgati, *quo quæſtu nunc eam.* Locutione eadem vſus Plautus Pſeudulo:

> *Nec boni ingenij quicquam in his ineſt, niſi vt improbis ſe artibus teneant.*

Sic lib. IX. *Fabriles operas præbendo, paruis illis mercedulis vitam tenebat*: id eſt tuebatur, ſuſtinebat.

15 *AEgienſis.* Magis probo quod in quibuſdam libris, *AEginenſis.* Ægina enim emporio celebris. Hinc æs Æginéticum apud Plinium, vt hic bene notatum à Beroaldo. Diphilus Negotiatore:

> Οὐδεὶς ἀποκρινεῖτ' ἂν ἐρωτήσης, πόσου
> Ὁ λάβραξ; δέκ' ὀβολῶν. οὐχὶ προσθεὶς οἱ πόσοι
> Ἐπειδὰν γ' ἀντ' ἀργύριον αὐτῷ καταβάλῃς,
> Εἴσπραξε Αἰγιναῖον.

Locus eſt apud Athenæum, Dipnoſophiſt. lib. III. Lucianus de Luctu: Καὶ εἰ δεῖται παρ' ἐκείνοις Ἀττικὸς ἢ Μακεδονικὸς ἢ Αἰγιναῖος ὀβολὸς. Vnde, negotiatoribus frequentatam & habitatam hanc inſulam, veriſimiliter quis coniectauerit.

18 *Vltro citro.* M s. *vltro citroque.*

Ibid. *Comperto itaque, Hypatæ*, &c. Male vbique habitus hic locus. M s. *Comperto itaque Hyp. ciuitatis cunctæ Theſſ. antepollere caſeum rec.* Ald. *Comp. itaque q. H. quæ ciuitas c. Th. antep.*

mp. eſſet caſeum, recentem. Ex quo lectio, quæ à nobis excudi iuſſa. Reliqui vulgares, *Quod Hyp q. c. c. T. a. eſſet caſeum recens.* Quod tolerari poterat. ſed illud maluimus. Papinianus: *Cõperto matrem ſuam inteſtatò deceſſiſſe.* Paulus: *Non diſſimulato ſe libertum eſſe.* L. X. D. De in ius voc. Salluſtius lib. VI. Hiſtoriar. *Comperto lege Gabinia Bithyniam & Pontum conſuli datam.* Sed quid aliunde petimus, quæ domi habemus? Infra lib. VII. *Cognitoq; quoſdam, immo verò fortiſſimum quemq; variis quidem, ſed impigris caſibus adoppetiſſe.* Et lib. VIII. ut nunc primum emendauimus: *Canes venationis indagini generoſæ mandato, cubili reſidentes inuadere beſtias, immittuntur.*

20 *Commodo pretio.* Sic Ms. & Ald. Reliqui, *commodus precio.*

Ibid. *Adcucurri.* Ms. Ald. Col. Baſ. 1. *adcurri,*

Ibid. *Id omne.* in manuſcript. *ad omne.*

25 *Negotiator magnarius.* *Negotiatores magnarios* putem eſſe, quos nos **Groſſiers** vocamus. Inſcriptio vetus Romæ.

MAGNO. ET. INVICTO.
IMP. CAES. C. VAL. AVREL.
CONSTANTINO. PIO. FEL.
INVICTO. AVG. PONTIF. MAX.
TRIB. POTEST. COS. III. P. P. PROC.
D. N. CORPVS. CORIARIORVM.
MAGNARIORVM. SALIARIORVM.
DEVOTI. NVMINI. MAIESTATIQ.
EIVS.

Ibid. *Ergo igitur.* Baſ. 1. & Col. *Ego igitur.*

27 *Pene alius lurore ac miſera macie deformatus.* In manuſcript. *Pene alius lyrote ad miſeram maciem defor.* Doctiſſimus Lipſius doctor & ductor meus, legendum cenſebat, *pœnali lurore ac m. m. d.*

28 *Fortunæ deterrima.* Idem princeps Criticus, *Fortunæ determina,* emendabat. Feſtus: *Determina dicuntur, quæ decerpuntur purgandi cauſſâ.* Quid hac coniectura elegantius? Ego olim legebam, *Fortunæ detrimenta:* & ſic poſſe rectè vocari hominum illa mendicabula arbitrabar. Sed iam Lipſianum illud magis arridet.

29 *Agnitum.* in manuſcripto, *cognitum.*

31 *Domi tuæ.* Idem, *domui tuæ.*

33 *Mœrore diutino.* Col. & Baſil. 1. *mœr. diuturno.*

Pag. 4. verſ. 3. *At tu hic.* manuſcr. *At tu hoc.*

7 *Sutili centunculo.* Idem, *Futili cent.*

8 *Cetera emudaret.* Vulg. *cetera corporis remudaret.*

10 *Enitor.* manuſcrip. *innitor.*

11 *Sine ſine.* Sic ſcripſimus ex ſcripto cod. Ald. & Ven. Sine ſine, geminatio nō inelegans: vt apud Plautum ſæpius, Age age, Apage apage; Perſa, Epid. Moſtel. & alibi. Cæcilius Vmbris: *Age age puere: duce me ad patrios fines decoratum opiparè.* Turpilius Thraſyleone: *Age age egredere.* Lucillius lib. XXXVIII. *Agite agite fures.* Hæc pluribus, vt rectè emendatum à nobis videri Varronem apud Marcellum oſtendamus. Locus habet:

Adeſte, id eſt, à me quæ feram ignoſcite.

Reſcribo, *Adeſte, adeſte: à me quæ feram agnoſcite.* Et ideo verſus iſtos veteris Poëtæ apud Ciceronem lib. 1. de Diuination. non bene aliter explicaſſe maximus Turnebus videri poteſt:

Adeſt adeſt fax obuoluta ſanguine atque incendio.
Multos annos latuit. vos ciues ferte opem, & reſtinguite.

12 *Fruatur diutius tropæo Fortuna, quod fixit ipſa. Effeci ſequatur.* Variè hæc interpuncta & ſcripta. manuſcrip. *Fruatur diutr. F quod f. illa effeti ſequatur.* Ber. Ro. Col. *quod fixit ipſa, effeci ſequatur.* Baſil. 1. *effice ſequatur.* Venet. & Baſil. 2. *Quod fixit ipſa, effeci ſequatur.* Etſi inquit, Socrates etiamnum hìc iacere vellet, & hoc modo ſe excuſaret, quod non ſurgeret; tamen effeci vt me ſequeretur. Hanc putem huius loci mentem, &, quam poſui, veram ſcripturam.

14 *An contego?* Vulg. *anne contego.*

Ibid. *Quòd terſui opus ipſe.* Ms. *quòd terſui opus eſt.* Vulg. *quòd terſui ipſe præminiſtro.* quòd certè iſti ſcripro nō poſtpoſuerim.

15 *Eluuiem effrico.* Vulg. *eluuiem operosè effrico.*

16 *Probè curatum.* Iidem, *probè curato.*

Ibid. *Laſſus.* manuſcrip. *lapſus.*

18 *Iam ad lubentia procliuus eſt ſermonis.* Vulg. *Iam ad lubentiā procliuis eſt ſerm.* Lubentia ſermonis, id eſt, lubentes, iam ſermones

ſermones: vt, Ardua montium, ardui montes, & alia paſſim obuia. Procliuus, vt Hilarus, Imbecillus, Inanimus, Humilus, & ſexcenta ad eum modum.

Plautus Milite: *Feciſti modo mihi ex proclino palam rem.*

19 *Scitum eſt* manuſcrip. *ſcitum &.*

Ibid. *Dicacitas tinnula.* Idem, *dicacitas timidæ.*

20 *Cruciabilem ſuſpiritum.* Vulg. *cruciabile ſuſpirium.* Sic legendum lib. v. *Deque nimio pallore corporis & aſsiduò ſuſpiritu.* vt & edidimus. item lib. v i. *Votiſq; crebros intermiſcet ſuſpiritus.* & lib. x. *Et ſuſpiritus cruciatus tarditate vehementior.* Corrigendus & Plautus Ciſtellaria: ——*Vt petiniꝫ*

Suſpiritum altè. & pallidula es.

Sic enim ibi in veteribus libris: quod magis implet aures, quam, *Suſpirium*, ad iſtum affectum præſertim exprimendum. Etiam apud Ciceronem lib. 1. Epiſt. ad Atticum. *Conſul eſt impoſitus nobis, quem nemo præter nos Philoſophos adſpicere ſine ſuſpiritu poſsit*, rectè in quibuſdam veteribus legitur, non *ſuſpirio* vel *ſuſpiratu*: quòd doctiſſimus acutiſſimuſque Boſius mauult.

Ibid. *Dextra ſæuiente.* Malè vulgati omnes, *dextra ſeruiente.* Sic lib. v i i i. *palmulis ſæuientibus.*

24 *Macedoniam profectus.* Iidem, *Macedonia prof.* At Macedoniam profectus, id eſt, in Macedoniam profectus: quod vulgò dicunt. Plautina locutio hæc. Curculione: *Rogat quid veniam Cariam.* Perſa: *Eretriam miſit.* id eſt, in Cariam, in Eretriam. Lib. i i. *Te Theſſaliæ conſiſtere.*

27 *Lacunoſa conualli.* Vulg. *Lacinioſa conualle.* Quod non improbandum. Laciniæ ſunt flexus, meatus, ambages rei cuiuſlibet. De fontibus libro v i: *Qui ſtatim proni foraminis laciniis editi, pérque procline delapſi & anguſti canalis exerto conueſti tramite, proximam conuallem latenter incidebantꝫ.* Ex quo clarum, quid lacinioſa conuallis. Hinc ſermo lacinioſus, pro flexo & ambitioſo, longo. Tertullianus de Virginibus velandis: *Naturaliter compendium ſermonis & gratum & neceſſarium eſt: quoniam ſermo lacinioſus & oneroſus, & vanus eſt.* Eadem tralatione noſter Apologia 1. *Namque ita vt corporis ſanitas expedita eſt; imbecillitas lacinioſa.* Sed etiam conualles lacunoſæ infra lib. i v.

28 *Vtpote.* Diſpeſce, *ut pote.*

31 *Peregrinationis diuturnæ.* Ro *pereg. diuinæ.* Lege, ſi quid mutas, *diutinæ.*

Ibid. *Eiq; cauſſas,* &c. Amplior hic locus in vulg. *Eiq; cauſſas & peregrinationis diuturnæ, & domuitionis anxiæ, & ſpoliationis diurnæ aperio. Et dum, miſere refero,* &c. Scripta lectio concinnior aptiorque nobis viſa.

32 *Me ſatis quàm humane.* Vulg. *quæ memini, illa me quam hum.*

33 *Vrigine percita.* M s. & Baſil. 1. *virgine perc.* Alibi vſus hac dictione noſter: quæ in Ald. Rom. Ven. Col. integra manſit & explicata hic à Beroaldo.

Pag. 5. verſ. 1. *Vnico congreſſu.* Scriptus codex, *vnico connexu.* Infrà lib. 11. *Et à nexu quidem Venereo hoſpitis tuæ tempera.* Nihil tamen mutare volui.

4 *Sagariam.* Ita malui quam quod alij, *Saccariam.* Negotiatio Sagaria apud Vlpianum L. 11. D. Pro ſocio. Lapis in inſula Tranſtiberina:

I. O. M.

VOLVVIO. TERTVLLO.

NEGOTIATORI. SAGARIO.

EX. APVLIA.

5 *Quo me.* Baſ. 1. *quoad me* M s. cum reliquis, *quid me.* Id quod hic cuſum vides ex Baſ. poſteriori editione eſt.

7 *Dignus inquam.* Abeſt τὸ *inquam,* à manuſcripto.

13 *Intemperantiè.* M s. *intemperate.* Sic veteres olim. In pandectis Florentinis ſemper Prægnatis, & ſimilia.

Ibid. *Ain tandem.* Idem, *An tandem.*

15 *Saga, inquit, & diuinipotens cælum deponere.* Non bene hæc cohærent: ſcripſerim potius, *Saga, inquit, & diuina potens cæl. dep.* &c.

16 *Deos infimare.* Minus rectè Baſ. 1. & Ven. *Deos infirmare.*

17 *Oro te inquam.* Addit copulam, M s. & Baſ. 1. *Et oro te inquam* Ber. & Col. geminant hæc, *Et oro te inquam, oro te inquam.*

18 *Dimoueto.* M s. *admoueto.* & in margine adſcriptum, al. *dimoueto.* Num *amoueto?* Cicum non interduim.

22 *Antichtones.* Idem, *Authyothones.*

Ibid.

Ibid. *Folia ſunt artis.* Lipſius, *Folia ſunt farfari.* cuius ſuper hoc adi Epiſtolicas Quæſtiones.

14 *Vi aliam temeraſſet.* Vulgar. *in aliam temeraſſet.* quod Cantero noſtro magis placet.

15 *Captiuari metuens, ab inſequentib* &c. Iidem, *Captiuitati met. ab inſeq repræciſione genitalium ſe liberat.* Captiuari probum verbum. Gloſſæ veteres H. Stephani: Αἰχμαλωτίζομαι, *Captiuor.* Frequens in Theologis veteribus Tertulliano, Ambroſio, Hieronymo, aliis.

30 *Officioſis ronchis.* Manuſcr. hæc duo deſunt.

31 *De foro quidem.* Nec magis τὸ *quidem* idem agnoſcit.

Pag. 6. verſ. 1. *In ſarcinam prægnationis obſepto vtero.* M s. *in ſarcin. præg. obſceno vtero*: Ro. *obſeto*: Ven *obſecto.* Fortè, *obdito.* Sed nihil vulgatæ ſcripturæ antetulerim. Sic inf. hoc ipſo libro: *Foribus obſeptis.* & lib. III. *Horreum validis clauſtris obſeptum.* Quod facit vt paulo aliter quàm edidi cenſuerim legendum, *etiam ſarcina prægnationis obſepto vtero.*

2 *Repigrato fœtu.* M s. *repigſo.* ex quo feliciter Lipſius, *repigrato.* & nos iamdudum cenſueramus ſic legendum videri: poſtea ab Aldo ita impreſſum repperimus. Reliqui vulg. *repugnato.* Sic lib. VIII: *Cum & ipſo lumine dirarum beſtiarum repigratur impetus.* Et Pigrare veteres dixerant. Attius Erigonis:

> —— *Fateor. ſed cur propter te pigrem*
>
> *Hæc, aut huiuſce dubitem parcere capiti?*

Lucretius lib. I.

> *Quòd niſi pigraris, paulúmue receſſeris ab re.*

3 *Numerant.* In manuſcripto, *ſciunt numerantia.* Quod quid ſibi velit, neſcio.

4 *Quæ cum.* Manuſcr. al. *quàm cum.*

6 *Saxorum iaculationibus.* Frequens ſupplicium apud veteres Græcos. Ælianus Var. hiſtor. lib. VII: Ἐξὸν ἂν ὄντων Ἀθηναίων βάλλειν αὐτὸν λίθοις. Parthenius de Amatoriis affectionibus, cap. XXI: —— οἱ μὲν ἔπιφραν

> Πανσυδίῃ δημίνησιν ἀράσσοντες λιθάδεσσιν.

7 *A Creonte.* Manuſcrip. *Acreonem.*

10 *Denſerat.* Idem liber, *denſerat.*

Ibid. *Deuotionibus ſepulcralibus.* Legendum reor apud Tertul-

Tertullianum lib. de Spectaculis, cap. 11. *Vis homicidium ferro, veneno, Magicis deuotionibus perfici.* malè enim vulgò, *Magicis deuinctionibus.*

11 *In ſcrobem procuratis.* Lucianus Necyomantia: Βόθρον ὠρυξάμεθα, καὶ τὰ μῆλα ἐσφάξαμεν καὶ τὸ αἷμα περὶ τὸν βόθρον ἐσπείσαμεν. ὁ δὲ μάγος ἐν τοσούτῳ &c.

13 *Non fores euelli.* Ex manuſcr. Ven. Ald. addidimus *euelli.* aliis deerat.

16 *Si qui aliud cogitauit.* Vulg. *ſi qui aliud cogitarent.* Si qui, vulgò ſi quis. Lib. VI. *Si qui cœtu cæleſtium defuiſſet.* Paulus lib. II. Sentent. *Si qui debitum quocunque modo confeſſus docetur.* Sic Aliqui Tertul. de Anima: *Aliqui Chriſippi adſentatori ludunt.*

24 *Ante portam proiecta domo diſceſſit.* Ms. *An port. p d d.* Ro. Ald. Col. *Ante portam pr. d. diſcedit*: Ven. *diſcedit*: Baſ. I. *diſedit.* Ego ante ſcriptum exemplar viſum, putabam ſcribendum, *antè portam proiecta domus deſedit.* Sed iam in veteri ſcriptura acquieſco. Poſtquam domum illam ante portam ciuitatis proieciſſet, abiit.

30 *Antelució.* Vulg. *antè lucem.* Infra: *Antelució volo ire.* Lib. IX. *Nam & antelució, recubans adhuc, ſubiungi machinæ nouitium clamabat aſinum.* De hoc etiam monuit Lipſius poſterioribus Electis. Eſt & pro eodem in noſtro reppertis *Anteluculò.*

Ibid. *Quam pote.* Vulg. *quam putas.* In manuſcr. *quam pota.* Cenſui olim emendandum, *quàm poteſt*: vt ibidem Lipſius etiam reſcribit. cuius fretus auctoritate non dubitaui reponere, *quam pote.* Gloſſæ veteres: ὡς δυνατόν, *Quàm poteſt.* Plautus Menæchmis:

Concede huc mea nata ab iſtoc quàm poteſt longiſſimè.

& Sticho:

Libros inſpexi. tam confido quàm poteſt.

Milite: *Quàm poteſt, tum verba confer maximè in compendium.* & alibi. Non aliter etiam hunc locum correxit in Quæſt. Plaut. elegantiſſimus Gulielmius meus: cuius vt vita mihi iucundiſſima ſemper; ſic mors acerbiſſima accidit.

31 *Vinolentia.* In manuſcr. *violentia.*

Ibid. *Diurna fatigatione.* Ms. Ald. Ven. Baſ. I. *Diurna*

fatig.

fatig. Intelligo de die fatigatum Socratem, de nocte ſomno ſe reficientem.

Pag. 7. verſ. 1. *Pone cardines.* plerique libri, *cardinem.* in manuſcr. *cardine.* Aldum ſecuti ſumus.

5 *Grabatulus.* *Vulg. Grabatus.*

8 *Et excuſſum.* In manuſc. *atque excuſſum.*

11 *Sæpiculè.* Margarita poëtica, in qua etiam ex hoc ſcriptore quædam laudantur, legit, *ſæpiuſculè.* Opus eſt ita inſcriptum, è lectiſſimis probatorum auctorum locis collectum, aliquoties in hiſce Notis citabimus. Et Sæpiculè & Sæpiuſculè alibi in Apuleio legas. Itaque nihil hic mutandum.

13 *In infimum deiectus.* Plures impreſſi præpoſitionem *In* ignorant. Lipſius malebat, *in ſinum deiectus.* Tamen Seneca Epiſtola XCII: *Non video enim quomodo non in infimum agatur è faſtigio ſuo deiecta virtus.*

18 *Carus Endymion.* Margo Baſ. 1. Col. Ven. *Endoſmion.* Ms. *Enoſmion.* Ald. *Endromion.* Beroaldus variè. vide ipſum. Iuuenalis Satyra x.

Sed tuus Endymion dilectæ fiet adulter Matronæ.

19 *Subterhabitis.* Repone, *inſuperhabitis.* ſic enim in veteribus libris eſſe teſtis Muretus Var. lect. & de coniectura emendauit Veriſimil. Gulielmius meus. Hoc verbum primus eruit doctor noſter I. Cuiacius litteratiſſimis Obſeruationibus ſuis: vbi illi ex noſtro hoc iuriſque noſtri auctoribus, aliiſque collecta exempla.

Ibid. *Hic qui meis.* In manuſcr. *Hic eſt qui meis.*

20 *Verùm fugam inſtruit.* manuſcr. & excuſi quidam, *verumetiam fug. inſtr.*

21 *Calypſonis.* Vulg. *ſum & Calypſonis.* non æquè bene. Multa huiuſce locutionis paſſim in hoc ſcriptore obuia exempla. Dixiſſet etiam, *vicem Calyſonis deſerta.* promiſcè. ne quis putet vbiq; hoc vel illud dumtaxat reponẽdum.

25 *Et hæc omnia conſpicit.* Vulgarij omnes, *Et hæc omnia conſpexit.*

27 *Eum ſero.* In manuſcr. *cum ſero.*

30 *Vt grabatulus etiam ſucceſſus & inquietus.* Vulg. *adeò vt grabatulus etiam inquietus.*

33 *Membris*

33 *Membris eius deſtinatis.* Gloſſarium: *Deſtinat, ἀνάπτει.* An deſtinatis membris, id eſt, vinctis colligatiſque? Hoc certè Apuleio Deſtinare, Lib. IV. *Arrepto lorο mea anſulam quamdam deſtinatum rurſum cadendo confeciſſem.* &: *Non ante fores loco valido deſtinatis.* Lib. VI. *Lorum quo fueram deſtinatus, abrumpo.* Apollinaris Sidonius lib. I. Epiſtolarum: *Captus deſtinatuſq; peruenit Romam.* qui huius ſcriptoris diligens imitator. Sed illud περιαπτεῖν huic loco videtur conuenire magis.

Pag. 8. verſ. 1. *Tunc fabulis.* Vulg. *quam fabulis.*

5 *Demergit.* Manuſcrip. *demerſit.*

Ibid. *Vterculo.* Idem, *vtriculo.*

7 *Ne quid demutaret credo à victimæ religione.* Venuſtiſſimè tangit ritum vetuſtum & ſacrum in extis extrahendis victimarum. Lucianus de Sacrificiis: Καὶ ὥσπερ ὁ Κύκλωψ ἐκεῖνος, ἀνατέμνων, καὶ τὰ ἔγκατα ἐξαίρων, καὶ καρδιουλκῶν, ἐπὶ τοῦ βωμοῦ περιχέων. Petronius Arbiter Satyrico: *Recluſo pectore extraxit fortiſſimum iecur, & inde mihi futura prædixit.*

9 *Penitus.* In manuſcr. *ꝓtinus.* Num *protinus*? Sed vulgarem lectionem non ſollicitauerim.

Ibid. *Contubernalis mei.* Idem non habet *mei.*

Ibid. *Cum ille.* Idem, *cumq; ille*

12 *Quàm maxime patebat.* Sic Baſil. I. Reliqui omnes, *qua maximè patebat.* Quod rectum. Lib. IV: *Qua clauis immittendæ foramen patebat, ſenſim immiſſa manu.* & alibi. Fuit tempus cum alteram lectionem magis probarem.

13 *Offulciens.* Ex Ms, & Ro. Alij omnes, *effulciens.* Lib. IV. *Multis laciniis offulto vulnere, ne ſtillæ ſanguinis veſtigium præbeant.* Princeps Iuriſconſultorum legit, *effingens*, Obſeruat. lib. XIII.

14 *Per fluuium.* Vulg. *per flumen ne.*

Ibid. *His editis, ab imo.* Iidem, *His editis ab vna.*

15 *Varicus.* Manuſcr. *variciis.*

18 *Cardines ad foramina,* &c. Idem, *cardines & for. reſidentes poſtes & repag.*

20 *Nunc etiam.* Ro. Ven. *etiamnunc* alij, *etiamnum*, quod ſe repoſuiſſe teſtatur Beroaldus ipſe. Maluiſſem ſaltem, *etiamnunc.* Lib. IV: *In vallem proximam etiamnunc ſpirantem præcipitant.*

ſpiciunt. Nihil hoc paſſim in Apuleio frequentius, & Plauto. Epidico:

Patrem videre ſenem non vult etiamnunc.

Reſtituerim lubens Menæchmis:

ME. *Dic, quid eſt id, quod negem quod fecerim?*
ER. *Pallam te hodie mihi dediſſe uxoris.* ME. *Etiamnunc nego.*

Editum vbique, *Sed iamnunc nego.*

Ibid. *Inanis.* Iuſſeram excudi, *inanimus.* Male illud legitur in Baſileenſibus libris. Ald. *inanimis*

21 *Lotio perlitus.* Legendum fortean videatur, *lotio perlutus.* ante enim: *Quoad me vrinæ ſpurciſſimæ madore perluerent.* & De Mundo: *Imbribus perlutas eſſe totas regiones.* Sed alterum illud etiam habet quo nitatur. Lib. II: *Anhelans & ſudore perlitus.* vbi tamen quoque *perlutus* in antiquis libris legitur. Paulus noſter Sententiarum lib. V: *Si quis fimo corrupto aliquem perfuderit, cæno, luto oblinuerit.*

23 *Deſtinatæ iam cruci candidatus.* In manuſcr. *Damnatæ iam cr. c.* Plautus Milite: *Contubernalis cruci.*

24 *Quid, inquam, me fiet.* Vulg. *Quid inquam de me fiet.* Cōmica locutio, & Plautina præſertim; tamen reſtituenda Pœnulo:

Quin mea quoque iſte habebit, ſi quid me fuat.

perperam enim etiam vulgarunt, *ſi quid de me fuat.* Exempla alia non congero, quæ cuique in mundo.

Ibid. *Paruerit.* In manuſcr. *patuerit.*

25 *Cui videbor veriſimilia dicere, proferens vera.* Baſ. I. *Cui vid. veriſ. differentiæ proferens.* & in marg. *differens.* Alij, *Cui vid. ver. dicere perſ. v.* manuſcrip. *perferens.* Ex quo ſcripſi, *proferens.* Plautus Amphitruone:

——*quæ neque fieri*
Poſſunt neque fando vmquam accepit quiſquam, profers carnifex.

26 *Suppetiatum.* Manuſcrip. *ſuppetiarum.*

27 *Iugulatur.* Ven. *iugulatus.*

29 *Arbitro pepercit.* manuſcr. *arbitro non pep.*

31 *Optimum itaque factum viſum.* Vulg. *Optimum itaque factum viſum eſt.* Nos ſcriptam probamque lectionem expreſſimus. Plautus Aulularia:

Nunc

Nunc hoc mihi factum eſt optimum, vt ted auferam
Aula in Fidei fanum.

Modeſtinus I C. *Optimum factum eſt, curatorem ei primu-iungi*, L. IX. D. de Suſpect. tutor.

Non bene aliter legit Lambinus Pſeudolo:

Nunc adeo hoc factum eſt optimum, vt nomine quamq; appellem ſu

vel Camerarius Pœnulo:

Bonum hercle factum, pro ſe quiſque vt meminerit.

Legerim etiam* in Gellio lib. I. cap. III: *Quod mihi optimum factum duxerim, diuerſum eius aliis ſuaſiſſe.* Vbi in Pariſienſi poſtrema etiam editione, *optimum factu*. Sic *æquum factum* repoſuerim Truculento:

Si eget, neceſſe eſt nos patiatur ali. ita æquum factum eſt.

Tertullianus de Pudicitia: *O edictum cui adſcribi non poterit* BONVM FACTVM! Plautus alibi:

BONVM FACTVM, *edicta vt ſeruetis mea.*

Ex qua formula ſuſpicari eſt hunc loquendi modum manaſſe.

Pag. 9. verſ. I. *Et ſubdita claui.* Copula non eſt in vulg.

2 *Deſeratæ.* In manuſcripto, *reſeratæ.*

7 *Qui hoc noctis iter incipis.* Plerique vulg. *quid hoc noctis.* Plautus Amphitruone: —*Qui hoc noctis ſolus ambulas.*

Ibid. *Hem? etſi.* manuſcrip. *Nemeſi.*

8 *Nos cucurbitæ caput non habemus vt pro te moriamur.* Prouerbialis locutio. Sic Menander:

Ἐμὲ Νικομάχου πρὸς τὴν στρατιώτην τάξαι.
Ἂν μὴ ποιήσω πέπονα μαστίγων ὅλον,
Ἂν μὴ ποιήσω ἀπεψίας μαλακώτερον.

Quò etiam ſpectare putem Theopompum: *Μαλακώτερα πέπονος καὶ σικύου μοι γίγνεται.* Subtilius indagat originem huius dicti Beroaldus; aliter quàm doctiſſimus Iunius noſter Prouerb. Cent. II. Nos quod nobis videbatur, dubij adhuc, prompſimus. Non enim certa, ſed arbitraria hæc, eſſe volumus.

12 *Deſpoliari.* in manuſcr. *ſpoliari.* Vulgati ferè omnes *te ſpoliari.* Ald. ſecuti ſumus.

17 *Eſurientem mei* manuſcr. *exurientem me.*

19 *Reſeruaſſe.* Vulg. *ſeruaſſe.* Illud melius & ſæpius Apuleio

leio vſurpatum. Sed tædet hæc talia pluribus perſequi. Simili ſententia Epigrammatarius Græcus lib. I. Anth.

Εἰ μὴ νοῦ σε μεθῆκε θανεῖν, θανατὸν μὲν ἄλυπον
Νῦν ἔφυγες, ταμεῖον δ' ἐστὶ φυλαττόμενος.

23 *Exantlaſti.* Manuſcr. al. *exandiſti.* Fortè, *exhanſiſti*, & gloſſema fuerit.

25 *Reſtim, qua erat intextus.* Putaui aliquando ſcribendum, *reſtim, qua erat is tentus.* Obſeruaram enim olim reſtibus, funibus lectos vinctos & tentos: & ſic ſcriptum memineram à Lucillio Satyrarum lib. VI.

Tres à Deucalione grabati reſtibus tenti.

Eumdem corrigere iam nitor lib. XXX: *Vnus cùm ſternitur lectus reſtibus aptus.* Apud Nonium eſt, *Vnus conſternit nouis ... reſtibus aptus.* Thucydides: *Διέφθειρον σφᾶς αὐτὴς οἱ μὲν, ἀπὸ κλινῶν σπάρτοις. οἱ δὲ ἐκ τῶν ἱματίων παραιρήματα ποιοῦντες*, apud Suidam.

27 *Feneſtræ.* Vulg. *Feneſtra.*

Ibid. *Altrinſecus.* Manuſcr. *alt'aſecus.*

30 *Et miſſo capite.* Malim, *demiſſo cap.* vel, *immiſſo.*

32 *Ad gulam.* Vulg. *ad ingluuiem.* Certè gloſſæ antiquæ: *Ingluuies*, τράχηλος, λαιμὸς, Ἀποδερματισμός.

33 *Putris.* Manuſcr. *putrix.* ſic etiam Locuplex alibi.

Pag. 10. verſ. 1. *Decidens.* Vulg. *recidens.*

2 *In terram.* Manuſcr. *in textam.*

4 *Stertis innolutus.* Vulg. *Stratis inuolutus.*

6 *Merito.* Baſ. 1. & Ber. *immeritò.*

7 *Irrumpit.* Manuſcr. *irrupit.*

8 *Marcidum.* Male vulg. *marcidus.* De Socrate enim intellexerim.

10 *Ecce, inquam.* Abeſt, *inquam* à manuſ. & Baſ. 1.

16 *Olore.* Manuſc. Ald. Baſ. 1. *odore.* Arnobius aduerſus Gentes lib. II. *Amara ſunt enim elementa, vel dulcia: odoris ſunt lenius, vel oloris; vt ex eorum concretione credamus partitas eſſe naſcentibus qualitates, quibus aut ſuauitas naſcitur, aut ſenſibus offenſio comparatur.* Hinc eſt odorari quid Odor, quid Olor.

Ibid. *At ego miſer.* Vulg. *At ego mirè.* Ingenioſe I. Guilielmius, *mi è re.* Sed ſcripta lectio certò vera.

19 *Diuino: &.* Baſ. 1. *diuno.* Copula deeſt vulgò.

27 *Spongia.* Deeſt in ſcripto libro.

28 *Næ merito.* Manuſc. & Col. *Ne immerito,* vt & Beroal. Baſil. 1. *Non immerito.* Nos Baſil. 2. ſequimur. Sed for-taſſis, *Ne immeritò,* id eſt, non immerito.

Ibid. *Medici fidi.* Lipſ. *medicifices.* vt *Significes* & ſimilia.

29 *Sæna & grauia.* Manuſcrip. *ſenia & gra.* Forte, ſana & *grauia.* quomodo ſeſe ſcriptum repperiſſe Louan. in quodam veteri libro Defloratorum, in quo ex noſtro etiam excerpta quædam, indicauit amiciſſimus Theod. Canterus noſter. Sed de hoc poſt latiùs.

32 *Aſperſum.* Idem, *aſſerum.*

Pag. 11. verſ. 1. *Viſus ſum mihi. Nam.* Manuſc, Ber. Ro. Ven. *viſus ſum, nihil nam.* Col. *nihil non.*

3 *Deficior.* Manuſc. Baſ. 1. *deficio.*

4 *Spiritu.* Vulg. *ſpiritui.* Non ſic veteres. vide Gell. lib. IV. cap. XVI. & reliquum Grammaticorum gregem.

5 *Ientaculum.* Manuſ. *iantaculum.* & ſic non ſemel.

7 *Reſideamus.* Vulg. *reſidamus.*

9 *Eumq; auidè eſitantem aſpiciēs aliquanto intentiore acie, atque pal-lore buxeo deficientem video.* Vulg. *Eumq. auidè eſit. aſpiciens* in *interiore macie atq. p. b. d. v.* Scripta lectione nihil video elegantius. Ego, inquit, cùm Socratem intentius aſpi-cerem comedentem, ſtatim eum iam pallidum deficere vidi. Atque, id eſt, ſtatim, mox. Ennius:

Atque atque aſcendit muros Troiana iuuentus.

Similiter, vt noſter, Plautus Bacchidibus:

Dum circumſpecto, atque ego tum lembum conſpicor.

Mercatore:

Poſtquam illic quod volui tranſegi, atque ego conſpicor
Nauem ex Rhodo.

Sic accipio Amphitruone:

Malum quod tibi Dij dabunt, atque ego hodie dabo.

12 *Sumſeram.* Manuſcrip. *ſumpſerat.*

20 *Ignauus.* Vulg. *ignauius.* Lib. IV: *In modum ſtipitis* vel *ignaui fluminis, cuncta cohibebat.* Sic enim ibi ex eiuſdem libri auctoritate ſcripſimus.

22 *Lacteo.* Manuſcr. *laqueo,* al. *lacero.*

26 *Repente de eo.* Idem, *de eo repente.* Quidſi, *derepente?* Sic

derepente

Derepentinò lib. III Floridor. & de Deo Socrat.

28 *In flumen pæne cernuat*. Vulg. *Corruerat*. Gloſſæ veteres: *Cernuat*, κυβιστᾷ Seneca Epiſtola VIII: *Non euertit fortuna, ſed cernuat & allidit*.

Prudentius contra Symmachum lib. I.

Cernuat ora ſenex barbatus, & oſcula figit.

vt in veteribus libris ibi rectè ſcriptum. Sic Sidonius Panegyrico Auiti: —*Curuato cernua collo*

Ora gerens.

30 *Arenoſa*. Vulg. *arenoſæ*.

Pag. 12. verſ. 8. *Decreuerunt*. Iidem, *decreuerint*.

9 *Prouenire*. Beroald. *euenire*. Manuſcr. *venire*.

12 *Auocauit*. manuſcr. *aduocauit*.

14 *Quo beneficio*. Vulg. *quod beneficium*.

18 *Lauorſum*. Ald. *ſeorſum*.

19 *Ingreſſu*. Manuſcript. *ingreſſus*. Sic alibi ſupra.

21 *Primoribus*. Vulg. *prioribus*. Ferè ſemper & vbique corrupta hæc dictio, & huic auctori non ſemel à nobis reſtituta.

25 *Extra vrbem totam, & pomerium colit*. Vulg. *qui extra pomerium & vrbem totam colit*. quam certè nunc præferendam cenſeo. Is eſt, inquit, Milo, qui quamuis extra pomerium habitet; tam amplis ædibus deuerſatur, vt vrbem poſſidere videatur. Et hæc ἀλληγορικῶς.

30 *Cum vxorem etiam calamitatis ſuæ comitem hab*. Vulg. *cum vxore et. cal. ſ. comite habitat*.

33 *Habitu mendico*. Vulg. *mendicantis*. Ennius Thelepho:

Regnum reliqui ſeptus mendici ſtola.

Pag. 13. verſ. 1. *Riſu*. Manuſcript. *riſum*.

1 *Peregrinantem cum tali*. Vulg. *peregrinaturum tali*.

4 *Modico ſecus*. Manuſcr. non agnoſcit τὸ *modicò*.

7 *Tam fortiter*. Vulg. *tam firmiter*.

10 *Meliora inquam*. *Inquam* abeſt à manuſcripto.

Ibid. *Et poſt reſponde. Dic oro*. Vulg. *Et potius reſponde an in mades*, &c.

12 *Corinthio Demea*. Ms. *Corinthio Demea viro*.

14 *Opperitor*. Sic Ber. & ſaniores alij libri: Ms. *operi minor*: Ven. *operiminor*.

15 *Introcapeſsit.* Manuſcript. *introcapeſſum.*

Ibid. *Modicò.* Idem, *modicum.*

Ibid. *AEdibus.* Idem, *foribus.* Plautus Amphitruone:

Herus ſalutator oppeſſulatas ante fores graditur.

16 *Intuli me.* Sic de cõiectura bene Gulielmius meus. cui adſtipulantur ſcriptus codex, Col. & Ald. Alij, intuli me.

18 *Aſsidebat pedes vxor.* Ritu Romano. Valerius Max. lib. II. cap. I: *Feminæ cum viris cubantibus ſedentes cœnitabant.* Iſidorus Originum lib. XX. cap. II: *Apud veteres Romanos vſus non erat accumbendi: vnde & conſidere dicuntur. poſtea, vt Varro ait de vita populi Romani, viri diſcumbere cœperunt, mulieres ſedere, quia turpis viſus eſt in muliere accubitus.* Scribendum cenſet Beroaldus, *Aſsidebat penes vxor.* quod contra moré, qui etiam obſeruandus. Sedebant vxores in gremiis maritorum, ergo ad pedes. Iuuenalis:

Signatæ tabulæ. dictum feliciter. ingens
Cæna: ſed & gremio iacuit noua nupta mariti.

Noſter lib. VI: *Accumbebat ſummum thorum maritus Pſychen gremio ſuo complexus.* Mollitiem femineam Sulpicij Galli inſectans P. Scipio Africanus: *Qui in conuiuiis adoleſcentulus cum amatore, cum chiridota tunica inferior accubuerit.* Eſt apud Gel. lib. VII. cap. XII. Et is qui ad pedes, dicebatur Inferius accumbere. De quo cùm cura Lipſius, ornamentum noſtrum, ad Annal. Taciti lib. XI.

20 *Properiter.* Ms. *pſperiter.*

22 *Aſsideam.* Idem, *aſsidam.*

23 *Etiamnunc.* Ms. *eamnunc.* Ber. & Ven. *etiamnum.* Iam diximus.

25 *Nulla eſt fibula.* Hoc videtur velle: ne vel fibulam è ſupellectile ſibiupereſſe. Ceterùm variæ hic lectiones. Ms. *Nulla eſcibula:* Ald. *Nulla eſt ſeſula:* Beroald. *ſellula, vel, ſeſsibula.*

Ibid. *Anne ſufficientem ſupellectilem parare nobis licet?* Procul abeſt vt inſtructum plenum ſupellectilis comparare poſſimus, qui ne fibulam quidem reliquam habemus. Hæc mens videtur. Poſſet fortè etiam legi abſque interrogatione. *Ac ne ſuffic. ſ. p. n. l.* vel, *Nam ne ſuff.* &c. eadem manente ſententia.

26 Fe

16 *Feci.* Adſedi, vt iuſſerat Milo.

Ibid. *Et ſic.* Ven. *Ecci & ſic.* In vet. cod. nihil horum.

27 *Deq; hac.* Mſ. *de qua hac.*

28 *Coniicerem.* Idem, *,nicem.* Fortè, *conuincerem.* quò etiam inclinat Ven. *conuiicerem.*

33 *Si contentus.* Plerique vulg. *ſis contentus*, excepto Ald. Pag. 14. ver. 2. *Hecales.* Baſ. 1. & Ven. *Ales.* Sed emendauit ante annos centum politiſſimus Politianus.

3 *Ancillula.* Mſ. *ancilla.*

5 *Lintea terſui.* Petronius: *Iam Trimalcio vnguento perfuſus tergebatur non linteis, ſed palliis ex molliſsima lana factis.* Item: *Video Gitona cum linteis & ſtrigilibus.* Nec de aliis ſentit Martialis lib. x.

Lintea ferret Apro vacuus cùm vernula nuper,
Et ſupra togulam luſca ſederet anus.

vel Seneca Epiſtol. XCV. *Vetemus lintea & ſtrigiles Ioui ferre, & ſpeculum tenere Iunoni.*

Ibid. *Huc eidem vſui.* Ber. Ro. Ald. Ven. *hæc eidem vſui.* Libens legerim, *huic eidem vſui.* Simile mendum tollere aliquando conati ſumus Plauti Menæchmis:

Sic huic decet dari facetè verba cuſtodi catæ.

cum quidam libri haberent, *Sic hic d.* alij, *Sic huc dec.* Hoc fortè præter rem videatur. Sed qui ſtudium noſtrum in hoc ſcriptore non improbat, idem etiam nos in Plauto quandoque eſſe æquo animo feret: quem ſibi noſter exemplar propoſuit, ad quod ſæpiſſimè lepidiſſimam ſuam orationem formaret & effingeret.

6 *Profer.* Mſ. *proferas.*

1 *Hic ego.* Idem, *His ergo.*

10 *Rerum iſtarum, quæ vbique itineris nos comitantur.* Veteres igitur peregrinantes balnei vtenſilia ad ſuum ſibi vſum ſecum habebant. Ab hoc more capiet lucem Plauti locus Mercatore: ——CH. *Tollo ampullam, atque hinc eo.* Loquitur adoleſcens profectionem adornans. Et Ampulla inter balnearia. quod alibi notamus ad hũc ipſum.

16 *Cupedinis.* Mſ. *Cupidinis.*

19 *Pythias.* Idem, *Phytias.*

20 *Aliquantum multum.* Vulg. *aliquantulum multum.* Scripta

lectio, quam poſui. Fortè ſcribendum, *aliquammulum*. Lib. III. Floridorum: *Cur à conſpectu auditorij aliquammultis diebus fuerim*. Apologia I. *Sed hæc defenſio, vt dixi aliquammultum à me remota eſt*. Et Apologia II: item alibi. Vſus & hoc Cicero Verrinis.

23 *Internißimus*. Ms. *intermißimus*.

24 *Cum à magiſtro*. Vulg. *è vaſtio*. Nihil certius ſcriptura veteri, nihil clarius. Itaque alia non quærenda.

27 *Annonam curamus, ait, & ædilem gerimus*. Papinianus: *Ideo condemnatus quòd artiorem annonam ædilitatis tempore præbuit*. L. XVII. D. de Compenſat. Facere non poſſum, quin hic coniecturam meam proponam de Plauti loco Pſeudulo, qui ſic vulgò legitur:

> *Principio Hedylium tecum ago, quæ amica es frumentariis.*
> *Quibus cunctis montes maximi acerui ſunt frumenti domi:*
> *Fac ſis ſit delatum huc mihi frumentum, hunc annum quod ſatis*
> *Mihi, etiam familiæ omni ſit meæ, atq; adeo vt frumento affluam.*

Notant viri docti alias legi, *Principiò edillum*. Ego diuinabam ſcribendum: *Principio, AEdilis ſum. tecum ago*, &c. Ego, inquit, varia hic imperabo: ac primum, vt ædilis, edicam quæ ad rem annonariam. Sic iosulariter de parasito Captiuis:

> *Euge, edictiones ædilitias hic habet quidem.*

Nec minus & Sticho: ——*ſine ſuffragio*

> *Populi, tamen ædilitatem hic quidem gerit.*

29 *Affatim piſcatum*. Ms. *affatim piſcatus*. Nihil mutandum tamen. Sic lib. VII: *Ac ne vinum quidem potatui affatim habemus*. Sic, Parum fidem, dixit Plautus Bacch.

> *Poſtremò, ſi pergis parum mihi fidem arbitrarier.*

Caius noſter: *Satis tempus ad quæſtum faciundum, vnde ali poſſit habeat*. L. XIX. D. de oper. libert.

31 *Quanti paraſti*. Ms. Ven. *quantum par*.

Pag. 15. verſ. 3. *In angulo ſedentem*. Vulg. *qui in angulo ſedebat*. Lib. II. *Omniumq; ora & obtutus in vnum quempiam angulo ſecubantem conferuntur*.

4 *Pro ædilitatis imperio*. Quod valebat plurimum in improbis mercibus, & iniquis preciis coarguendis, coercendis. D. Hieronymus: *Ab ædilibus, quos ἀγορανόμους Græci appellant*.

pellant vendentium coërcebatur rabies. Plautus Rudente:

Noui. Neptunus ita ſolet. quamuis faſtidioſus
Aedilis eſt. ſi quæ improbæ ſunt merces, iactat omnes.

Qui locus hinc lucem capiet. Iactat ædilis improbas merces, vt hic piſciculos pluris, quàm par eſt, venditos. De menſuris etiam cognoſcebant, quæ æquæ: iniquas frangebant. Perſius Satyra I:

Seſe aliquem credens, Italo quod honore ſupinus
Fregerit heminas Areti ædilis iniquas. Iuuen. Sat. X.
Huius qui trahitur prætextam ſumere mauis:
An Fidenarum, Gabiorumq́; eſſe poteſtas,
Et de menſura ius dicere, vaſa minora
Frangere pannoſus vacuis ædilis Vlubris?

Vlpianus: *Si quis menſuras conduxerit, eaſq́; magiſtratus frangi iuſſerit, ſiquidem iniquæ fuerint; Sabinus diſtinguit: vtrum ſcit conductor, an non. ſi ſcit; eſſe ex locato actionem: ſi minus; non. Quod ſi æquæ ſunt; ita demum eum teneri, ſi culpa eius id fecit ædilis.* L. XIII. D. Locati. Et hæc quidem de ædilium in his rebus poteſtate & officio. Ad quæ addi poteſt Calliſtrati locus in L. XII. D. de Decurion. 7 *Venditatis.* Vulg. *indicatis.*

8 *Theſſaliæ regionis.* Ms. *Theſſalicæ reg.* Theſſalia regio, vt ſuprà: *Si Theſſaliam proximam ciuitatem perueneritis.* Sic Varro *γεροντοδιδασκάλῳ, Libya citrus*: Plautus Trinummo, *Arabia terra*: Cato *Italia*: Salluſtius lib. IV. Hiſtoriarum, *Galliæ mulieres*: alij alia. Nec vnquam aliter Gellius.

Ibid. *Deducitis.* Ms. *ducitis* Præ vulgata, ſcripturam nullam aliam malo. Arnobius lib. I: *Neque vlla irruperit nouitas, quæ tenorem perpetuum rerum diſſociata continuatione deduxerit.*

9 *Meo magiſterio.* Ms. *noſtro magiſt.*

17 *Cubiculo.* Vulg. *cubiculum.*

22 *Dum contor, dum modeſtè renitor.* Ms. *dum contor & dum n. r.* Baſil. I. *contortum mod. ren.*

27 *Vernaculi.* Ms. & Venet. *venaculi.* B. Ambroſius lib. VII. Epiſtolarum: *Minus enim vile putatur ſeruire libero: geminatur autem ſeruitus, vbi ſeruitur vernaculis.*

31 *Sentit.* Ms. *ſenſit.* 32 *Somnolentum* Idem, *ſonolentum.*

Pag. 16. verſ. I. *Concedere.* Vulg. *concederem.*

4 *Optatæ me quieti.* Col. Baſ. I. & II. Ro. *exoptatæ me quieti.*

PETRI COLVI IN METAMORPHOSEON LIBRVM II.

NOTÆ.

PAGINA 16. verſ. 19. *Celebrentur*. Vulgati, *celebrant.*
22 *Cuncta conſiderabam*. Iidem, *ſingula conſid.*

30 *Id genus pecua dictura*. Mſ. *id genus*, ignorat. Ceterùm in eodem etiam, *dicturas*.

33 *Initio vel omnino veſtigio*. Lipſius, *indicio vel om. veſt.*

Pag. 17. verſ. 1. *Dum luxu temulento ſimilis*. Scripta hæc lectio: Vulgaria, *Dum in luxu nepotali ſimul*. Sic lib. VIII. *Indignanti ſimilis*: Floridis, *Canenti ſimilis*. Gellius: *Oſcitanti & allucinanti ſimilis*.

5 *Inflexum*. Mauult Lipſius, *implexum*.

10 *Obganniit*. Scriptus liber, *obgannit*.

Ibid. *Ipſi parentem*. Vulg. *vel ipſam parentem*.

12 *Rubore ſuffuſus*. Aldinus codex, *in rubore ſuff.* Num vt ſuprà, *Senex grauis in annis*. & lib. VIII. *In hebeti pigritia ſimil.*

Ibid. *Reiecto capite*. Putaui legendum, *deiecto capite*: Vt lib. III. *Capite in terram, immò ad ipſos Inferos iam deiecto*. Et: *Deiecto itaque & quaſſanti capite, ac demuſſata temporali contumelia.*

14 *Inexplicabiliter*. Sic membranaceus liber: in cuius margine notatum aliâs legi, *inexecrabiliter*. Debebat eſſe, *inequabiliter*: quod paſſim vulgò legitur. Ro. Baſ. 1. *æquiter.* Lib. XI: *Inexplicabili voluptate diuini ſimulacri perfruebar.*

15 *Adſingunt*. Vulg. *affigunt*.

Ibid. *Sunt congruentia*. Abeſt *ſunt* à Mſ.

17 *Cæſii quidem*. Mſ. *cæci ſiquidem*.

18 *In aſpectus micantes prorſus aquilinos, quoquo verſum florid.* Mſ. *in aſpectu micantes pr. aquilini, quoqu. florid.* Vulgati, *in aſpectus m. p. aquilinos, floridus ſpecioſus & immediatus inceſſus*. Et quibus ego etiam ſcribi poſſe putabam, *in aſpectu micantes prorſus aquilini, quoquouerſum floridi.*

19 *Quoquouerſum floridi.* Hoc magis appoſitum oculis. Vulg. *quoq. floridus*, tamquam de inceſſu.

Ibid. *Immeditatus.* Ven. Baſil. 1. & 2. *immediatus.*

20 *Quidni?* M s. *quid tu.*

22 *Socia fui.* τὸ *ſui* ex ſcripto libro à nobis additum.

Ibid. *Nam ex familia.* Vulg. *Nam & fam.*

25 *Clariſſimas.* Num proconſuli nupta? num præſidi? num ſenatori? Hi paſſim, & præcipuè in iuris noſtri libris, Clariſſimi vocati.

Ibid. *Fecimus.* Vulg. *Feceriмus.*

27 *Educatores.* Non ſolùm ergo mulieres, verumetiam viri educandis pueris olim adhibiti. Noſter lib. x: *Ad quemdam compertæ grauitatis educatorem ſenem protinus refert.* Imperator Inſtitut. lib. 1. Tit. Qui & ex quib. cau. man. non po. *Veluti ſi quis patrem aut matrem, filium filiámue, aut fratres ſororéſue naturales, aut pædagogum, aut nutricem, aut educatorem, alumnum alumnámue, aut collactaneum manumittat.*

33 *Sermonem altercamur.* Putaui aliquando ſcribendum, *ſerm. alternamus.* Sed iam nihil muto. Altercare ſeu Altercari nihil aliud Apuleio, quàm fabulari, verbigerare: & quandoque idem quod Alternare.

Pag. 18. verſ. 3. *Attollebant.* M s. *attolerabant.* & in margine, al. *ac tolerabant.*

4 *Quaqua pinnis.* Vulg. *quaq; pinnis.* Ven. *primis.*

Ibid. *Volubilis.* Malè quidam, *volubiles.* Pila volubilis, non facies ſtatuarum.

5 *Plantis roſcidis decitantes.* Non capio illud, *decitantes*: nec ſatis integrum mihi viſum. Malebam, *delibantes.* Veſtigium plantis delibare videbantur ipſæ ſtatuæ Palmaris deæ: hoc eſt, ſummatim dumtaxat contingere terram in lapide videbantur.

6 *Ecce lapis.* Vulg. *Econtra lapis.*

13 *Et, in quo.* Copula deeſt M s.

14 *Signifex.* M s. Baſ. Col. *ſignifer.* Arnobius lib. VI: *Inter ſignifices ille memoratus Phidias.* Sidonius: *Quem Gratia ſua cementariis, pictoribus, ſignificibusq; illuſtris, ſacrauit templis, formauit lunis.* Sic *AEdifex.* Tertullianus de Idololatria.

Ibid. *Sublatis canibus in pectus arduis.* Vulgati, *ſublatis canibus*

impetus arduus. Nihil rectius ſcripta lectione. Aliquando tamen, illam emendare nitens legebam, *ſubl. canib. in pectus rabidis.*

16 *Muſcis.* Scriptus, *muſtis.*

24 *Vite pendentes racemos.* Manuſcriptus codex, *rue pende* Ven. & Baſ 1. *rure pe. ra.*

26 *In dorſum proiectus.* Ms. *inde iam proie.*

30 *Inquit.* Idem, *ait.*

Pag. 19. verſ. 2. *Pamphiles.* Idem, *Pamphile.* An Pamphil

5 *Friuolis.* Idem, al *fribolis.* Friuuſculum & Fribuſculum apud Iſidorum & Iuriſconſultos noſtros.

6 *Sideralis.* Idem, *ſiderealis.*

Ibid. *Mergit.* Vulgati, *ſubmergere nouit.*

7 *Cum quemquam.* Iidem, *ſimul quemq.*

11 *Faſtidiens.* Scriptum, *faſtidio.*

20 *Manu eius.* Ms. *& manu eius.*

22 *Accelero veſtigium.* Vulg. *celero veſtigium.*

24 *Fabulis miſeris.* Ms. *fab. miſ'is.* Locus mihi parum ſanus videtur. Medeborne legens, *fab. miſcellis?* Et adhuc aliud huic loco quæro aptum magis: nec placet hic Beroaldi diuinatio.

28 *Enimuero.* Idem, *enim puero.*

Ibid. *Annixè.* Idem, *enixè.* Æquè bene.

31 *Te duxit.* Plerique, *te deduxit.*

Pag. 20. verſ. 1. QVOD BONVM FELIX, ET FAVSTVM. Locus hic antea miſerè deprauatus. Plerique vulgò, *Quod bonum felix & fau. ſit itaque, licet in ſalutare non erit.* Baſileenſis 1. τὸ *licet* non habet. Scripturam veteris libri expreſſimus. Poſſet etiam diſtingui, *Quod bonum fel. & fau. ſit itaque, licet mihi ſalutare non erit:* Phoris illa, &c. Et ſic lib. XI: QVOD FELIX ITAQVE AC FAVSTVM SALVTAREQVE TIBI SIT: *animo gaudia rurſum ſacris initiare, diis Magnis auctoribus.*

4 *Milonem.* Ms. al. *Milonei.*

5 *Suis dominis.* Idem non agnoſcit τὸ *dominis*, & cum eo aliquot impreſſi.

6 *Viſcum fartim conciſum.* Vulg. *iuſcum fartim circumciſum.* Iſidorus Originum lib. XI. *Pulpa eſt caro ſine pinguedine,* dicta

quod palpitet, reſilit enim ſæpe. Hanc pleriq; & viſcum vocant. Arnobius lib. VII: *Et quoniam tauris pinguibuſq; ſe dapibus, atque opimis inferciunt eſcis: ne quod ſtomachi tramite malè tranſuoratum ſubſtiterit viſcus.* Nec puté aliud eſſe *Viſcus aprugnum*, apud Lucillium, quod ponitur à Cariſio lib. I: vbi docet, Viſcus & ſecundo & tertio inclinatu veteribus vſurpatum fuiſſe.

Ibid. *Et pulpam fruſtratim collectam ad paſcua virulenta.* Hæc ſcripta lectio. Baſ. I. & Ven. *& pulpam fr. conſectam. Abacum paſcuè birulentam.* Beroaldus ſcribit, *Abacum paſcuè vinulentam.* Hieronymus Groſſotius Liſlæus litteras has bene doctus, amicuſque meus legebat, *Et pulp. fruſt. conſectam in cacabum ad paſcua iurulenta.* Sed omibus iſtis quæ poſui Lipſianam lectionem antetulerin, *Et pulpam fruſt. conſectam in abacum ad paſ. iurulenta.* Iurulenta, quæ alibi iuſſulenta. Varro lib. I. de Lingua Latina: *Vaſa in menſa eſcaria vbi pulmentum, aut iurulenti quid ponebant.* Sidonius: *Conuiuium per edulia nunc aſſa, nunc iurulenta variatum.* Locus hic non parum nobis negotij exhibuit. Quem puto vix aliter, quàm vt Lipſius voluit, ab ipſo Apuleio olim ſcriptum.

9 *Ruſſea faſciola.* Ms. & Ro. *rurſus ſea.* ex quo rectè olim Beroaldus, *ruſſea.* Non contemnendum planè tamen quod in poſtrema editione eſt, *rubea. Ruſſeus* & *Rubeus* idem. Gloſſarium vetus: Πυῤῥὸς, *Ruſſeus*, *Rubeus*, *Rufus*. Varro de Re ruſtica lib. II: *Colore potiſſimus nigro, dein rubeo, tertiò heluo, quartò albo.* Petronius: *Videmus ſenem caluum tunica veſtitum ruſſea.*

13 *Vndabat.* Vulgati omnes, *inundabat.* Quidam legunt, *undabat.* Beroaldus.

Ibid. *Adſpectu.* Ald. Ven. *adſpecto.*

10 *Dicacula.* Ms. *didacula.*

11 *A me ſoculo.* Vulg. *à me, à ſoculo.* Ms. *à meo ſoc.* poſtremam editionem hîc non mutauimus.

13 *Nec vllus.* Vulg. *Nullus.*

16 *Sed quid ego.* Iidem, *Vel quid ego.*

18 *Perfrui.* Ms. *perſtrui.*

Ibid. *Sicq; indicij huius apud me certa & ſtatuta ratione.* Vulgati quidam, *Sicq; ind. hu. ap. m. c. & ſt. ratio.* Col. *Sicq; indicij huius*, &c. Lib. V. *Et quamuis ſtatuto conſilio & obſtinato animo iam*

tum

tum facineroſas manus admonens. Nec aliter lib. VII. & alibi.
31 *Quòd in ceteris membris.* M s. *quod ceteris membris.* Ven. Ald. *quidem cet. mem.*

Ibid. *Floridæ veſtis.* Quæ mulieribus plerumque geſtata. Noſter lib. VII: *Sumpta veſte muliebri Florida in ſinus floccidos abundante.* D. Baſilius ad Gregorium Theologum: Μήτε δὲ ἐν χρώματι τὸ ἀνθηρὸν διωκέσθω, μήτε ἐν τῇ χλανίσι τὸ λεπτὸν καὶ μαλακόν. τὸ γὰρ τὰς ἐν ἐσθῆτι εὐχροίας ἀσπάζεσθαι ἴσον ἐστὶ γυναικείῳ καλλωπισμῷ, ὃν ἐκεῖναι ἐπιτηδεύουσι, ἀλλοτρίῳ ἄνθει παρειὰς καὶ τρίχας ἑαυτῶν καταβάπτουσαι. Martianus Capella lib I. De Nupt. Philo. & Merc. *Eius coniux grandæua corpulentaq́ue mater, quamuis fœcunda circumfuſaq́ue partubus, tamen floridam diſcoloramq́ue veſtem herbida palla contexuerat.* Notat Suidas: Νόμος Ἀθήνησι, τὰς ἑταίρας ἄνθινα φορεῖν Denique hominum delicatiorum erat florida veſte vti. Lucianus Nigrino: Τὴν δὲ ἐσθῆτα τὴν ποικίλην καὶ τὰς πορφυρίδας ἐκείνας ἀπέδυσαν αὐτὸν, ἀστείως πάνυ τὸ ἀνθηρὸν ἐπισκώπτοντες τῶν χρωμάτων, ἔαρ ἤδη λέγουσιν, καὶ πόθεν ὁ ταὼς οὗτος.

Pag. 21. verſ. 4. *Neque ſit huius rei vllum tam dirum exemplum.* Vulgati, *Ne quod ſit vllum huius rei tam dirum exemplum.* infra Lib. X. *Et in pace placida tam dirum ſæculo proderetur exemplum.*
5 *Eximiæ.* Ald. Ve. *eximiaq́ue.* Ibid. *Exſpoliaueris.* Vul. *ſpoliaueris.*
12 *Et contra Solis.* Baſ. I. Venet. *ecce Solis.* Ceterùm hæc male vbique antè interpuncta.
13 *Ac in contrariam.* Vulg. *At in contr.*
14 *Nunc vt aurum coruſcans in lenem deprimitur vmbram.* Veteris libri hæc ſcriptura: vulgata, *nunc aurum coruſcans in lenem mellis depr. vmb.* Et certè τὸ *mellis* iam non putem tollendum.
15 *Cærulos columbarum colli floſculos.* Ex eodē libro: in cuius margine adſcriptum alias legi, *cærulens* pro *cærulos.* porro vulgati libri, *cærulus columbarum collis floſc.*
16 *Vel nunc.* Excuſi omnes, *vel cum.*
17 *Diſcriminatus, & ponè verſum.* Iidem, *diſcriminatur.* Et *pone verſ.* malè ſcribunt, malè interpungunt. Nec pluribus hæc huiuſmodi perſequi inſtituimus.
Ibid. *Coarctus.* Iidem, *coactus.*
19 *Cùm frequente ſobole ſpiſſus cumulat verticem.* M s. *cum ſ. ſob. ſpiſſus c. v.* Baſ. I. & Venet. *ſpiritus.* Rom. & poſterior Baſ.

ſpiſſus

ſtriſus. *Spiſſus* primus repoſuit Beroaldus. quod certè etiam in ſcripto libro ita eſſe videtur. Sed etiam non male poſſe ſcribi exiſtimabam, *ſparſus*. B. Ambroſius lib. III. de Virginibus: *An quidquam eſt tam pronum ad libidinem, quàm inconditis motibus ea quæ vel natura abſcōdit vel diſciplina nudauit, membrorum operta nudare? ludere oculis, rotare ceruicem, comam ſpargere?* Et facit huc Lucianus: ἡ κόμη δὲ εἰς τοὐπίσω ὁ πλόκαμος συνεσπειράμενος οὐκ ἐλευθέριον φησὶν αὐτὸν εἶναι. *Coma & cincinnus retro ſparſus haud ingenuæ conditionis eſſe hominem loquitur.* Quod ſpectat etiam ad illud quod ſtatim, *Vel prolixa ſerie porrectus dorſa permanat.* Vide & Pollucem lib. II. cap. XV. Suboles in arboribus ſunt, αἱ παραφυάδες: quod ad Virgil. doctè notat Scaliger. Hinc arbitrari poſſumus quid etiam Suboles, in capillis. Varro Παπιαπάππαι, περὶ ἐγκωμίων: *Ante aures modo ex ſubolibus paruuli intorti dimittebantur, ſed cincinni oculis ſuppetulis, nigellis pupillis.*

23 *Capillum diſtinxerit.* Præpono lectionem Ald. Ven. & poſterioris editionis, *capillum diſtrinxerit.* Lib. XI. *Variis floribus ſublimem diſtrinxerat verticem.* Tamen Tertullianus: *Cedo acum crinibus diſtinguendis.* & Claudianus de Nuptiis Mar. & Honor. *Ipſa caput diſtinguit acu, ſubſtringit amictus.*

Ibid. *Ornata non poſſit abire.* Ms. *adire.* ex quo ſubſtitui quod vides. Lipſius legebat, eamdem lectionem ſecutus, *audire.* In vulgatis omnibus eſt, *videri.* Sed vt nos, ipſe etiam de Deo Socratis: *Vt neutra pars veſtrum, nec qui Græcè nec qui Latinè petebatis, dictionis huius expertes abiretis.* Et rectè emendatum ab eodem Lipſio Plauti Pſeudolo:

Profectò ædepol ego nunc probè abeo madulſa.

Promam & ego ſententiam meam de alio eiuſdem Plauti loco, in quo hoc dicendi genus reſtituendū etiam putarim. Legitur in Camerarij editione, Mercatore:

Qui bono ſunt genere nati, ſi ſunt ingenio malo,
Suapte culpa genere capiunt, genus ingenium improbant.

nec melius apud Lambinum. In veteri editione Pariſienſi, quam quidam Simo Carpentarius procurauit, poſteriorem verſum ſic ſcriptum repperi:

Suapte culpa de genere capiunt, genus ingenium improbant.

Vnde diuinatio mea, corrigendum videri,

Suapte

Suapte culpa degeneres abeunt: genus ingenio improbant.

Oppoſita hæc inter ſe, Genus bonum, malum ingenium. hoc qui præditi, illud improbant & corrumpunt. Non diſſimile Truculento:

—Verùm qui improbus eſt, aquam ſi bibit,
Sine adeo caret temeto; tamen ab ingenio eſt improbus.

32 *Morſicantibus.* Ms. *morſitantibus.*

Pag. 22. verſ. 1. *Amaritudinem contrahas.* Vulg. *amar. trahas.* Suprà lib. 1: *Annoſam & peſtilentem contraho.*

5 *Congermaneſcenti.* CL. Quadrigarius Annalibus: *Facit exemplo eorum, vt vos cum illis congermaneſcere ſciatur.* Corrigendus Varro rerum Humanarum lib. III. *Poſtea cum his vna rempublicam coniuncti & congermaniti tenuere.* Vbi excuſum, *congerminati*: &, propius ad veram ſcripturam, in ſcripto libro, *congermani.* A Congermaneſco congermanitus, vt à Coaleſco, coalitus.

12 *Cubiculum tuum adiero.* Ita correxi, veteris libri veſtigia ſecutus. Vulg. *in cubic. tu. adero.*

12 *Præpara.* Vulg. *compara.*

16 *Porcum opimum.* Iidem, *porc. optimum.*

22 *Diem ceterum.* Margo ſcripti codicis, al. *demum ceterum.*

23 *Concinnaticiam menſulam.* Idem codex, *concinnaticam menſ.*

26 *Formidans.* Idem, *reformidans.*

28 *Recreabar animo.* Æquè placet vulgata lectio, *recr. animi.*

32 *Lucernæ Sibyllam paſſimus.* Manuſcriptus, *lucernam Sibillam dicamus:* Vulgati veteres, *L. Sib. parcimus.*

33 *Candelabri.* Candelabrum idẽ cum lucerna eſſe vult Beroaldus. ſeparat tamen ab ea Paulus L. III. D. de Supel. leg.

Pag. 23. verſ. 2. *Huiuſce.* Vulg. *huiuſcemodi.*

3 *Iſtum igniculum.* Ms. *iſtud ignic.* Sic eodem genere Vectulum, Guſtulum, & ſimilia.

4 *Memorem tamen.* Baſ. 1. & 2. *memorem tum.*

8 *Turbulentat.* Ms. Ven. Baſ. 1. *turbulenta.* Lib. IX. *Adeo me ſtrepitus turbulentat.*

10 *Copulam nuptialem.* Ms. *copulas nuptiales.*

18 *Suffuſculus.* Ms. *ſuffulculus.*

20 *Merces optimas.* Adſentior Beroaldo ſcribenti, *m. opimas.*

21 Fortunam

21 *Fortunam ſcæuam, an ſcæuam.* Vulg. *Fortu. ſeueram an ſæuam.* Mſ. *ſcenam.*

24 *Enim.* Ignorat hoc Mſ.

25 *Quem cum.* Idem, *eum cum electum deſtinaſſet ille.*

27 *Quos mercedem diuinationis auferret.* Mſ. *quos in merc. diu. afferret:* Ro. *mihi cede diu. an.* Baſ. 2. editionem expreſſimus.

29 *Conuerſum amplexus.* Vulg. *conuerſus amplexuſque.* Ita vt in veteri libro ſcriptũ, diuinauit antè legendum Beroaldus.

Ibid. *Oſculatur.* Vulg. *exoſculatur.*

30 *Aſſideret.* Mſ. *aſſideat.* al. *aſſidat.*

32 *Quam olim.* Idem, Qñ. al. *qs.* Qñ. Puto, *quando.*

Pa. 24. v. 5. *Hoſtes & omnes inimici noſtri.* Mos deprecandi ſæua & infelicia, ſolemnis veteribus. Plautus Aſinaria:

AR. *Hem aſpecta. video.* DE. *Vtinam malè qui mihi volunt ſic videant.*

Et Mercatore:

AC. *Perimus.* CH. *Principium inimicis dato.* AC. *At tibi ſortitò id obtigit.*

Lucianus Alexandro: Ἡ ψυχὴ δὲ, καὶ ἡ γνώμη, ἀλεξίκακε Ἡράκλεις, καὶ Ζεῦ ἀποτρόπαιε, καὶ Διόσκουροι σωτῆρες, πολεμίοις καὶ ἐχθροῖς ἐντυχεῖν γένοιτο, ἢ συγγενέσθαι τοιούτῳ τινί.

7 *Turbinibus.* Mſ. *tribulationibus.*

9 *Præceps demerſa eſt.* Vulgarij, *præcipitio dem. e.*

11 *Extraximus.* Scriptus, *,traximus.* quod videtur eſſe, *contraximus.*

13 *Cui nomen eſt Ariſuatus.* Vulg. *nomine Ariſuat.* Scriptus etiam, *Aryſuatus.*

15 *Correptis.* Mſ. *reptis.* An, *raptis?*

17 *Impudentiæ.* Col. *imprudentiæ.* Baſ. 1. & Ven. *impuditiæ.*

18 *Nos omnes circumſecus.* Vulg. *Nos o. circ. adſtantes.* Expunxi poſtremum illud, iubente ita libro ſcripto. Sic legendum arbitror lib. III. *Inter tot millia populi circumſecus.* Græciſmus eſt: πάντες οἱ πέριξ.

20 *Iter dexterum porrigas.* Ita Mſ. Beroaldus olim repoſuit, it. d. *pergas.* quam lectionem pleræque præ ſe ferunt editiones. Fruſtra. Lib. VI: *Iter retrorſum porrigens.*

22 *Vltrò.* Mſ. *vltra.*

23 *Importunarum.* Vulgatum, *inopportunarum.*

Ibid. *Veſperæ eiuſque.* Mſ. *veſpera eius.*

26 Rurſum

26 *Rurſum.* Idem, al. *turſum.*

30 *Nam & pueris extra limen,*&c. Bapt. Pius in Sidonium teſtatur veteribus libris legi, *Nam & pueri ipſius ad limen, credo vt arb. noct. gann. ableg. humi quam procul diſtractum ſueta grabatulum.* Senſus tamen, quem ex hac lectione elicit, idoneus non videtur. Sed magis eſt vt adſentiar Beroaldo, cuius ſententiam hic ſecutus ſum. quam vide apud ipſum.

33 *Aßiſtit menſula.* Ms. *adſtitit menſulæ.*

Pag. 25. verſ. 1. *Calices boni.* Bene Lipſius, *cal. bini.* Bini, frigidæ & calidæ ſcilicet. Lucianus enim: τράπεζα δ' ἡ κλίνη παρεστήκει, ποτήρια ἔχουσα· καὶ οἶνος αὐτοῦ παρέκειτο, καὶ ὕδωρ ἕτοιμον τὸ ψυχρὸν καὶ θερμόν.

2 *Iuxta.* Ms. *vrē.* Neſcio quid ſibi velit.

Ibid. *Oriſicio ſenſim dehiſcente.* Ita hunc locum correxit olim Beroaldus. Ms. Ro. *officio ceßi in deaſcento:* Baſ. 1. *oriſicio ceſſui de aſcento.* Verùm putarim, *ceßim dehiſcente.* Ceßim, id eſt retro. Alfenus IC: *Interim ſuperius ploſtrum ceßim cœpit.* L. LII. D. Ad L. Aquil. Martianus Capella lib. VIII.

Ceßimq́; formidantes
Abeunt pedes tremore.

4 *Antecænia.* Iſidorus Originum lib. XX. cap. II. *Merenda eſt cibus, qui declinante die ſumitur, quaſi post meridiem edenda, & proxima cœna. vnde & Antecænia à quibuſdam vocatur.* Portunianus, vetus ſcriptor apud Io. Salisberienſem Polycratici lib. VII. *Nam & ipſe ſamoſam, immo inſamem fecit cœnam, & antecœniam.* Macrobius: *Ex indice Metelli pontificis cœna hæc fuit. Antecœnam, echinos, oſtreas crudas quantum vellent. In cœna ſumina, ſincipue aprugnum,* &c.

5 *Iacta proximat roſa ſerta.* Omnes editiones, excepta Baſ. *iacta pr. roſæ ſer.*

10 *Paullulatim.* Ms. *pillulatim,* al. *pullulatim.* Arbitror ſcriptum fuiſſe antiquitus, *pollulatim.* Titinnius: *Pollum addin ad laudem præfiſcini.*

Ibid. *Sorbillat.* Ms. *ſorbilla.* Editio vetus, *ſorbilat.* Lib. III. *Sorbillantibus ſaniis.* Gloſſæ veteres Ῥοφῶ, *Sorbillo, Voro.*

13 *Ad libidinem inquietus.* Siç emendat Beroaldus: & ei adſtipulatur ſcriptus codex. Col. *inquies:* Baſ. 1. Ven. & Rom.

Rom. *inquiens*. Faciebam, *inciens*. Notat alibi Feſtus de ſcropha Inciente, id eſt, cuius vterus, ni fallor, iam incipit incitari. Nec latiùs explicare me ætatis meæ verecundia ſinit. Poſtea etiam legi, *inhians*. Vt lib. VII: *Et humi proſtratis illis inhians, illicitas atque incognitas tentat libidines*. item alibi ſimiliter.

14 *Inguinum fine*. Ms. Baſ. 1. & Beroaldus ipſe, *inguinum ſine*. quem ſecuti alij. Venet. *ing ſine*. Denique optimè poſteriores, *ing. fine*. Legebat ex corrupta illa lectione etiam Lipſius, *inguinum ſanie*.

17 *Sine feriali officio*. Ita ex ſcripti libri auctoritate correximus: vt & quoſdam ſuo tempore legiſſe, teſtis Beroaldus. Vulgati, *ſine finali officio*. Prouerbialis hic ſermo. Arnobius lib. I. *Hoc enim primum efficiendum eſt ei qui nos arguit, perpetuas & iuges calamitates fuiſſe has: numquam omnino reſpiraſſe mortalia, & ſine vllis, vt dicitur, feriis, multiplicium formas ſuſtinuiſſe diſcriminum*. Prælium, quod ſine feriali officio indixeras: id eſt, ſine induciis. Varro lib. rerum Humanarum: *Induciæ ſunt belli feriæ*.

20 *Vigor attendit*. Vulgati, *vigore tetendi*.

22 *Capillo fluenter vndante*. Vulg. *cap. fluente vndanter*.

23 *Cum cibariis vaſculis*. Iidem, *cùm omnibus illis cib. vaſ.*

24 *Laciniis cunctis ſuis*. *Suis* deeſt in Ms.

26 *Subit*. Rom. *ſubitat*.

27 *Glabellum feminal*. Sic hunc locum eleganter elegantiſſimus Lipſius reſtituit: & nos illum ſequi non dubitauimus. Poterat nos eò etiam fere ducere veteris libri ſcriptura, *glabellum*, al. *glauellum, feminea*. vulgatorum quorundam, *glabella femina*, *vel roſea*, &c. Vſus hoc noſter etiam Apologia prima. Sed adi Lipſium Elector. lib. II.

28 *Quam tegens verecundia*. Beroaldus primus repoſuit, *qu. teg. verecunda*. Sed eum corrupta lectio in prioribus decepit. Putauit enim ad illud, *glabella femina*, referendum: & genitalia muliebria denotari non animaduertit. Mecum hic ſentit & doctrinâ & genere maximus vir I. Douſa à Noortwyck, qui idem antea ſibi notatum indicauit.

29 *Cominus in aſpectum*. Videri poſſit *cominus*, ſufficere, &

illud *in aſpectum* vt gloſſema remouendum.

30 *Dirige*. Baſ. I I. & Ber. *dirigere*.

Ibid. *Graſſare*. Scriptus liber, *craſſare* διὰ χαικῶς. Ex hoc multiſq. aliis ſimilibus, è vetuſtiſſimo codice deſcriptum noſtrum hoc exemplar videmus. ipſum ex vetuſtiſſimis non eſt.

33 *Crebro ſubſiliens*. Baſ. I. & Beroald *crebra ſub*. al *crebri ſub*.

Pag. 26. verſ. 8. *Cæmulæ intereſſem*. Ms. *cæ. eius inter*.

12 *Vngue latius*. Ms. *vngue lautius*. Infrà lib. x. *Vngue latius à ſe diſcedere paſſa eſt*. & lib. XI: *Nec tamen ſinebat me animus vngue latius indidem digredi*. Ex Plauto hic loquendi modus Aulularia: *——Si hercle tu ex iſtoc loco*

Digitum tranſuerſum, aut vnguem latum exceſſeris,

Bene in hoc correxit Trinummum & Moſtellariam, me iudice, decus noſtrum Lipſius Antiq. Lect. lib. I.

14 *Veſana factio nobiliſſimorum iuuenum. pacem publicam infeſtat.* E membranis hæc lectio: quomodo etiam ferè emendat Beroaldus. Baſ. I. & Rom. *pace publica infecta*: Col *pace publ. infeſta*. Etiam in prioribus exigua variatio, *Veſana factio nob. iuu* Ald. & Baſileenſis editio poſtrema. Ceterum ad graſſationem nocturnam olim adoleſcentium hunc perditorum hunc locum referendum putem: quæ timebatur de nocte obambulantibus. Quo etiam ſpectare rear Plautum Amphitruone:

Qui me alter eſt audacior homo, aut qui me confidentior,
Iuuentutis mores qui ſciam, qui hoc noctis ſolus ambulem?

Nec hinc alienum quod Socrati accidiſſe narrat Ælianus Var. hiſtor. lib. IX: Νεανίσκοι γοῦν ἀκόλαστοι συγκωμάσαντες ἐνελόχησαν ἐπανιόντα δᾷδας ἔχοντες ἡμμένας ἐξ ἑσπέρας πρόσωπα. ἔθος δὲ ἦν αὐτοῖς καὶ ἄλλοις προσπαίζειν διὰ τὴν χολὴν τῶν ἐπὶ τὰ χείρω. Ad hanc inſolentiam Athenienſium iuuenum etiam pertinere putabã alium Plauti locum Sticho:

GE. *Ibiſne ad cænam foras?* PA. *Apud fratrem cæno in proximo.*
GE. *Certúmne eſt?* P. *Certum.* GE. *Ædepol te hodie lampade percuſſum velim.*
PA. *Non metuo. per hortum tranſibo. non prodibo in publicum.*

Vbi de coniectura ſcripſi, *Lampade percuſſum*; cum vulgò eſſet, *lapide perc.* quod ex loco Æliani genuinum fortean videatur.

videatur. Sed hoc valdè arbitrarium. Adoleſcens perditus Trinummo:

Ne noctu irem obambulatum, neu ſuum adimerem alteri.

17 *Tibi verò fortunæ ſplendor,* &c. Iacet hic ſermo. Fortè ita ſubleuandus & interpungendus, *Tibi verò Fortunæ ſplendor inſidias, contemptus etiam peregri natio poterit adſerre.* Natio peregri, id eſt, natio peregrina & extraria: tu natus peregri, tu peregrinus. Peregri in loco, Peregrè ad locum eſt, vt ſcribit Cariſius ex Plauti Perſa. Præclara emendatio C. V. Iac. Cuiacij Inſtitut. Iuſtin. lib. I I. Tit. De hered. inſtit. § vlt. *Ii, quos nunquam teſtator vidit, heredes inſtitui poſſunt: velut ſi fratris filios peregri natos, ignorans qui eſſent, heredes inſtituerit.*

23 *Sicq; paratus.* Vulg. *Sic paratus.*

24 *Epulonum.* Vulg. *epulorum.*

25 *Et opipares cibi.* Iidem, *opipares citro.*

26 *Ebore nitentes lecti.* Ex quo fiebant tam cubiculares, quam tricliniares. Plautus Sticho:

DI. *Lectos eboratos.* GE. *Accubabo regiè.*

Varro Quinquatribus: *Cum in eborato lecto ac purpurei operis toro cubare videas ægrotum.* Propertius:

Nec mihi tunc fulcro ſternatur lectus eburno.

Baſilius Magnus Oratione ad Diuites: Ἐλεφάντιναι σανίδες ἐλεφάντινοι δίφροι. Plato Poëta apud Athenæum lib. I I. Κἆτ' ἐν κλίναις ἐλεφαντόποσι καὶ στρώμασι πορφυροβάπτοις κἀν φοινικίσι σαρδιανικαῖσι κοσμησάμενος κατάκειται. Apud Catullum Epithalamio Iuliæ & Manlij:

O cubile, quod o nimis
Candido pede lectuli.

Candido pede lectuli, τῆς κλίνης ἐλεφαντόποδος ad verbum interpretari non abſurdè fortaſſean poſſimus. Quamuis aliter explicare virum maximum ſciam. Vel etiam ad argenteum lectum referri poteſt. Lectorum argenteorum mentio apud Papinianum L. I X. de Supel. leg.

27 *Fabrè ſigillatum.* Vulg. *affabrè ſigill.* Plautus: *Hoc lepidum eſt, hoc factum eſt fabrè.* & noſter alibi. Antidamas Moralibus: *Fabrè compactum animal hominem quis ferat ſic eſſe pecuatum? qui auerruncaſſit arietinas hominum mentes.* quem locum, vt

emendarem, hîc protuli. Eſt autem apud Fulgentium Placiadem.

Ibid. *Cryſtallum impunctum.* Vulgati, *cryſtallum impictum.* Scripta lectio elegantiſſima. Gloſſarius liber: *Ἐμπηγνύω Impingo.*

29 *Cauatum in lapides.* Vulgati plerique, *cauatum, & lapides*: Ald. Venet. *lapidem.* Succinum cauatum in lapides, hoc eſt in modum lapidum. Sic lib. IV. emendaui: *Iacenſq́ue in mortuum*; cùm antea legeretur, *in modum mortui.* Lib. VI. *Iupiter mugiuit in bouem.* Lib. X: *In deæ Iunonis ſpeciem ſimilis.* Sed & hoc libro ipſo ſupra: *Lapis parius in Dianam factus.*

31 *Diribitores.* Seruorum erat in conuiuiis ſcindere & diuidere partes epulorum in conuiuas, quos Diribitores noſter vocat. Lucianus Epiſtolis Saturnalitiis: Καὶ μὴν ἐμφορεῖσθαι τῶν ὄψων, καὶ τὸν οἰκέτην περιμένειν ἑστῶτα, ἔς ἂν ἀποτραγὼν ἐσθίῃ. ἐφ' ἡμᾶς δὲ ἐλθόντα, ἔτι παρασκευαζομένων εἰ ἐπιβάλλοιμεν τὴν χεῖρα, παραμείβεσθαι, δείξαντα μόνον τὴν λοπάδα, ἢ ὅσον ἐστὶ τοῦ πλακοῦντος τὸ λοιπὸν μηδὲ εἰσκομίζεσθαι συὸς, διανέμοντα τῷ μὲν δεσπότῃ παρατιθέναι τὸ ἥμισυ σὺν τῇ κεφαλῇ, τοῖς δὲ ἄλλοις ὀστᾶ φέρειν ἐγκεκαλυμμένα. Graphicè Seneca Epiſtola quadrageſima ſeptima: *Cùm ad cœnandum diſcumbimus; alius ſputa deterget, alius reliquias temulentorum ſubditus colligit: alius pretioſas aues ſcindit, pectus & clunes certis ductibus, circumferens manum eruditam, in fruſta excutit. Infelix qui huic rei vni viuit, vt altilia decenter ſecet! niſi quod miſerior eſt qui hoc voluptatis cauſſa docet, quàm qui neceſſitatis diſcit.* Et hæc ad eam rem poſſunt, quæ ſuper his latiùs Lipſius noſter in literatiſſimis Saturnalibus ſuis.

Ibid. *Fercula copioſa. puellæ ſcitulè miniſtrantes.* Vulgati, *fercula copioſa ſcitulè ſubminiſtrata.* Non ſolùm pueri, ſed & puellæ veteribus in conuiuiis miniſtrabant. Seneca Epiſt. 95: *Hinc puerorum perſpicuos, cultu atque forma greges, hinc feminarum.* Themiſtius Epitaphio: Κατακλίνεις δ' ἐπὶ στιβάδος ἰσομήκης τάπησι καὶ πορφύρᾳ, καὶ τράπεζαν παρατιθέμενος ἁπαλὴν, πίνειν τε ἄδδην ἐ διακεῖται κόρης αὐτῷ ξένος Κορινθίας ἢ τινὸς Ἰωνικοῦ διακονουμένων. Archeſtratus:

> Χέρνιβα δ' αἶψα θύραζε φέροι, στεφανώματα δ' αὖ,
> Εὐειδὴς ῥαδινῆς χερσὶ λάκαινα κόρη.

Et ſuprà

Et ſupra noſter: *Sed aſſiduè reſpiciens præminiſtrantem Fotidem, ibi recreabar animi.*

32 *Pueri calamiſtrati.* Seneca Epiſtola XLVII. *Alius vini miniſter in muliebrem modum ornatus cum ætate luctatur. Effugit pueritiæ: ſed retrahitur. Iamq; militaris habitus glaber deſtrictis pilis, aut penitus euulſis tota nocte peruigilat: quam inter ebrietatem domini ac libidinem diuidit.* Iuuenalis Satyra x:

Idem habitus cunctis tonſi, rectiq; capilli,
Atque hodie tantum propter conuiuia pexi:

Lucianus: Παῖδας δὲ αὐτῶν τοὺς ὡραίους καὶ κομήτας, οὓς ὑακίνθους, ἢ Ἀχιλλέας ἢ ναρκίσσους ὀνομάζουσι, μεταξὺ ὀρέγοντας σφίσι τὸ ἔκπωμα, φαλακροὺς γίνεσθαι, ἐπιῤῥεούσης τῆς κόμης. D. Ambroſius de Cain & Abel: *Saltatrices tonſæ, & criſpantes pueri comati, epulantium cruditas.* Idem Epiſt. lib. IV. ad Irenæum: *Quid de aliis dicimus qui hoc ad luxuriam deriuandum putant, vt calamiſtratos & torquatos habeant in miniſterio: ipſi promiſſa barba, illi remiſſa coma.* Hæc de pueris comatis & calamiſtratis, miniſtrantibus in conuiuio. Multa poſſent addi, quemadmodum veteres ornare & colere ſoliti famulos ſuos. ſed ſcripſit, ni fallor, in hanc rem multa Lipſius doctiſſimis ſuis Commentariis ad Tacitum.

33 *Offerentes.* Scriptum erat in veteri libro, *efferentes*: Vulgatis, *offerre.*

Pag. 17. verſ. 2. *Riſus adfluens.* Ms. *riſus defluens.*

5 *Vtenſilibus.* Vulgò, *vtenſilium.*

6 *Certè libertas otioſa, & negotioſa, &c.* Non aliter hunc locum olim correxit Beroaldus, quam nunc eum ex ſcripto codice reſtituimus. Vulgò vbique lectum, *Certa libertas, otioſa & negotioſa quidem, adueniente Romana frequentia.*

8 *Seceſſus.* Scriptus liber, *ſucceſſus.*

9 *Ad hæc ego.* Scribe, *Ad hæc ego ſubiiciens.* ſic enim eſt in Ms. & Beroaldi editione.

13 *Præſegmina.* Idem Ms. *pſegnia.*

19 *Per conuiuium totum illicentioſius cachinnus effunditur.* Vulgati, *conuiuium tot. in licentioſis cachinnis eff.*

21 *Conferuntur.* Veteres editiones, *conferunt.*

22 *Murmurabundus.* Ms. *mirabundus.*

23 *Telephron.* Idem, *Thelyron.* Num, *Thelyphron?* ὁ Θηλύφρων.

26 *In officio manes.* Vulgati omnes, *in off. mones.* Infrà Lib. v: *Vos quidẽ cariſſimæ ſorores, vt par eſt, in officio veſtræ pietatis permanete.*

28 *Inſtantia Byrrhenæ.* Iidem, *inſtanti Byrrhenæ.* Noto infrà ad lib. VII.

31 *Suberectuſq; in thorum.* Ven. Ald. *ſuberectiſque.* Sed Beroaldi editio, vt noſtra: Margo Baſ. 1. *ſubiectiſq;*: Colon. *ſubrectiſque.*

32 *Inſtar oratorum.* Fulgentius Placiades de continentia Virgiliana: *Itaque compoſitus in dicendi modum, erectis in iotam duobus digitis, tertium pollicem comprimens ita verba exorſus eſt.* Hunc librum memini exſtare apud amicum meum Paulum Miſmetium Gulielmium Batauum, iuuenem eruditum.

Pag. 28. Verſ. 6. *Conſpicor.* Baſ. 1. *conſpicio.*

7 Si qvi mortvvm servare. De hac cuſtodia mortuorum etiam putem ſenſiſſe Vlpianum: *Impenſa peregrè mortui quæ facta eſt, vt corpus perferretur; licet nondum homo funeretur. Idemq; & ſi quid ad cuſtodiendum vel etiam commendandum factum ſit.* L. XIV. D. de Religioſ. & ſumptib. funer. Petronius Arbiter: *Non contenta vulgari more funus paſſis proſequi crinibus, aut nudatum pectus in conſpectu frequentiæ plangere, in conditorium etiam proſecuta eſt: poſitum in hypogæo Græco more corpus cuſtodire, ac flere totis noctibus diebuſq; cæpit.*

8 *Liceretur.* Ms. *liceret.*

11 *Satis peregrinus.* Idem, *ſanis peregr.* Fortè, *ſanè peregr.*

16 *Inconniuis oculis.* Præclarè hic locus emendatus ex ſcripto libro. Vulgati, *inconuerſis.* Idem hic auctor noſter lib. VII: *Et longa colla porrecti ſæui dracones, inconniuæ vigiles luminibus addictis, & in perpetuam lucem pupillis excubantibus.* Gellius lib. II. cap. 1. Noct. Atticar. *Stare ſolitus Socrates dicitur pertinaci ſtatu, perdius atque pernox à ſummo lucis ortu ad Solem alterum orientem, inconniuens, immobilis.* Vbi fortè etiam ſcribendum, *inconniuus, immob.*

21 *Et vrſum.* Vulgati omnes, *& rurſum.*

22 *Nec quiſquam deſinire.* Ms. *Nec quiſquam ſatis deſ.* quod reponendum.

26 E *hem.* Ald. *Hem.*

32 *Vt primatis ciuitatis.* Vulgati, *principium ciuitatis.* quod non reiiciendum. Sic *principes* A. V. id eſt, Auguſtæ

vrbis

vrbis, Floridis. Vbi vide quæ notamus.

Pag. 29. verſ. 3. *Lynceos.* Mſ. *Lynce vel Argo, vel ocul.*

5 *Quamdam.* Mſ. al. *q̄dam.*

7 *Vmbroſam demonſtrat matronam flebilem.* Vulgati, *vmbroſum demonſtrat cubiculum, matronam flebilem.* Neutra lectio adhuc mihi ſatis concinna videtur.

8 *Quam propter.* Mſ. al. *quapp.*

10 *Dimotis.* Idem liber, *demotu.*

11 *Luculentam.* Idem, *luctulentam.*

12 *Quàm expergitè.* Idem, *expergitè*, omiſſo *quàm.*

14 *Ocyter ſurrexit, & ad aliud.* Vulg. *ocyter ſurrexit, & ad illud.*

16 *Viſu præfleto.* Mſ. *viſu præfleta.* Baſ. *vſu perfleto.* Lib. V. *Ibique deflebant oculos, & plangebant vbera.*

18 *Membra contecta.* Sic Mſ. Vulgò, *verba concepta.* Malebat Lipſius, *membra contacta.* Tangebat illa ſingula membra, dicens: *Ecce naſus integer*, &c.

20 VOS IN HANC REM. Apud Vlpianum Fragm. tit. XX: HÆC VTI HIS TABVLIS CERISVE SCRIPTA SVNT, ITA DO, ITA LEGO, ITA TESTOR, ITAQVE VOS QVIRITES TESTIMONIVM PERHIBETOTE.

23 *Vſui.* Mſ. *viſui*

25 *Calida cum œnophoris.* Vulgò paſſim, *aqua cum œnoph.* Calida, id eſt, calida aqua. Noſter lib. IV: *Et ex more calida tumultuario veſtro lauacro præparata.* Seneca Epiſt. LXXVII. *Et calida ſubinde ſuffuſa paulatim defecit.* Vide alia & plura apud Lipſium Elect. II. Ad quæ addiderim Vlpianum L. Quæſitum, de Inſtruc. vel inſtru. leg. *Vas æneum in quo ſapa coqueretur, & defrutum, & aqua ad bibendum lauandamq; familiæ paratur.*

30 *Sumis.* Mſ. *ſimus.* al. *ſamus.*

32 *Trade confeſtim &.* Vulgò, *trad. confeſtim & incl. cuſt. cub. p. faceſſe.*

33 *Perfrictis.* Manuſcriptum exemplar, *perſtrictis.*

Pag. 30. verſ. 1. *Et obarmatis.* Idem, *ſed obarmatus.*

6 *Tantillulum animalis.* Mſ. *tantillula animalis.*

8 *Teq; ad tui ſimiles.* Idem, *teq; ac tui ſim.*

9 *Præſentariam.* Idem, *præſentem.* al. *præſentium.*

16 *Gallorum*. Aberat ab omnibus impreſſis.

19 *Conuenerant*. Col. *conuenerunt*: Baſ. 1. *euenerunt*.

22 *Actorem*. Vulgatum vbique, *auctorem*. Actoris ſerui multa in libris noſtris mentio. L. Quæſitum §. Papinianus, L. xx. & xx. §. Prædia, D. de inſtrum. vel inſtr. legat. L. VIII. in principio D. Famil. erciſc. & ſæpius Saluianus de Prouidentia diuina: *Pauent quippe alios, pauent ſilentiarios, pauent procuratores: propè vt inter iſtos omnes malorum minus ſerui ſint, quàm dominorum ſuorum.*

22 *Et ei*. Vulgati, *eique*.

24 *Summas*. plerique, *ſumas*, excepto Baſ. 2.

Ibid. *Vix effatum*. Vulg. *vix hæc effatum*.

31 *Omnes nefarium execrati, raptim*. Iidem libri, *omniſariam exertis raptim*.

33 *Palmis infeſtis*. Baſileenſes, *pal. iniectu*. Alibi: *Tundebat faciem manibus infeſtis.*

Pag. 31. verſ. 2. *Adoni*. Scribo, *Adonei*. Plautus:

Vbi Aquila catamitum raperet, aut Venus Adoneum,

Sic Simonideus. Auſonius.

Concedat Cei Muſa Simonidei.

Ibid. *Muſteluatis pipletis laceratus atque diſcerptus*. Hæc ſcripta lectio: hæc in Romana, hæc in Veneta & Baſileenſi antiqua editione. Beroaldus emendat, *muſtelatis peplis*. cui etiam in ſcripto codice legi teſtatur, *Muſæ vatis Pimpleiæ*. quod & Pius Annota. priorib. notat. Lipſius, *Muſæ vat.* Gulielmius noſter Veriſimilibus ſcribit, *miſelli Acis pipla*. Ego quod meum hic promam non habeo. Certè hic locus ſæpius me torſit: & necdum ſatis ſanum eum habemus.

Ibid. *Dignum me*. Vulg. *dignumq; me*.

9 *Ad latus*. Iidem, *adanxius*.

10 *Reuellens*. Ms. & Baſ. 1. *inuelleras*. Fortean, *vellens*.

14 *Feminam*. Vulg. *mulierem*.

18 *Singulis inſtrepebat*. I. Gulielmius de coniectura, *ſingultiens ſtrepebat*.

Ibid. *Facti*. Scriptus, *ſcm̃*.

19 *Credulitatem*. Idem, *crudelitatem*.

23 *Ergo igitur ſenex ille*. Legerim, *Ergo inquit ſen. ille*.

14 *Zachlas.* Ms. *Cathlas.*

25 *Qui mecum iamdudum grandi præmio pepigit, reducere ab Infe-ros ſpiritum.* Lucianus Necyomantia: Αἰτεῖν ἂν ἡγήμην ἄξιον παρά τινος τούτων διαπραξάμενον τὴν κατάβασιν.

28 *Inſectum.* Baſ. 1. *illectum.* Num, *iniectum?* Sic infrà.

33 *Adepta Copica.* Hæc abſunt à Ms. Ro. *adepta coœptitica.* Ven. *conceptitica.* Scribo ego, *aggeſta Coptica.* Aggeſta, pro nidis accipio. Congerere enim nidificare. Virgilius:

—*aëriæ quò congeſſere palumbes.*

Ceterùm de re vide Beroaldum.

Pag. 32. verſ. 4. *Ob os.* Ms. al. *ad os.*

5 *Orientem obuerſus.* Lucianus Menippo: Ἕωθεν πρὸς ἀνί-σχοντα τὸν ἥλιον, ῥῆσίν τινα μακρὰν ἐπιλέγων, ἧς σφόδρα κατήκουον.

6 *Venerabilis ſcenæ facie.* Vulgati, *venerabili ſcena facies, & ſtu-dia,* &c. Non reponendum hîc iam arbitror, *ven. ſcenæ;* etſi id alibi faciamus.

11 *Quid oro.* Plerique vulgares, *Quod oro.*

13 *Momentariæ vitæ.* Non eſt in ſcripto, *vitæ.*

16 *Aliquanto.* Quidam impreſſi, *aliquando.*

17 *Illuminas.* Ms. *illumĩa.*

19 *Diras.* Idem, *dira.*

21 *Addictus noxio poculo.* Ms. *pernoxio poc.* Quidam cuſi, *adductus nox. poc.*

24 *Populus.* Ms. *populos.*

29 *Intemeratæ.* Idem, *intemeritate*

33 *Exuuiis meis.* Idem, *excubiis meis.*

Pag. 33. verſ. 2. *poſtremò.* Vulgati, *poſtremùm.*

5 *Nituntur.* Iidem, *nitantur.*

7 *Exſurgit.* Iidem, *reſurgit.*

10 *Suſcitauit.* Colonæi editio, *ſuſceptauit.*

12 *Applicant.* Ms. al. *ᵓplicuit.*

15 *Tentare Fortunam aggredior.* Baſileenſes, & Ber. *Tentans aggredi.* Alij, *tentare aggredior. Fortunam,* ex Ms. additum. An ſcribendum, *tentare fortè iam aggredior?*

20 *Hinc inde.* Ms. & cum eo aliquot impreſſi, *hic inde.*

24 *Dum liberè ſolitarium poſtulant.* Ms. *ſolitarias poſtul.* Beroaldus, *ſolitariam:* Baſ. 1. *ſolidalium.* Legebat Lipſius, *ſolita ri-ſu poſt.*

27 *Riſum.* Ms. *riſu.*

30 *Magis pleniuſq;.* Editiones, *magna plen.*

31 *Vt iubes.* Ms. *vt vides.*

32 *Affluenter.* Omnes excuſi, *effluenter.* Infrà lib. IV. *Vinum calicibus effricatis affluenter immiſſum.*

Pag. 34. verſ. 1. *Appellata.* Manuſcriptus liber, *appellatu*

5 *Digitis pedum detunſis ob lapides.* Ideo ſerui ditionibus, quibus monerentur per vias de lapidibus, ad quos offendere poſſent. Lucianus Nigrino: περιιόντας γὰρ ὑπὸ τ̃ οἰκετῶν δεῖ βοᾶν, καὶ παραγγέλλειν προορᾶσθαι τῶν ποδῶν, εἰ ὑψηλὸν ἢ κοῖλον μέλλοιεν ὑπερβαίνειν, καὶ ὑπομιμνήσκειν αὐτοὺς τὸ καινότατον, ὅτι βαδίζουσι.

7 *Et ſummis viribus.* Scribe, *ex ſummis viribus.* Plautus Milite: *Ex ſummis opibus.* & Mercatore: *Ex ſummis opibus viribuſq;.* Noſter Apologia I. *Vnis ſtudiis litterarum ex ſummis viribus deditus.* & II: *Quod negotium iſtud mihi ex ſummis viribus conſuit.* Reſcribendum etiam lib VII: *Ex ſummo ſtudio fugiens immanem vrſam.* & VIII: *Ex ſummo ſtudio beſtiam inſequentes.*

13 *Arripio.* Vulgati, *arripui.*

14 *Latrones inuolo.* Iidem, *latr. inuado.* Infrà Lib. VI: *ſi editis, inuolat eam.* & lib. IX: *Philebum ceteroſq; comites eius inuolant auidi.*

14 *Singulis.* Ms. *ſingulos.*

17 *Sicq; præliatus.* Vulgati. *Sic præl.*

18 *Sudore perlitus.* Quidam, *perlutus.* Notaui ſuprà lib. I.

19 *Pugnantium.* Ms. *pugnarium.* Vnde Lipſius, *pugnacium.*

Ibid. *Geryoneæ cædis.* Ms. *gerſonee cæd.* Fortè ſcripſit, *Geryonaceæ.* Plautus Aulularia: *Ex genere Geryonaceo.*

PETRI COLVI IN METAMORPHOSEON LIBRVM III.

NOTÆ.

PAG. 35. verſ. 15. *Inter alternas.* Excuſi antè, *in alternas.*
19 *Obtinget.* Manuſcriptus codex, *abtinget.*
Ibid. *Ternæ cædis.* Baſileenſes, *tetræ cæd.*
24 *Quati fores interdum.* Vulgati, *Qu. for. interim.* Sic ſuprà lib. II. *Sæuire vulgus interdum, & facti veriſimilitudine ad criminis credulitatem impelli.* Non benè Beroaldus aliter ſcribit lib. IX. *Interdum Philesitærus, cognito ſtrepitu, raptim tunica iniectus, ſed planè, perturbatione, pedibus intectis, procurrit cubiculo.* Et poſt: *Interdum iam nimio graui odore ſulphuris iuuenis ineſcatus.* Coniecerim legendum etiam lib. V: *Interdum Pſyche quæſitioni Cupidinis intenta, populus circuibat.* In quibus omnibus Interdum, pro interim noſter ponere amat.
16 *Turbæ miſcellaneæ.* Manu exaratus liber, *tubæ miſcelaneæ:* Vulgati, *turbæ miſcellanæ.* Vt nos edidimus, ſic etiam in veteribus libris eſſe teſtatur Beroaldus.
27 *Completa.* Scriptus liber, *complecta.*
28 *Trahere me ſanè non renitentem.* Idem, *trahere me ſanè non renitentem accipiunt.*
33 *Populi circumſedentis.* Immò, *circumſtantis,* vel, *circumſequentis.* necdum enim ſedebat. Sed iam ſcripſi me legendum arbitrari, *populi circumſecus,* ſuprà ad lib. II.
Pag. 36. verſ. 2. *Qui luſtralibus.* Vetus, *qb' luſtr.*
5 *Sublimi.* Vulgati, *ſublimo.* Et ſic amat noſter.
9 *Cum paßim.* Ms. *compaßim.*
13 *Viſendi.* Idem, *viſendi pericula negligebant,* miſſo illo *ſalutis.* Rectius, etiam ex ſententia noſtri Canteri.
15 *Publica miniſteria.* Quidã, *publici miniſtri.* Repoſui etiam lib. IX: *Immißis itaque lictoribus, ceteriſque publicis miniſteriis.* Item lib. X. Quintilianus Declamat. CCLXXVII: *Qui per miniſteria*

niſteria publica & carnificum manus occiduntur. Sic Miniſteria municipalia apud Vlpianum L. x. D. Ex quib. cauſ. maio. Et aliud eſt Miniſterium publicum apud Martianum L. I. D. ad L. Iul. repetund.

18 *Vaſculo quodam*. Ms. *baculo quodam*. Eſt autem graphica deſcriptio clepſydræ iudiciariæ, ad cuius curſum dicebant aduocati. De qua fortè poſt.

24 *Tot cædium*. Beroaldum ſequimur. Scripta lectio, & vulgata vetus, *totam ædium*. Ex quo fuit cùm legerem, *totiam cædium*.

29 *Proferam*. Veteres excuſi, *perferam*. Par huic lib. I.

30 *Scrupuloſa diligentia*. Quidam ex iiſdem, *lapſa dilig.*

32 *Crudeliſsimum*. Scripta lectio, *creduliſsimum*.

Pag. 37. verſ. 7. *Præſtolatus*. Eadem, *poſtulatus*.

12 *Quod etiam*. Venetus, *qui etiam*.

13 *Repreßit*. Aldinus, *preßit*.

21 *Perſuadere*. *Sed*. Manuſcriptus, *perſuaderes ea*.

22 *Humanitas*. Repone, *humanitas veſtra*. ex Baſileenſibus.

Ibid. *Me diſcrimen*. Vetus, *ne diſcrimen*.

30 *Quæ accuratiſsimè adfixa fuerant*. In membranis, *q̃ acc. adf. f.* Quod ſcripſerim, *quàm accuratiß. adſ. f.* Vt lib. IX: *Et, quàm diligentiſsime fuerat oppeſſulata, malum peiusq́; aliquid opinantes, niſu valido reducto vel diſfracto cardine, patefaciunt aditũ*. Sic Prop.

Hoc quodcunque vides, hoſpes, quàm maxima Roma eſt,
Ante Phrygem Æneam collis & herba fuit.

33 *Vaſtior*. Scriptus, *vſtior*.

Ibid. *Affatibus ceteros*. Idem, *affatibus & cet.*

Ibid. *Heus pueri, inquit*. Vulgati, *Heus pueri quàm*.

Pag. 38. verſ. 3. *Qui ſopitus iacebit*. Hæc non ſunt in ſcripto codice.

7 *Simul eximiè*. In eodem, *ſimul & eximiè*.

9 *Armatus, fugare*. Repone ex eodem, *armatus & fugare*.

11 *Viderent*. Idem, *viderint*.

12 *Præbaris*. Idem, *plialis*.

13 *Viribus aggreſſus*. τὸ *viribus* deerat vulgatis.

14 *Retro flexum*. Impreſſi omnes, *retro reflexum*.

15 *Certa manu*. Venetus & Baſil. I. *cerea manu*.

18 *Sic pace*. Scriptus, *Sic pote*.

22 Apud

22 *Apud meos, inſuper.* Vulgarij, *apud meos ſemper.*

23 *Iſtius vltionis.* Iidem, *iuſtæ vlt.*

24 *Latrones deterrimos.* Quidam vulgati, *teterrimos.*

25 *Priuatas.* Alias impreſſum eſt, *proprias.* Fortè ſcriptum fuit, *priuas.* & hinc *proprias*, vt gloſſema.

28 *Hæc profatus.* Vulgarij plerique, *Hic profatus.* An, *Sic prof.* Sed frequens in hoc ſcriptore τὸ *hic* poſitum, vbi *hæc* vel aliud quid reponendum cenſeas. Quod quilibet diligens lector obſeruabit ſæpius. nos ſemel monere voluimus.

Pag. 39. verſ. 2. *Prorſus* Ms. al. *rurſus.*

Ibid. *Totum populum riſu cach.* &c. Concinnius ita puto, *totum populum riſu cachinnabili diffluentem.* lib. 1. repoſui, *Demonſtro ſeniculum in angulo ſedentem.* cum ante eſſet, *in angulo ſedebat.*

5 *At tunc.* Ms. & Ald. *Ac tunc.*

11 *Decurrit.* Scripta lectio, *decuſſit.*

12 *Oleagineos.* Vulgati, *oleaginos.*

21 *Ad populum talia.* Quidam, *ad pop. talia inſit.*

22 *Vindicandum.* Ms. *vindicandum eſt.*

23 *Subciſiua.* Idem, *ſuſſicina.* Subciſiua ſollicitudo, id eſt, ſuperflua ac reliqua. Ita accipe Lib. VIII. *Ac me relictum ſolùm ac ſubciſiuum cum faſtidio plerique præteribant.* Et lib. XI. *Quid ſubciſiuum, quamuis iteratæ iam, traditioni remanſiſſet.* Et ſic alibi.

25 *Euitaſſe.* Sic Ms. & veteres editiones. Quidam ex aliis, *enecaſſe*: quidam, *necaſſe.*

27 *Qui comitabatur eum puer.* τὸ *puer* excuſis omnibus deerat. res ipſa poſtulabat addi.

30 *Tum omne flagrorum genus.* Ms. *& omne flagitiorum genus.* Rectè cuſum, *flagrorum.* Quinctilianus Declam. CCLXII. *Quæ non dolore vincatur, non ignibus cedat, non verberibus ingemiſcat.* Ergo Flagra & Verbera inter genera tormentorum numerabimus: vt & Ignem. de quo hic Beroaldus haud ſpernenda. Addo Tertullianum ad Martyres: *Iam & ad ignes quidam ſeſe auctorauerunt, vt certum ſpatium in tunica ardente conficerent.*

32 *Mihi mori.* Vulgati dumtaxat, *mori.*

33 *Suis fletibus.* Iidem non agnoſcunt *ſuis.*

Pag

Pag. 40. verſ. 2. *Cruci affigatis.* Iidem paſſim, *cruciandum affigatis.* Plautus Perſa:

Tu me defigas, te cruci ipſum propediem adfigent alij.

Paulus lib. v. Sentent: *Aut cruci ſuffiguntur, aut beſtiis ſubiiciuntur.* Et noſter lib. III: *Patibulo ſuffigi iuberet.* Originem huiuſce locutionis aperiemus paulo poſt, hoc ipſo libro.

3 *Formæ ſimilis.* Vulgati, *formæ ſimul.*

5 *Pro modo facinoris.* Ms. *pro modo facinore.*

7 *Renuentem.* Vulgati, *renitentem.*

12 *Ingratis licet.* Hæc ſciptura vetus. Sed fere eſt ut vulgatam prætulerim, *ingratus licet.* Vtrumque quidem in Plauto, & in illo vbique obuium. Sed iocus occultior Perſa:

—— SO. *Sin te amo.*

PÆ. *Male operam locas.* SO. *Qui?* PÆ. *Quia enim nihil amas, cum ingratum amas.*

Ingratus vulgò tritum pro eo qui immemor beneficij accepti, & mutuò amori non reſpondet. ſed & inuitum ſignificat. Nihil agis, inquit puer, cum me non volentem & inuitum amas. Quod alter accipere potuit tamquam dixiſſet, ingratum & non dignum amore.

14 *Enim iam.* Manu exaratus codex, *enim*, omiſſo *iam.*

21 *Tunc ille.* Excuſi, *Tunc illis.*

Ibid. *Pauliſper.* Abeſt hoc à ſcripto libro.

27 *Milo meus hoſpes.* Ms. *Milon hoſpes.*

28 *Renitentem.* Idem, *reticentem.*

32 *Solatur.* Quidam, *ſolabatur.*

33 *Indignationem.* Scriptura in membranis, *indignatione.*

Pag. 41. verſ. 7. *Ingemiſcis.* Eadem, *ingemiſtis*

Ibid. *Omnem igitur.* Eadem, *Omnem itaque.*

12 *Comitabitur.* Eadem, al. *comitatur*, & ſic quidam Vul.

13 *Lætabit.* Eadem, al. *lætabitur.* Lætare, vt Altercare, Adulare, Contéplare, Fabulare, & ſexcéta ad eũ modum.

14 *At tibi.* Eadem, *Ac tibi.* quòd repoſuerim.

15 *Patronũ ſcripſit.* Eadé, *patr. ſcribit.* Lapis vetus Gennadij

M. VLPIO. PVPIENO. SILVANO.

V. C. CIVI. ORATORI.

ORDO. ET. POPVLVS. SVRRENTINORVM.

PATRONO. PRÆSTANTISSIMO.

Et alius

Et alius in via Appia Formis:

L. VARRONI L. F.
.PAL. CAPITONI
SCRIBAE'. AEDILIC
ACCENSO. VELATO
II VIRO. QVINQVENN
CVRATORI. VIARVM
PATRONO. COLONIAE'
QVORVM, HONORE'
CONTENTVS. SVA. PECVN.
POSVIT
L. D. D. D.

Erant populo Romano, erant & prouinciis ſui Patroni. De quibus Cicero Diuinatione in Verrem, & ibi Aſconius.

18 *Honorum.* Vulgati codices, *bonorum.*

19 *Meiſq; maioribus.* Membranæ, *meiq; maiorib.* Vnde coniiciebam legendum, *méque maioribus.* Sed nihil diſcedendum à vulgata lectione. Sic lib. 1. Floridorum: *Maior meus Socrates.* item Apol. 1.

20 *Hilaro.* Eædem. *Hilari.*

21 *Quamcumque.* Impreſſum vbique, *quantumcunque.*

23 *Ait.* Vulgares, *inquit.*

26 *Inquam.* Ms. al. *ipſam.*

29 *Pigneraret* Idem, *pigneraret.*

32 *Ipſis balnearibus adſequi.* Idem, *ipſis baln. adſ.* Inſtrumenta balneatoria ſecum quiſque, quoties ad lauacrum ibat, domo adportabat, vel adportari iubebat: nec à balneatore ea ſuppeditabantur. Iuuenalis Satyra:

Balnea nocte ſubit. conchas, & caſtra moueri
Nocte iubet. magno gaudet ſudare tumultu.

Vbi vetus interpres: *Caſtra moueri. Inſtrumenta balneatoria.* Ex quo, obiter notem hoc, non aliter ſcribendum putem in L. XVII. D De inſtruct. vel inſtr. leg. apud Martianũ. Martialis: *Lintea ſi ſumas; nive candidiora loquetur,*

Sint licet infantis ſordidiora ſinu.

De linteis balnearibus loquitur. Tertullianus de Virginibus velandis: *Iam & conſilium formæ à ſpeculo petunt, & faciem*

ciem moroſiorem lauacro macerant, forſitan & aliquo eam medicamine interpolant: pallium extrinſecus iactant: calceum ſtipant multiformem, plus inſtrumenti ad balneas deferunt.

Pag. 42. verſ. 2. *Qui terſerim.* Ms. *nec qui terſerim.*

5 *Denotatus.* Ald. Ven. *deuoratus*: Baſ. 1. *deuotatus.*

6 *Cauſatuſque.* Baſileenſis poſtrema, *curatuſque.*

8 *Abiectus.* Ms. *abiectis.*

10 *Non ex læta facie.* Idem liber, *Non ens læta fac.* Fortè omiſſa ſyllaba, & ſcribendum, *non nitens læta fac.* vel, *ſplendens*, aut ſimile.

13 *Confiteor.* Idem, *profiteor.*

15 *De perfida.* Idem, *in perfida.*

18 *Vt mei.* Idem, al. *non mei.*

21 *Facere iuſſa ſum.* Vulgatum antè, *facere miſſa ſum.* Similiter Plautus Caſina: *Ego huc miſſa ſum ludere.* Scriptam tamen lectionem exprimi curauimus.

21 *Mala quædam mea ſors in meam recidit iniuriam.* Vulgati plerique & Ms. *mala quad. mea ſorte in t. r. .i.* Nos Baſileenſes editiones & Beroaldinam ſecuti ſumus. Recidit hoc loco accipiendum, recidere fecit. Sic apud Plautum Caſina:

—*Vti te bonum*
Mercurius perdat myropola, quia hæc mihi decidiſti.

Hæc mihi decidiſti, hæc vnguenta in me ſtillare, cadere feciſti: in me conieciſti. Sic exaudio apud noſtrum infrà lib. VIII: *Et ſi pectori tuo iam permanet noſtri memoria, vt acerbæ mortis meæ caſus, fœdus caritatis intercidit.* Intercidit, intercidere fecit.

27 *Memora.* Ms. *mea oro.* Erat ſcriptum, *meā oro*, id eſt, *memora oro.* & ſic fortè legendum.

28 *Scæuitas.* Sic integrè ſcriptum in Romana editione: Ms. cum reliquis mendosè, *ſæuitas.* Non ſemel in hoc noſtro loco ſuo pulſa hæc dictio: quam etiam aliquot ſcriptoribus iamdudū reſtituerunt viri docti. Proponemus & nos aliquot locos ab illis prætermiſſos. Ad dictionis notionem pertinet quod ſcribit Donatus in Adelphos: *Qui malam rem nunciat, obnunciat. nam propriè obnunciare dicuntur augures, qui aliquid mali ominis ſcæuumque viderint.* Scribo in Iſidoro lib. x: *Scæuus, ſiniſter atque peruerſus.* Eſt

enim

ani peſſimi & crudelis ominis. vulgo, *animi.* Lego etiam in Seneca lib. II. de Beneficiis: *Exorari in perniciem rogantium, ſcæua bonitas eſt.* Arnob. lib. I: *Quod tam ſcæua prodigia genituris ſpirantibus addiderunt.* Tertull. de Anima: *Quod credibile videatur eas potiſſimum animas ad vim & iniuriam ſacere, quas per vim & iniuriam ſcæuus & immaturus finis extorſit.* D. Ambroſius lib. III. de Fide ad Gratianum: *Quod ſolent Arriani ſcæua interpretatione componere.* & lib. IV. *Scæua impietas.* lib. V. *Scæuæ reſponſionis interpretes.* De Fide Orth. contr. Arrianos: *Quomodo illud ad aliam intelligentiam ſcæuo ſenſu peruerterent.* Sidonius lib. II Epiſtol. de Origene: *Cur à quibuſdam protomyſtarum tanquam ſcæuus cauendúſque tractator improbaretur.* Quam ſæpe in hoc noſter nobis correctus fuerit, inter legendum cuique parebit. nec exempla ex eo congero. Nam nunc etiam nimia notaſſe videor.

Pag. 43. verſ. 2. *Admiſſis & ſorbillantibus ſauiis.* Ms. *adnixis & ſorb.* Scribo, *admixtis & ſorb. ſauiis.* Sic μίξαι τὰ χείλεα Græci. Epigrammat. lib. VII. Paulus Silentiarius:

Ου γὰρ ἰδὼν σέο κάλλος ἀπείχομαι χείλεα μίξαι.

Macedonius:

Παῖζε μόνη τὸ φίλημα. μάτην πόππυζε σεαυτῇ
Χείλεσι γυμνοτάτοις οὐ ξένι μιξομένοις.

Sauia enim pro labiis. vt Plauto, Milite:

Itaque hic meretrices labiis dum ductant eum,
Maiorem partem videas valgis ſauiis.

Priapeiorum auctor: *Olúſque lambis ſauiis.* Sic Oſcula etiam. Infrà hoc libro: *Et hiantibus oſculis & fragrantibus papillis.* & lib. V. *Oſculis hiantibus filium diu ac preſſulè ſauiata.*

7 *Implexa.* Idem ſcriptus liber, *amplexa.*

8 *Diminuta.* Vulgati, *minuta.*

Ibid. *Formido ſolidè domus.* Ita liber ſcriptus, cum excuſis aliquot. Quidam, *For. ſolidæ dom.* Arbitrabatur Lipſius etiam poſſe ſcribi, *olidæ domus.* Magæ domus olida, ob vnguenta & aromatum varios odores.

9 *Reuelare.* Vetus, *relevare.*

Ibid. *Obaudiunt.* Sic Baſil. Ms. cum reliquis. *obediunt.*

10 *Vnquam.* Vetus, *vſquam.*

25 *Totinſque artis manus.* Vulgati, *totaſq; art. m.* Scriptus etiam, addita copula, paulo poſt legit, *& machinas.*

26 *Ni celerius.* Ms. *non celerius.*

29 *Cum è Balneis rediret.* Ibant ad balnea veteres antequam ad tonſorem. Seruus in tonſtrina reſidens, apud Plautum Aſinaria:

Ille in balneas iturus eſt, inde huc veniet poſtea.

31 *Humi.* Vetus, *humidi.*

32 *Præcepit.* Idem & Baſ. 1. *præcipitauit.*

Ibid. *Furtimque.* Vulgati. *ac furtim.*

Pag. 44. verſ. 1. *Arreptam.* Ms. *abreptam.*

2 *Tune vltima.* Flagitium mulieris, poſtremiſſima mortalium. Sic infrà lib. IX: *Ad hæc vltima piſtoris illa vxor ſu-ciens.* Vltima piſtoris illa vxor, non, adhæc vltima.

4 *Incontanter.* Ms. *conſtanter,* vt & in ſuis eſſe etiam ſcribit Beroaldus. Ald. Venet. Rom. *contanter.* Conſtanter verius putem.

7 *Huius rei repulſa ſatis.* Vulgati plerique, *huiuſmodi repulſatis.* Venet. & Baſ. 1. *huiuſmodi repulſatis.*

10 *Diſcederem.* Baſileenſes, *deſcenderem.*

12 *Attondentem.* Vulgares, *tondentem.*

17 *Tectum ſcindulare.* Vulgati paſſim, *tectum ſcandulare.* Ego doctiſſimi Turnebi auctoritate niti malui, qui ita legendum verè docet in Cæſare, Plinio, Palladio, Vitruuio ex Iſidoro, Aduerſ. lib. XXII. cap. XVIII.

18 *Patore perſtatili.* Vulgo, *patore perſtabili.* Infrà lib. II. *Patulum ac perſtatilem locum.*

20 *Commodum.* Ibidem, *commodatum.*

22 *Ignorabiliter laminis litteratis.* Rom. *ign. iam minis litteratis.* Ms. al. *damnis litt.*

23 *Infelicium nauium durantibus clauis deſletorum.* Scriptam lectioné, etſi non bene ſanam, exprimi iuſſimus: quæ eadem in veteribus impreſſis eſt. Sed non poſſum non probare coniecturam doctiſſimi Lipſij, *infelicium manium durantibus caluis.* Qui ad hos deuotionum ritus pertinere Taciti locum etiam rectè iudicauit, Lib. II. Annal. *Et reperiebantur ſolo ac parietibus erutæ humanorum corporum reliquiæ, carmina, & deuotiones, & nomen Germanici plumbeis tabulis inſculptum, ſemiuſti*

cinere

cineris ac tabe obliti, aliáque maleficia quîs creditur animas numinibus infernis ſacrari. Io. Salisberienſis de Iuliano Mago Nugar. Curialium lib. VIII. cap. XX: *In Antiochia quoque arcas in palatio plurimas humanis capitibus plenas inuenerunt, & demerſa puteis innumera corpora mortuorum.*

23 *Sepultorum.* Ms. *ſepulcrorum.*

25 *Claui pendentium.* De hic accuratiſſimè Lipſius etiam Electorum I. Meminit & B. Ambroſius *clauos crucifixorum,* Exhortat. ad Virg. Alluſit puto Plautus Trinummo:

Et miſeræ etiam ad parietes ſunt fixæ clauis ferreis,
Vbi malos mores affigi nimio fuerat æquius.

Hinc Adfigere, ſuffigere cruci, patibulo. De quo iam abundè.

Pag. 47. verſ. 4. *Et obſcuræ noctis.* Ms. *& ecce improuidæ noctis.* Impreſſi plerique, *& improuidæ noct.*

5 *Audacter.* Ms. *audaciter.*

6 *Pectoribus.* Idem, *pectoribus.*

9 *At ſic lepido.* Vulg. *At ego ſic lep.*

12 *Adoream.* Vetus, *adorſam.*

15 *Volens.* Idem, *voles.*

16 *Remittam.* Idem, *remittes.*

18 *Certè eam reformatam videam.* Vulgati, *certè cum reformatu videam.* Scriptæ lectioni reſpondet Lucianus: Καὶ φημὶ πρὸς αὐτὴν, ὦ φιλτάτη δεῖξόν μοι μαγγανεύουσαν ἢ μεταμορφουμένην τὴν δέσποιναν.

21 *Vel expers.* Ms. *& expers.*

30 *Secum huiuſmodi.* Vulgati, *huiuſmodi ſecreta.*

Ibid. *Tuum poſtulatum.* *Tuum* non eſt in ſcripto libro.

33 *Gannientibus.* Vulgò lectum, *garrientibus.*

Pag. 46. verſ. 13. *Inſono veſtigio me perducit. Ipſa per rimam.* Ms. *inſono v. me perd. Ipſa pérque rimam.* Vulg. *Ipſáque per rimam.*

14 *Spectare.* Quidam cuſi, *arbitrari.*

21 *Recluſa, pyxides.* Scripta lectio, *recluſas pyxides.*

28 *Africata.* Vulgati, *affricta.* Infrà lib. IV: *Vinum probè ... ibus efficatis affluenter immiſſum.*

Ibid. *Ab imis vnguibus ſeſe totam ad vſque ſummos capillos.* Speciem adagionis habet hæc locutio, & à Plauto eſt. Epid.

—— *Contempla Epidice.*

Vſque ab vnguiculo ad capillum ſummum eſt feſtiuiſſime. Plutarchus de Virtute Alexandri: Ἀλεξάνδρου δ' ὡς ἄλλο, τὸ σῶμα ἰδοὺ κατατετρωμένον ἐξ ἄκρας κεφαλῆς ἄχρι ποδῶν διακέκοπται). Petronius: *Hoc ergo remedio mutemus cultum, à capillo vſque ad vngues.* B. Ambroſius Officiorum lib. 1. *A veſtigio pedis vſque ad verticem.*

19 *Perlinit.* Ms. *perlita.* quod reponendum cenſeo. Pelinor, Comperior, Punior: id eſt, perlino, comperio, punio, in hoc noſtro aliiſq. ſpectatis auctoribus promiſcuè vſurpata. Lib. VIII. *Punita ſum funeſtum mearum nuptiarum prædonem.* Sic apud Ouidium Cenſa eſt, pro cenſa. Eleg. III. lib. I:

Hanc probat, & primis dilectam ſemper ab annis
Eſt inter comites Martia cenſa ſuos.

Suetonius Auguſto: *Neque aut crebrius aut perfidioſius rebellem graniore vmquam multatus eſt pœna.* Sed vide Nonium, capite in hoc inſtituto.

20 *Collocuta.* Ms. *collocutura.*

27 *Quiduis aliud.* Idem, *quiduis alius.* An, *quiuis alius?*

28 *Exterminatus animi.* Legit mecum olim amicus meus, *externatus animi.* Quod vix eſt vt iam probem. enim lib. *Extra terminum mentis ſuæ poſita.* Sed alibi: *Conſternatus animi, prorſus obſtupidus.* Pacatus Panegyrico: *Animos enim noſtros ſubitis affectibus impares perinde lætitia ac dolor deprehendat, externat.*

29 *Vigilans ſomniabam.* Ms. *vig. ſomniabar.*

30 *Pupillis.* Idem vetus liber, *popullis.* Vulgarij, *pupuli.*

31 *Arrepta.* Ms. *abrepta.*

Pag. 47. verſ. 3. *Veneris.* Lege ex veteri libro, *Veni.*

4 *Pinnatus.* Ven. Ald. *pigneratus.*

Ibid. *An, inquit.* Ex ſcripto Romanoque codice. Reliqui, *Ain inquit.* An tu me captas amaſio mî, & vulgato more deludis?

5 *Meque ſponte aſciam cruribus meis illidere compellis.* Prouerbialis hic etiam ſermo, ſimilis Plautino, Milite:

Verum enim tu iſtam, ſi te Dij ament, temerè hanc dedolas tibi
Tuis nunc cruribus: capitique fraudem capitalem hinc creas.

6 *Siccine me vix à lupis conſeruo Theſſalis?* Multum me vexauit hic locus. quem tandē ita, ſcriptæ lectionis ductu, aliquo

aliquo cum ſenſu legendum putaui. ea erat, *Siciner me vix alapis conſeruo Theſſalis*: quæ etiam eſt in Romana editione. Venet. *Siginer meum ipſa impulis conſ. Th.* Baſ. 1. *Saginer meum ipſa impulis conſ. Th.* & in marg. *Siginer. Saginer meum* de coniectura etiam ſcribit Beroaldus. Non abſurdè Colonæi editio, *Siccine meum ipſa Lucium pullis conſeruo Theſſalis?* Cum tu, inquit, ales factus, volabis quò lubebit, & vix à Theſſalis meretricibus te ſeruare potero. Quo quid ſibi velit, pluribus haud opus explicare.

7 *Videbo quando*. Ms. *qnq; videbo.*

11 *Pinnarum*. Quidam cuſi, *pugnarum*.

Ibid. *Dulcem iſtum*. Vetus lectio, *ducem iſtum*.

13 *Nullam aliam meæ Fotidi malle*. Poſtrema editio, *Null. al. meæ Fotide malle*. Bene quidem. Ad eum modum Horat.

Néne putes alium ſapiente bonóque beatum.

Noſter: *Aliam rem inuidia nullam eſſe*. Etiam altera lectio habet, quo ſe rectam probet.

18 *Foribus videmus adfigi*. Columella:

Hinc, Amathaonius docuit quem plurima Chiron,
Nocturnas crucibus volucres ſuſpendit: & altis
Culminibus vetuit feralia crimina flere.

Palladius: *Tũ omne horti ſpatiũ alba vite præcingitur, vel noctua pẽnis patentibus extẽditur*. Hic mos etiamnũ hodie apud noſtrates.

19 *Exitium*. Baſ. 1. *exitum*. Fortè vt Guſtum, Vnctum.

20 *Luunt*. Ms. *luat*.

26 *Medela ſalubri poſſem ſubſiſtere*. Vulgati, *medelam ſalubrem poſſ. ſubſ.* Subſiſtere noſtro paſſim eſt, auxiliari, ſuccurrere. Lib. IV. *Duriſſimo caſui meo, pietatis humanæ memor, ſubſiſte paululum.* Sic infrà lib. V. VIII. & XI.

27 *Quámque futilibus tanta res procuretur herbulis*. Ms. *quàmq; futilibus*, al. *furtilibus, tanta res proc. herculis*. Emẽdauit Beroaldus, *quàmq; futil. t. v. procuretur. Hercules*, &c. Nos nihil certius eſſe putamus Lipſiana correctione: qua, ita vt edidimus, ex priſcæ ſcripturæ veſtigiis ſcribendũ cenſuit.

31 *Ac deoſculatus*. Ms. *& deoſculatus*.

Pag. 48. verſ. 3. *Pili mei craſſantur in ſetas, & cutis*. Idem *pili mei craſſantur in ſetas: ſed cutis*, &c.

1 *Horripilant*. Ὀρθοτριχῶσι. Gloſſarium antiquum: *Horripilatur*;

latur, Ὀρθοτριχεῖν item: Ὀρθοτριχέω, *Horripilo*. Eumdem etiam dicebant φριξότριχα. Suidas: φριξότριχα, ὀρθοῦντα τὰς τρίχας. Clemens Alexandrinus Oratione ad Gentes: Ἱερώνυμος φιλόσοφος καὶ τὴν σχέσιν αὐτοῦ ὑφηγεῖται τοῦ σώματος, μικρο-ξότριχα, ῥαπικόν. Horripilare igitur Græcis, φριξοτριχεῖν & ὀρθοτριχεῖν.

9 *Reformationis*. Vulgati, *formationis*. Illud melius, & ex...

14 *Humidis tamen*. Iidem, *humidis cum*.

17 *Clamabit*. Iidem, *clamabat*.

23 *Vel noctis*. Manu exaratum exemplar, *nec noctis*.

28 *Mordicus adpetens*. Legendum putaui, *mordicibus adpetens*, quod Apuleio iam aſino facto conuenientius videbatur. Enim Plautus Aulularia:

Aſini me mordicibus ſcindant, boues incurſent cornibus.

Et valdè veriſimiliter putauit hoc ipſum reſtituendum infrà lib. VI. Guilielmius meus. Poſtea comperi etiam hunc locum ita emendare God. Stewechium noſtrum, eruditum virum, qui hoc anno Quæſtionibus ſuis nō malè meritus de hoc noſtro ſcriptore fuit; cuiúſque ſtudium non niſi laudandum videatur. Aliquoties in eadem concurrimus. Ecqui aliter fieri potuit. Parce tamen vindicare voluimus, quæ ille antè primus vulgauit.

33 *Probiſſimum, in ſtabulis*. Hæc abſunt à ſcripto exemplari.

Pag. 49. verſ. 5. *Loca lautia*. Perperam impreſſi ante *loca lauta*. Correxit hunc locum etiam Guilielmius noſter Veriſimilibus. Legimus quoque lib. IX. *Sed mihi, ne tormentum ſeruitij perhorreſcerem, nouus dominus loca lautia prolixe praebuit*. Et corrigimus Sidonium Apollinaré Epiſt. lib. VIII. *Senatorem noſtrum, hoſpitem meum conflictui huic facies exortem, ... ſi conuiuio tectoq; ſuccedas; dapes Cleopatricas & loca lautia pute...* in impreſſis omnibus & ſcriptis, quos aliquot inſpexi, *loca Latia*.

8 *Vt me*. Vulgati, *vix me*.

13 *Meorum*. Ms. *mearum*.

15 *De ueno*. Omnes vulgati, *denuò*.

Ibid. *Equi perfidiæ*. Ms. *equi perfidi*.

16 *Quæ ſtabuli*. Idem, *quà ſtabuli*.

17 *Eponæ*. Vulgares, *Hipponæ*. Vt in veteri libro manu ſcriptum,

ſcriptum, ita ſemper ſcribẽdum arbitratur princeps litteratorum Turnebus Aduerſar. lib. XXIV. Nemo notat hunc locum Tertulliani de Spectaculis: *Ceterùm & plateæ & forum & balneæ & ſtabula, & ipſæ domus noſtræ ſine idolis non ſunt.*

Ibid. *Reſidens.* Scribit elegantiſſimus Douſa, *præſidens.* Apud Ouidium: —— *Præſideo foribus cæli.*

Ibid. *AEdiculæ.* Anima Antiquitatis, & Suadæ medulla I. Lipſius legere malebat, *ſediculæ.* Sic Arnobius lib. IV: *Quòd ſi haberent in ſedibus ſuos proprios præſides.* De diis ei ſermo.

23 *Equi curæ.* Ms. *equinum.* Vnde legendum videatur *equinum.* Sed placeret magis, *equi nuui.*

28 *Quærens inuenire.* Vulgati, *quæritans eruere.* Quidam, *quæritans emere.*

32 *Conclamantis latrones.* Ms. *conclamantis latronibus.* An, *conclamatis latronibus?* Sed nihil mutandum. Petronius Arbiter: *Magnaq́; vociferatione latrones tenere clamauit.*

Pag. 50. verſ. 3. *Occurſus.* Vulgati, *diſcurſus.*

Ibid. *Ac facibus.* Iidem, *& facibus.*

Ibid. *Inſtructi noctem illuminant.* Ignorat hæc vetus codex.

4 *Ortiui Solis.* Iidem, *ortus Solis.* Sic Ortiuum cardinem dixit Manilius lib. III.

A Sole ad Lunam numerabis in ordine partes
Signorum: ortiuo totidem de cardine duces.

6 *Conſtitutum gazis.* Ms. *conſtitutum è gazis.* Scribo, *conſtitutum, & gazis.*

9 *Diffindunt.* Idem, *diffundunt.*

10 *Gerulorum.* Idem Ms. *gerulonum.*

11 *Extremas incitas.* Idem, *extremas metas.*

12 *Poſſint.* Idem, *poterant.*

13 *Serò quidem ſedulò tamen.* Iam vulgatam lectionẽ æquè bene ferendam cenſeo, *ſerò quidem, ſeriò tamen.* Eadem paronomaſia lib. V: *Tamen memineris meæ ſeriæ monitionis, cum cœperis ſerò pœnitere.*

22 *Turbellas.* Vulgò, *turbulas.* De Deo Socratis: *Quæ omnes turbellæ tempeſtatesq́; procul à Deorum cæleſtium tranquillitate exulant.* Plautus Pſeudulo:

Quo pacto, & quantas ſoleam turbellas dare. Notat Feſt.

23 *Nomen Auguſtum.* Malè quidam, *nomen Auguſti.* Auguſta maieſtas Impp. Dioclet. & Maximian. L. 17. C. De iure Fiſci.

27 *Cribris.* Ms. *crebris.*

32 *Rore florebant.* Magis eſt vt probem Baſileenſem ſcripturam, *rore fluebant.*

PETRI COLVI IN METAMORPHOSEON LIBRVM IV.

NOTÆ.

PAG. 5. verſ. 17. *Caleret.* Scripta lectio, *calerent.*

20 *Quamuis aſino.* Eadem, al. *q; vt aſino.*

22 *Partæ.* Eadem, *parti.*

24 *Lænigatos.* Vulgata ſcriptura, *leuatos.* Supra lib. I. *ſi mul iugi quod inſurgimus aſperitudinem fabularum lepida iocunditate lænigabit.*

26 *Compaſcuus cœtus.* Quidam è vulgatis, *compaſcuus locus.* Coniiciebam, *compaſcuus cibus.* Siquidem Lucianus: Καὶ τοῖς κτήνεσιν ἡμῖν παρέβαλον κραδίδια. ϗ οἱ μὲν ἤσθιον, ἐγὼ ἐπείνων μὲν κακῶς. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ οὐ πώποτε κράμβας ὠμὰς ἐγευσ-

31 *In locis.* Scriptus liber, *in hortulis.*

Pag. 52. verſ. 1. *Erectus in hominem.* Baſ. 1. Beroaldi & Rom. *refectus in hominem.*

5 *Nineus color renitebat.* Vulgares, *mineus,* ſeu, *minius color renitebat.* Scriptam lectionem veram facit, quod præcedit: *Sicubi fortè conterminis in locis candens reperirem roſarium.*

12 *Fortunæ meæ ſanitatem.* Ms. *ſeueritatem.* Emendabam, *ſcænitatem.*

Ibid. *Anteire.* Idem liber cum Ald. *anterire.*

14 *Diuini roris & nectaris.* Vulgò, *diuinis guttis roris & nectaris.*

15 *Vſque iam.* Scriptũ in veteri libro, *vſq;.* Lego, *vſquam.*

16 Hæ

16 *Hæ arbores.* Venetus, *Hæc arbores.* Archaiſmus, Hæc pro pro hæ. ſic ſemper Plautus. Curculione:

Nam illæcce catapultæ ad me crebro commeant.

Moſtellaria: *Madent in corde parietes. periere hæc oppidò ædes.*

Perſa: *——Quid iſtæc narrant.* TO. *Percunctare ex ipſis.*

Repone ex veteribus editionibus Menæchmis:

Ita iſtæc ſolent, quæ viro ſubſeruire
Sibi poſtulant, dote fretæ feroces. & Rudente:
Sed hæc pauperes ſunt, inopeſq́; puellæ.

Notat hoc idem alibi ad Terentium Donatus.

17 *Inodori.* Ms. *odori.*

19 *Fragrantis.* In eodem, *fraglantis.*

30 *Fatis.* Idem, *factis.*

33 *Eiulabili.* Vulgati, *ululabili.*

Pag. 53. verſ. 3. *Vtque ad me laniandum rabie perciti ferrent impetum.* Ms. *atque ad me lan. r. p. ferre impetum.* Scribo, *atque ad me lan. r. percitos ferre imp. paſſim cohortantur.*

6 *Ad compugnandū.* Idem liber ſolummodo, *compugnandū.*

7 *E re nata.* Idem, *è re tanta.* E re nata, Apuleij genuinam locutionem quis, me tacente, non animaduertat?

9 *Deuerteramus.* Vulgati, *deuerteram.*

13 *Lubrico.* Ms. al. *lubrio.*

16 *Et præcipuè.* Idem, *ac præcipuè.*

24 *Egrediendum.* Pleriq. cuſi, *ingrediendum.* Ms. *ingradiundum.*

27 *Mereri cauſſariam miſsionem.* Retinui hic Beroaldinam lectionem, quamuis vetus liber haberet, *morti ſuccumbere:* vt etiam in antiquo Bononienſi exemplari ſcripto eſſe teſtatur ſuis in Annotat. B. Pius.

30 *Vulturiis.* Vulg. *vulturibus.* Etiam lib. VI. *Protinus eum, vulturiis gratiſſimum pabulum, præcipitabo.* & lib. X. *Velut monſtrum oſtentúmque, me obtruncatam vulturiis opimum pabulum redderent.* Liuius lib. XXVII. *Vulturium frequenti foro in tabernam euolaſſe,* reſtituente doctiſſimo Lipſio.

33 *Ementita.* Ms. *menita:* Ald. Ven. Rom. *ſementita.*

Ibid. *Effunditur.* Ms. cum aliquot aliis, *offunditur.* quod repone.

Pag. 54. v. 1. *Iacenſq́; in mortuum.* Vulg. *iacenſq́; in modū mortui.* Loquendi hoc genus notaui & enodaui ſuprà ad li. 11.

2 *Quidem.* Abeſt à Ms.

6 *Totos.* Scriptus liber & Venetus, *totas.*

9 *Commilitonis mei.* τὸ *mei* non eſt in vulgatis.

12 *In proximo.* Ms. *in proximum.* Dictumne, vt, In mentem fuit Plauto: In poteſtatem Iuriſconſultis noſtris, & aliis alia ſimiliter? Sed adi Gellium.

15 *Diſſolutus.* Vulgares, *exolutis.*

16 *Vice lauacri, pulueris volutatibus digerebam.* Alij laſſitudinem ex itinere contractam lauacro leuabant: ego me pulueri inuoluendo. Hæc mens vera, hæc ſcriptura vera. Vulgati quidam, *pul. voluptatibus.* τὸ *lauacri* abeſt à Ms. Tertullianus de Pallio: *Lutea vnctio, & puluerea volutatio, & arida ſaginatio.*

20 *Etiam.* Non eſt in Ms.

27 *Pérque pronà.* Col. *qui per prona:* Rom. *quique prona.*

31 *Deſinunt.* Vulgo, *deſint.* Ego quemadmodum in veteri libro exaratum legi, ita emendandum ante conieceram. quo nihil facilius fuit.

Ibid. *Turris arduò caule firma.* Plerique vulgati, *turris ardua, caula firma.* Caule, id eſt colle: quemadmodum ſcriptum antiquitus in lib. 11. Georgicorum notat Seruius. Sic Aula, olla: Aurichalcum, orichalcum: Caudex, codex Plauſtrum, ploſtrum. Vulgata lectio non eſt vnius aſſis.

Pag. 55. verſ. 1. *Certè meo periculo.* Ms. *certo modo periculo.*

5 *Direpſiſſent.* Quidam è vulgatis, *irrepſiſſent.*

9 *Vitæ dedecus primum.* Malim, *vitæ dedecus primum.* quod poſcere videtur id quod ſequitur: *Et Orci faſtidium ſibi.* Oblitus eram notare lib. 11. legendum etiam videri: *Sunt, aio, priua huiuſcemodi diuinationis experimenta.*

11 *Luſitabis.* Ms. al: *inſicabil'.* Ex quo qui reconditius quid eruet, is magnã à me inibit gratiam. Nam ideo hæc huiuſmodi diligentius hic ex ſcripto libro annotamus.

14 *Tribues.* Vulg. *tribuas.*

16 *Soſpitatores.* Ibidem, *hoſpitatores.*

21 *Calidáque perfuſi & oleo peruncti.* Prius igitur lauabantur, poſteà vngebantur. Plautus Pœnulo:

——Vbi tu laueris,
Ibi vt balneator faciat vnguentariam.

Deinde

Deinde fricabantur. Pſeudulo:

Vncti hi ſunt ſenes. fricari ſeſe ex antiquo volunt.

Sed latius ad Florida.

22 *Commodum cubuerant.* Hæc ſcripta lectio, quæ etiam eſt in Colon. editione. Ven. Rom. *combuerant:* Ber. *coquerant:* Baſ. I. *coquierant:* II. *conſederant.* Illud *combuerant* fortè deprauatum ex *concubuerant.*

27 *Foros.* Ms. & Col. *choros,* Legit Lipſius, *toros.*

28 *Nunc ſorte.* Ms. & editiones pleræque, *tunc ſorte.*

Ibid. *Estur ac potatur.* Vulgati addunt dictionem, *Estur ac potatur inconditè.*

31 *Lapithis.* Ms. *Laphytis.*

Ibid. *Thebanis.* Baſ. I. margo, *Thelamibus.* Beroald. legit, *Telamonibus.* Vide ipſum.

33 *Anteibat.* Repone veterem lectionem, *ceteris antiſtabat.* Infra: *Sed animi robore ceteris antiſtaret.* Item lib. VII. lib. XI.

Ibid. *Hypatini.* Scriptum, *Ypati.*

Pag. 56. verſ. I. *Tantæ Fortunæ.* Vulg. *tantam fortunæ.*

3 *Si quid ad rem.* Minus eleganter quidã, *ſi quid ad rem facit.*

10 *Enim vos.* Vulgati, *Enimuero vos.* Ex eodem libro veteri reſcripſimus Floridorum lib. II. *Enim non pigebit me commemorare, quod illum non puditum eſt oſtentare.* & Flor. lib. IV. & Apologia II. & alibi. Plautus Perſa:

Enim metuò, vt poßim in bubilem reiicere, ne vagentur

Milite: *Enim cognoui nunc. feciſti modò mihi ex proclino palam rem.* Paulus L. XXVIII. D. de Probat. *Et hoc id eſt, quod Græci dicere ſolent ἐν πλάτει. enim poteſt hoc memoria teneri.* Qui locus valdè in vulgatis libris noſtris ab interpũctione laborat.

11 *Reptantes.* Scriptura vetus, *tentantes.*

26 *Aureos folles.* Gloſſæ veteres: *Follis, θύλακος χαμίνης, ἀσκός.* Item: *Ἀσκός, Vter, Vtris, Follis.* &: *Πήρα, Mantica, Follis:* Calliſtratus: *Non vtique ſi ille in folle reliqua obtulerit, liber erit.* L. Cum ſeruus LXXXII. De Condit. & Demonſtr. Hinc iocus Plauti Epidico:

——Nihil moror vetera & vulgata verba.
Peratim ductitate, at ego follitim ductitabo.
Nam leno omne argentum abſtulit pro fidicina, ego reſolui.

Vbi follitim ductitare, nihil aliud, quàm argento circumducere

cumducere, quod id ſcilicet in folle ſeruaretur. Nec be-ne áliter explicat Lambinus. Suidas: Φόλλις ἡ δραχμή, φόλλεως, ὁ ὀβολός. πληθυντικῶς τοὺς φόλλεις. vt etiam ac-piendi Folles apud B. Auguſt. de Ciuitat. Dei lib. xxii. cap. VIII. *Quaſi à martyribus quinquagenos folles, vnde veſtimentum emeret, petiſſet.* Aliquotiens hæc dictio eodem ſigni-catu in Cod. Theodoſ. Alia Beroaldus ad hunc locum.

28 *Contempta.* Correxit Beroaldus, *concepta.* quem om-nes editiones ſecutæ. Nos ſcriptam lectionem loco mo-uere noluimus.

30 *Præſtolamur.* Ms. *poſtulatis.*

Ibid. *Nec ſubleuare.* Vulgati, *neque ſubleuare.*

Pag. 57. verſ. 1. *Claui immittendæ.* Iidem, *clauis immitt.*

13 *Decurrunt.* Vulgati, *decurrere.*

14 *Medium.* Repoſuit Beroaldus, *remedium.*

15 *Comminiſcimus.* Vetus edita lectio, *commiſsimus.* Vnde ſcripſit Beroaldus, eumq. alij ſecuti, *comminiſcimur.* Com-miniſcere, vt Argumentare, Fabulare, Demolire. Quo-rum poſtremum Alfenus Vlpianuſque non ſolùm iuri noſtri, ſed & Latinitatis probatiſſimæ idonei auctores non ſemel dumtaxat vſi; ſiquidem Florentinam lectio-nem ſequimur: hic L. 1. D. ad L. Aquil. & L. xxvii. de Dam. inf. ille L. xxx. Locati. & L. xii de Vſuf. leg. Vide Diomed. & Priſcianum lib. VIII. lib. xi.

17 *Temperato.* Ms. Ald. Baſ. 1. *temerato.* temerè. Supra lib. III. *Per ſcapulas ictu temperato.*

Ibid. *Abſcidimus.* Ms. Baſ. 1. *abſcindimus.* Illud malui. Sic infrà legimus lib. v. *Niſu quàm valido noxij ſerpentis nodum ceruicis & capitis abſcide.* Sic Excidere, non excindere Apul. *Sed dorſis ſquallentibus excidenda.* Et ita plerumque Plautus.

20 *Regionis.* Vetus liber cum editionibus aliis, *religionis.*

Ibid. *Tumultu.* Venetus, *tumulto.*

22 *Vel remanere tuto poteſt vir ſublimis animi.* Hîc in veteri ſcripto noſtro exemplari ſequentia omnia hoc libro. lib. v. lib. vi. vſque ad finem ferè ſeptimi libri, deſiderantur. Siniſtræ manus, quæ tantum bonum nobis in-uiderunt!

24 *Precibus quæſens.* Ita non dubitaui reſcribere, politiſ-

ſimo

ſimo Lipſio ſuadente, immo iubente. Vulgati omnes, *precibus quærens*. Simile mendum libens ſuſtulerim è Plauti Menæchmis:

> *I Decio. quære meum patrem tecum ſimul*
> *Vt veniat ad me.*

Vbi ſcribam, *quæſe meum p*. Par enim loco Mercatore:

> *Syra, i. rogato meum patrem verbis meis*
> *Vt veniat ad mẹ iam ſimul tecum huc.*

& Aſinaria:

> *Leonida curre obſecro. patrem huc orato huc veniat.*

Manſit hoc verbum Bacchidibus:

> *Mirum eſt me vt redeam te opere tanto quæſere.*

30 *Deoſculatus*. Malim, *deoſculatum*.

32 *Tranſadigit*. Quædam editiones, *tranſadiit*. Infrà Lib. IX. *Iniecta lancea duorum alterum per medium pectus tranſadigit*. & VIII: *Nec non tamen ipſam beſtiam facili manu tranſadigit*. Virgilius: *Tranſadigit coſtas*.

Pag. 58. verſ. 3. *Sæuum Fortunæ nutum*. Etiam hoc loco legebam, *ſcæuum F. nut*.

4 *Abducere*. Venetus, *adducere*. Nec hoc, nec illud rectum. Num, *aufugere*? an, *abdicare*?

6 *Obliſis faucibus interſtinguere*. Suffaucare, ſeu ſuffocare. Interſtinguere, planè & penitus exſtinguere: vt Internecare, & Intertrahere Plauti Amphitruone, id eſt, delere ad internecionem; omnino & totum extrahere: apud Terentium Andria, Interturbare. Vbi vide Donatum. etiam Interbibere Aulularia, omnino ebibere.

8 *Stilis rapienda*. Non benè meo animo. Correxerim, *pilis rapienda*. Haſtas erigebamus. in has Alcimus veſtimenta & id genus alia ex alto coniiciebat, nobis ſic rapienda.

13 *Reculas*. Venet. & Baſ. I. *reſculas*. quod agnoſcit ſecundum analogiam ſuper XII. verſ. Æneid. lib. III. Priſcianus.

21 *Et ſatis improuidè* Concinnius, *ſed ſatis improuidè*.

26 *Diffiſſáque*. Rectè ita Beroaldus. At impreſſi omnes, *diffuſáque*.

31 *Conſcendimus*. Fortè, *concedimus*: vel potius, *contendimus*.

Pag. 59. verſ. 2. *Tantus ingenij.* Baſ. 1. marg. *tanti ingenij.*

7 *Confixilis machinæ.* Pegma intelligit. quod Gloſſæ veteres *Confixum* interpretantur. Quæ etiam: Συμπηγές, *Confixum.* Diſtingue hunc locum: *Confixilis machina ſublicæ, turres,* &c. Vitruuius lib. III. cap. III. *Et palis alneis, aut oleagineis, aut robuſteis vſtulatis configatur: ſublicæq́; machinis adigatur.* Sed primus hunc locum bene explicauit Belgicæ noſtiæ lumen Lipſius De Amphitheat. cap. XII.

20 *Pigra etiam ſeſsione languidæ.* Quidam, *pigræ etiam.* Scripſerim, *pigræ, & iam ſeſsione languidæ.*

24 *Tunc vulgus ignobile, quos inculta pauperies,* &c. Vt etiam, erant qui de feris in arena confectis epulabantur. Tertullianus Apologet. cap. IX. *Vbi ſunt item iſti qui de arenæ ſ rinis obſoniis cœuant: qui de apro, qui de ceruo petunt,* &c.

26 *Babulus.* Quid ſi legas, *Bardulus,* inquit Beroaldus. Et quid ſi *Bubalus?* quod in Martiale eſt Epigram. lib. I.

33 *Examurcatur.* Veteres editiones, *examurgatur.*

Pag. 60. v. 10. *Vultu ſereno.* Rebar legendum, *vultu ſeren*

11 *Sarcimine.* Quidam, *acumine.*

13 *Qua ceruix.* Malè alij, *quàm ceruix.* Vide ad lib. I.

19 *Genere Thracio.* An potius, *genere Thraco?* vt Apologia I: *De Zamolxi quodam Thraci generis.* Dicebant indifferenter Thrax, Thracus: Cappadox, Cappadocus: Arabs, Arabus: Æthiops, Æthiopus. Noſtrum emendauimus lib. VIII: *At ille Cappadocum me & ſatis ſorticulum denunciat.* Poſtremum quod poſuimus notauit Seruius ad VII Æneidos, & Priſcianus lib. VI. *Lucillius in quarto Æthiopus dixit, pro AEthiops.*

Rhinocerus velut AEthiopus.

Emendandus hinc Sidonius etiã Apollinaris, licet libris omnibus reclamantibus, Epithalamio Ruricij & Iberiæ

Hic lapis eſt de quinque locis dans quinque colores,
AEthiopus, Phrygius, Parius, Pœnus, Lacedæmon.

Vulgant, *AEthiopis.*

21 *Litteras affingimus.* Venet. Ald. Ber. *affigimus.*

27 *Vt ipſe habebat.* Si non habuiſſet, iuſſiſſetne numerari? Sed puto potius ſcribendum, *Vt ipſe aiebat.* Cuſum in Veneta editione, *vt ipſe hebat.*

29 *Telas*

29 *Pellere.* Reponendum cenſet Beroaldus, *pellicere.* Sed illud *pellere* loco non pellendum.

Pag. 62. verſ. 8. *Proterrendos.* Sic rectè ſcriptum. Baſ. 1. *proterendos.* Et lib. VIII. ſcribendum puto: *Quid miſeros homines, & laborioſos viatores tã crudelibus animis inuaditis, ac proterretis?*

11 *Cella.* Abeſt à Ven. & Ald.

13 *Scæuus Euentus.* Vulgò paſſim, *ſæuus Euentus.* Contrarius huic bonus Euentus, ſuprà.

15 *Diuinitus.* Tamquam Deus quis ſic voluiſſet.

17 *Premens obnixum ſilentium.* Quidam, *obnoxium ſilentium.* Suprà: *Lenem gradum & obnixum ſilentium tolerans.*

33 *Schemis ac motibus.* Sic repoſui; cum vulgò malè legi putarem, *ſcenis ac motibus.* Nonius Marcellus: *Petauriſtæ à veteribus dicebantur, qui ſaltibus vel ſchemis leuioribus mouerentur.* Item: *Sanniones dicuntur à ſannis, qui ſunt in dictis fatui & in motibus & in ſchemis.* Vt feliciter Lipſius duobus iſtis locis reſcribit. quẽ ſecutus, etiam hunc ſic emendare non dubitaui. Sunt qui ſemper in ſcriptore noſtro vbi *ſcena* poſitum eſt, *ſcema* legendum cenſeant. vt lib. II. ſuprà: *Venerabilis ſcenæ facie.* & hîc paulò antè: *Scenam denique quam ſponte ſumpſerat.* & poſt aliquotiens. Iidem etiam legi in Seneca non ferant Epiſtola XCIX. *Vidi ego in funere ſuorum verendos: in quorum ore amor eminebat, remota omni lugentium ſcena. Nihil erat niſi quod veris dabatur affectibus.* Nec in Tertulliano de Anima: *Cum ipſam corporis ſcenam tempus aboleuerit.* Aut in Sidonio: *Scenæ mœnium publicorum.* Eodem enim modo vbique Scena poſitum, quo ſæpius apud noſtrum.

Pag. 63. verſ. 5. *Spectatum.* Beroaldus reſcribit, *ſpectaculum.* Spectatum, vt Poſtulatum, Denuntiatum, Depenſum, & id genus alia.

9 *Celatum auxilium bono ferre commilitoni.* Emendat Lipſius, *celatim auxilium b. f. c.* Quod mihi veriſimile fit. Siſenna enim lib. VI. Hiſtoriarum: *Quàm maximè celatim poterat, in inſidiis ſuos diſponit.*

22 *Reſeruauit.* Rom. Venet. *reſerauit.*

27 *Paulò.* Baſileenſes, *Paulo*, tamquam propriũ nomen.

Pag. 64. verſ. 5. *Vino mero libant.* Poſtrema omnium editio, *vino mero libantes.* Alludit ad morem, quo ad ſepulchra

defun-

defunctorum libabant veteres. vt lib. VIII. *Ad ſepulchrum mei Lepolemi tuo luminum cruore libabo* Lucian. de Luctu: Ἢ τί ὑμῖν ὀνίναται τὸν ἄκρατον ἐπιχεῖν, ἢ νομίζετε καταῤῥεύσειν πρὸς ἡμᾶς, &c. Virgilius Æneidos III:

Ante vrbem in luco falſi Simoentis ad vndam
Libabat cineri Andromache, maneſq; vocabat.

10 *Diutina reſectione virulentum.* Sic repoſui maximi Lipſij ſecutus ſententiam. Quidam, *refectione*: alij *cogitatione*: denique Beroaldus, *agitatione*. Diutina reſectione, quia vetus & diu à ſtipulis reſectum, reciſum.

19 *Ventri tam profundo ſeruiens.* Caper Grammaticus: In *profundum vel in arcam nummi conduntur.* In profundum, hoc eſt, in ventrem. Iculariter apud Plautum paraſitus, Captiuis:

Profundum vendis tu quidem, haud fundum mihi.

Infrà lib. VII: *Inſatiabilem profundumq; ventrem ſemper eſuriens diſtendit.*

21 *Huic me operi attentum.* Vulgati omnes, *Huic me operi attonitum.* malè. Rectè lib. VII. *Mihi verò per diem laborioſæ machinæ attento furfures apponebat.* Et IX: *Nam, licet forenſi negotio officinator noſter attentus ferias nobis fecerit.* Sed iam etiam primùm reſtitui lib. X: *Tota familia partim miniſterio venationis occupata, partim voluptario ſpectaculo attenta.*

23 *Lenio.* Veteres editi, *lenitio.* Emendat Beroaldus, *leno*, vel, *lenio.*

27 *Filo liberali.* Baſ. I. & Ven. *Filo liberalem.* Dicam quid huc facit commodius lib. de Deo Socrat.

Pag. 65. verſ. 3. *Sine mora parabunt ſcilicet.* Scribo, *ſine mora parabunt ilicet.* Et ſic legendum infrà lib. X. *Et alterum, ob inceſtum parricidiúmque, capitis ilicet damnatum iri certò ſciebat.*

11 *Ac ſic.* Vulgati paſſim, *at ſic.*

15 *Incerta ſalutis.* Amplector Beroaldi correctionem, *incerto ſalutis.* Infrà: *Vicariæ venerationis incertum ſuſtinebat.* Sic paſſim iuris noſtri libris, Incertum conditionis, cautionis, ſucceſſionis. Minutius Octauio, *Incertum ſortis.* Sæpiſſimè ita veteres Theologi.

20 *Iam commodum conuinerat.* plerique libri alij, *Iam commodum conquierat.* Beroaldũ ſequimur. Suprà lib. I. *Cõmodũ conniueram*

19 *Quid malum fleret.* Vulgati, *quod malum.* Eſt ne hac locutione quid in Plauto frequentius?

31 *Reſicaret.* Repeteret, reminiſceretur. Sic Paulus noſter Sententiar. lib. I. *De his criminibus quibus quis abſolutus eſt, ab eo qui accuſauit refricari accuſatio non poteſt.* Arnobius lib. VII. *Si Atydis conſpexerit priſcam refricari ab hiſtrionibus fabulam.* Vnde liquet, nihil hic mutandum videri.

Pag. 66. verſ. 7. *Principalis.* Baſileenſ. II. Venet. Ald. *principales.*

15 *Templis & ædibus publicis victimas immolabat.* Vlpianus Titulo IX: *Farre conuenitur in manum, certis verbis & teſtibus decem præſentibus, & ſolemni ſacrificio facto: in quo panis quoque farreus adhibetur.* Seruius in III. Æneidos: *Apud veteres neque vxor duci, neque ager arari ſine ſacrificiis peractis poterat.* Tacitus lib. XI. Annal. *Atque illam audiſſe auſpicum verba, ſubiſſe, ſacrificaſſe apud Deos, diſcubitum inter conuiuas, oſcula, complexus, noctem denique actam licentia coniugali.* Megadorus, iam iam ducturus vxorem, Aulularia:

> *Ego, niſi quid me vis, eo lauatum vt ſacruficem.*

& Euclio, qui filiam ſuam nuptum collocabat:

> *Nunc lauabo, vt rem diuinam faciam, ne affinem morer.*
> *Quin, vbi arceſſat me, meam extemplo filiam ducat domum.*

16 *Domus tota lauris obſita, tædis lucida.* B. Ambroſius de Virginibus lib. II. *Sic etiam virgo noſtra debuit prius amore pio ludere, eaque tori cæleſtis fulcra mirari: in ipſo veſtibulo nuptiarum & poſtes frondium ſertis cernere coronatos, & chori ſtrepentis interius haurire delicias.* Lucanus lib. II. de Nuptiis Martiæ & Catonis:

> *Feſta coronato non pendent limine ſerta,*
> *Infulaq; in geminos diſcurrit candida poſtes.*

Denique in cuiuſlibet lætitia diei feſti ianuas ædium ornabant lauris & lucernis. De quo Lipſius accuratè, Elect. I. & quædam hic Beroaldus. Ad quæ addi poſſunt illis non notati loci. Tertulliani de Corona Militis: *At enim Chriſtianus nec ianuam ſuam laureis infamabit.* Et de Idololatria: *Sed luceant tabernæ & ianuæ noſtræ: plures iam inuenies Ethnicorum fores ſine lucernis & laureis, quàm Chriſtianorum. Ergo, inquis honor Dei eſt, lucerna pro foribus & laurus in poſtibus?* Item: *Quod ianuam eius ſubito, annuntiatis gaudiis publicis, ſerui coronaſſent.* Et alibi: *Ac-*

cendant igitur lucernas quibus lux nulla eſt; adſigant poſtibus lauros ſtatim modo arſuras. D. Ambroſius Sermone XC. *Reuerſa igitur ad palatium facit gaudium & patri ſuo Auguſto, & fratribus ſuis imperatoribus. Coronatur ciuitas tota. fit lætitia militantibus atque priuatis.*

21 *Incertis.* Beroaldus, *inſertis.* Malim ego, *exertis.*

26 *Atracis.* Ven. *Artidis,* Baſ. 1. *Athracis,* al. *Athidis.* Lipſius, *Aiacis.* Ego iam aliud quàm Beroaldus ad hunc locum dicere non poſſum.

27 *Deſpectæ diſturbatæq́;.* Idem Lipſius, *diſiectæ diſt.* Gulielmius, *diſpectæ diſturb.*

28 *Sæuiſſimum.* Emendarim, *ſcæuiſſimum.* De hoc dixi ſemel ſimul ad multos in hoc auctore locos. Ecquouſque per eamdem lineam hanc ſerram reciprocabimus?

33 *Coronis floridum.* Tertullianus de Corona militis: *Coronant & nuptiæ ſponſos. & ideo non nubimus Ethnicis; ne nos ad idololatriã vſq; diducant, à qua apud illos nuptiæ incipiunt.* Plautus Caſina:

Sed eccum progreditur cum corona & lampade
Meus ſocerus, compar, commarius villicus.

Sidonius Epiſtolarum lib. I: *Iam corona ſponſus, iam palmata conſularis, iam cyclade pronuba, iam toga ſenator honoratur.* Sponſa etiam coronata. Feſtus: *Coroliam noua nupta de floribus, verbenis, herbiſq́; à ſe lectis ſub amiculo ferebat.* D. Ambroſius de Virginibus lib. I: *Non intorto crine caput compta, ſed Chriſti ſui floſculis caput redimita, ſed moribus.* Hinc intelligimus quid ſibi velit Harmenopulus, dum ſcribit lib. IV. Tit. IV. de Nuptiis, ne quis clam coronetur: Μηδεὶς μυστικῶς στεφανούσθω, ἀλλὰ παρόντων πλειόνων, &c.

Pag. 67. v. 8. *Mea herilis.* Sic Colon. & Ald. Baſ. 1. *mi hercules,* al. *me hercules.* quod & in aliis eſt.

14 *Dulciolis.* Veteres, *dulcioli.* Vide quæ notabo infra ad lib. X.

15 *Triſtitie.* Ita repoſui, cùm vulgò paſſim eſſet, *triſtitia.* Sic etiam reſcripſi lib. X. *Senili triſtitie ſtriatam gerens frontem.* Sed vide quæ ſcribemus ad lib. V.

Ibid. *Languore.* Sic audacter reſcripſi. Vulgo, *languori.* quod irrepſit, quia putatum dandi etiam caſu legi, *triſtitiæ.*

16 *Anxiatum.* A Beroaldo eſt. Exprimi debebat vetus

lectio

lectio, vel exatum. Vnde Lipſius, *delaſſatum*. Sicquidem Plautus Aſinaria:

Ibi labore delaſſatum noctem totam ſtertere.

An laceratum? Minutius Felix: *Cum febribus vreris, cum dolore laceraris.* Reponit Beroaldus, *vexatum*. Ego aliquando etiam ſcripſi, *dinexatum*. Perſa:

Itaque me Toxilus perfabricauit, itaque meam rem diuexauit.

26 *Admonentes oribus ſuis dexteram.* Lucianus de Saltatione: Καὶ Ἰνδοὶ ἐπειδὰν ἕωθεν ἀναστάντες προσεύχωνται τὸν ἥλιον, οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς τὴν χεῖρα κύσαντες ἡγούμεθα ἐντελῆ ἡμῶν εἶναι τὴν εὐχήν, &c. Plura de hoc ritu ante nos alij.

27 *Primore digito.* Vulgò paſſim, *priore dig.* Plautus Pœnulo:

Vix quidem hercle, ita pauxillula eſt, digitulis primoribus.

Noſter, correctus itidem, lib. x. *Saltare ſublatis primoribus digitis perdocuit.* Turpilius Demetrio:

Sandalio innixa digitis primoribus.

Varro Armorum iudicio: *Vt in littore cancri digitis primoribus ſunt.* Et hæc adducta à nobis non tam genuinæ ſcripturæ oſtendẽdæ, quàm notionis etiam veræ indicandæ. Nam ſunt qui per Primorem digitum, ſecũdum à Pollice, hoc eſt Indicem intelligunt: cùm de quolibet alio dictum etiam videri poſſit. id quod exempla illa conuincunt.

Pag. 68. verſ. 2. *Immenſum procedit indies opinio.* Quidam *in immenſum*. Sed infrà, de Philoſophia: *Nec immenſum augeri per auaritiam, nec prodigi per luxuriam, aut deſeri per negligentiam ſinant.*

7 *Ac neipſa.* Venet. Aldin. *at neipſa.*

8 *Deſeruntur.* Lege ex Aldino, *deſeruntur*. Reliqui, *proferuntur*. quod ineptè hic bis repeteretur. Fortè non malè etiam, *differuntur*.

9 *Incoronata ſimulachra.* Quintilianus Declamatione CCCXXI: *Venenum inter Lares ſuos, inter ſacra menſæ, coronatis inter quos colebamus, Diis immortalibus, venenum aliquis hilaris bilarabit.* Noſter lib. III. ſuprà: *Eponæ deæ ſimulachrum reſidens ædicula, quod accuratè corollis roſeis equidem recentibus fuerat ornatum.* Plautus Aulularia:

Nunc tuſculum emi & haſce coronas floreas,
Hæc imponentur in foco noſtro Lari.

13 *Veneris abſentis numen.* Vulgatum antè, *Veneris abſenti nomen.* quod fortaſſis haud reiiciendum.

16 *Vehementer.* Ex poſtrema Baſil. editione. Antè vbique, *vehementer.*

27 *Vſurpabit.* Sic Aldina editio. Reliquæ, *vſurpauit.*

28 *Illicitæ formoſitatis.* Quid ſi legas, *illiciæ?* Certè etiam ſic placebat Lipſio.

Pag. 69. verſ. 15. *Plantiſq; roſeis vibrantium fluctuum ſummum rorem calcauit.* Eodem modo Epigram. Græcorum lib. VI. vetus Poëta Mures:

Νύμφαι ἀμαδρυάδες, ποταμοῦ κόραι, αἳ τάδε βένθη
Ἀμβρόσια ῥοδέοις στείβετε ποσσὶν ἀεί.

19 *Cærulis barbis.* Alij, *cæruleis barbis.*

21 *Maria perſultantes.* Legit Beroaldus, *perſulcantes.* & eum ſecuti qui poſtremæ editioni Baſileenſi præfuerunt. Malum factum. Seneca de Diuina Prouidentia: *Imbrem culmo aut fronde defendunt: ſuper durata glacie ſtagna perſultant: in alimentum feras captant.* Et ita ferè Sidonius Panegyrico Maioriani: *——cum ſtagna ſuperbo*

Irrupit temerata gradu: turmæq; frequentes
Helleſpontiaco perſultauere profundo.

23 *Serico tegmine flagrantiæ Solis obſiſtit inimici.* Latinus Pacatus Panegyrico: *Illos tenero perlucentes amictu, & vix leue carbaſum vitandi Solis tolerantes.* Nam ſic ibi legimus, vel, *vitando Soli.* nec poteſt ferri quod vulgatum eſt, *vitando Sole.* Etiam legendum in Panegyrico innominati auctoris Conſtantino Imp. dicto: *Quales amœna Græcia & deliciæ Orientis educunt, vix leuè palliū & ſericos ſinus vitandi Solis tolerantes.*

29 *Accedit.* Venetus, *accidit.*

Pag. 70. verſ. 1. *Deſertam ſuam ſolitudinem.* Potius legerim, *deſerta ſuam ſolitudinem.* vt ſuprà lib. 1. *At ego, ſcilicet Vlixi deſerta, vice Calypſonis æternam ſolitudinem flebo.*

18 *Affatu.* Legendúmne, *effatu?* Effari, effatus, effatum propriè de eo qui ex oraculo loquitur. D. Auguſtinus libro 1. de Ciuit. Dei: *Quem quidem ille verſum vel breuitate veritate tamquam ex oraculo quodam mihi effatus videtur.* Noſter lib. de Mundo: *Pars verò præſagiis effantes futura.* Locus etiam alibi apud Varronem in hanc rem de Lingua La-

tina,

tina, qui iam mihi non ad manum.

19 *Piger triſtiſq;.* Placebat Lipſio, *pigens triſtiſque.*

24 *Tibia Zygiæ.* Baſ. 1. *tib. gigiæ.* Vnde fortaſſis verum eſſe videri poſſet, *gingrinæ.* vt & quoſdam ſuo æuo legiſſe, innuit Beroaldus.

Pag. 71. verſ. 22. *Deiectis capitibus domuitionem parant.* Fulgentius Placiades de Priſco Sermone: *Choragium virginale ſumma vocatur. Apuleius Metamorphoſ. Choragio itaque perfecto domuitionem parant.* Qui certè locus nondum adhuc mihi in hoc opere repertus. & hic debet poni, aut nuſquam. Vnde coniicere licet, vel ſcriptorem noſtrum non hic integrum, vel ex fide priſcæ ſcripturæ non ſatis emendatum: aut ipſum Fulgentium errore memoriæ lapſum, & voluiſſe notare locum illum hoc ipſo libro: *Iam feralium nuptiarum miſerrimæ virgini choragium ſtruitur.* Sed præter coniecturas hic nihil habemus. nam ſcripti exemplaris hic nobis nulla copia.

25 *In ipſo ſcopuli vertice deflentem.* Non arridet hæc nobis ſcriptura. Commodius putabam, *in ip. ſc. v. degentem:* vel, *in ip. ſc. v. flentem.*

PETRI COLVI IN METAMORPHOSEON LIBRVM V.

NOTÆ.

PAG. 72. verſ. 13. *Placidiore reſurgit animo.* Colon. *placido reſurgit animo.* Baſ. 1. *Placidè reſ. an.*

11 *Placidum.* Baſ. 1. in marg. *perlucidum.* vt & III. Col. Alij, *placidum. Perlucidum*, iam magis placet. itaque repoſuerim.

14 *Tantum efferauit.* Sic Rom. Baſileenſes. Beroaldus emendauit, *effigiauit.* At eleganter *efferauit*, id eſt, in feras formauit.

Ibid. *Argentum.* Optimè Lipſius, *argumentum.* Virgilius Æneidos VII:

Argumentum ingens, & cuſtos virginis Argus,
Cælataq; amnem fundens pater Inachus vrna.

Seruius: *Argumentum ingens Aut fabula, vt Cicero: Argumenta erant in valuis.* Propertius lib. III.

Argumenta magis ſunt Neſtoris addita formæ.

Pag. 73. verſ. 3. *Intra limen ſeſe facit.* Legebam, *in limen ſeſe agit.* Comica locutio, *Quò te agis?*

Ibid. *Perlectāte.* Malim, *prolectāte.* Infrà hoc ipſo libro: *Et ubi ſedatæ lacrymæ poſtliminio redeunt, prolectāte gaudio.* Et lib. XI: *Vi ... noræ etiam aniculæ, prolectāte verno vapore, concentus ſuaues adſonantes*

13 *Lauacrum pete.* Veteres ante cænam plerumque balneas petebant. quod ex hoc noſtro non vno in loco eſt obſeruare. vt ſuprà lib. II. lib. III. lib. IV. & infrà lib. VIII. lib. IX. Apolog. I. Ex hoc more Plautus Perſa

Iam pol ille hic aderit credo congerro meus.
SA. *Medicit, euge.* TO. *Lauatum credo à balneis*
Iam hic adfuturum.

de paraſito vocato ad cænam. Perſius, Perſicũ inuitans

——*Iamnunc in balnea ſalua*
Fronte licet vadas: quamquam ſolida hora ſuperſit Ad ſextam

15 *Corporis curatæ.* Sic rectè priores editiones. Infrà: *Nouam nuptam interfectæ virginitatis curant.* Similis ratio loquendi in Plauto: *Nec ſermonis fallebar tamen.* Et tamen Florentiæ rectè ſcriptum apud Vlpianum: *Puto & hunc ſenſum caſu, quo curæ & tutelæ liberetur.* L. L. D. De legat. III. & Marcianum: *Eiuſdem legis pœnæ adficiuntur.* Quadrigarius apud Gellium: *Manu ſignificare cœpit vtrique, vt quieſcerent pu...* Lipſius quoque rectiſſimè repoſuit in Liuio, Lib. XXI. *Leuarunt animum religionis.*

31 *Aures eius accidit.* Vulgati libri omnes, *aures eius ...* quod fortaſſis ferri poſſet: & me volente quidem retinebitur. Illud tamen Latinius putabam. Attius Meleagro:

——*Timide eliminor*
Clamore; ſimul ac agnita vox ad aures eius accidit. Plaut. Stich.
Certò enim mihi paternæ vocis ſonitus aures accidit.

Auctor ad Herennium: *Quod, vbi ad aures accidit.* Priſcianus

nus: *Vocem deſiniunt Philoſophi, ictum auribus accidentem.*

Pag. 74. verſ. 25. *Ne ſororibus.* Aldinus, *nec ſororibus.*

16 *Ac ne videre.* Plerique alij, *at ne videre.*

Pag. 75. verſ. 4. *Ora conferat.* Quidam, *ora conſerat.*

10 *Nec ſuum.* Rectius puto, *ne ſuum.*

16 *Hunc mihi.* Colon. *hic mihi.*

18 *Hic etiã blanditiis.* Baſ. *hinc etiam bl.* Scribo, *his etiã blanditiis.*

23 *Feſtinantes.* Venetus, *feſtinantur.* Verè Romanus, *feſtinanter.* Infrà: *Sauiis feſtinanter ingeſtis.* Lib. VI. *Et proinus auptam completamq; feſtinanter.*

Pag. 76. v. 6. *Locumq;, ſeruientiũ populoſam,* &c. Non eſt integer ſatis hic locus. Beroaldus tentat reſtaurare legens, *locumq. oſtendit, ſeruient,* &c. Ego aliud quod dicã non habeo.

10 *Præcordiis penitus.* Scribere malim, *præcordiis penitis.* Noto ad lib. VIII. infrà.

18 *Sermonis præcedentis.* Correctius puto, *ſerm. procedentis.* Suprà lib. VII: *Nam procedente ſermone, paulò iam clarius.*

26 *Maritis aduenis ancillæ deditæ.* Sic apud Virgilium Andromacha:

——Qui deinde ſecutus

Ledæam Hermionem, Lacedæmonioſq. Hymenæos,

Me famulo, famulámque Heleno tranſmiſit habendam.

27 *Extorres & Lare.* Libet hîc notare locum Tertulliani, &, ſi poteſt, ſi debet, emendare. De Præſcriptione aduerſ. Hæret. *Plerique nec eccleſias habent, ſine matre, ſine Deo, orba fide: extorres quaſi latè vagantur.* vbi legerim, *extorres quaſi Lare, vagantur.* Sed fortaſſis, *latè vagantur,* etiam de Lata fuga intelligendum. de qua Marcianus L. v. D. Interd. & releg. Sed hæc alterius loci.

28 *Fœtu ſatiante.* Satis ſanus hic locus fortaſſis. ſed ego putaui aliquando reponendum, *fœtu ſarcinante.* Nam ſic lib. x: *Sarcina prægnationis oneratam.* Fuit etiam cùm legerem, *fœtu ſaburrante.* Lena de ſui ordinis mulieribus, apud Plautum Ciſtellaria:

——Quæ vbi ſaburratæ ſumus,

Largiloquæ extemplo ſumus.

Paullo aliter Arnobius lib. v. *Sanguinem ſaburratum* dixit. Sed hæc coniectura dumtaxat. Sæpius enim arbitrarias correctiones hîc ponere cogimur, quia certæ è ſcripto libro non ſuppetunt.

32 *Splendicant.* Quidam, *ſplenditant.* Infra lib. VII. *Quippe cum mihi etiam tunc depiles genæ leui pueritia ſplendicarent.*

Pag. 77. verſ. 8. *Cucurbita glabriorem.* Lucianus Iudicio vocalium: Ἀκούετε ἔθνους κρέοντος· ἐκ τῆς κεφαλῆς τὰς τρίχας τίλλοντος ἀντὶ τοῦ τῆς κολοκύνθης ἐστερῆσθαι. Vbi alluſio ad hoc prouerbium manifeſta.

14 *Pannis ſordidis & fœtidis cataplaſmatis.* Imitatus hunc locum Sidonius Epiſtolarum lib. III: *Taceo chiragricam manum vnctis cataplaſmatum pannis, tamquam ceſtibus, inuolutam.*

15 *Medicæ.* Veteres impreſſi, *modicè*, vel, *medico.* Ald. *Medici.*

18 *Fortunam collapſam indignè.* Malebat Lipſius legere, *fortunam collatam indignè.*

33 *Sed ſorores.* Quidam, *ſciet ſorores.*

Pag. 78. verſ. 3. *Ad ſuperbiam.* Baſ. 1. *adque ſuperbiam.*

8 *Deterrentes.* Ven. Ald. Rom. Ber. *deterentes.* Genuinum puto, *deſerentes.* Series fabulæ id probat.

23 *Si texeris noſtra ſecreta ſilentio.* Potius diſtinguendum, *ſi texeris noſtra ſecreta, diuinum: ſi profanaueris, mortalem nuncio. Pſyche læta,* &c.

Pag. 79 verſ. 7. *Internecinum.* Veteres excuſi, *internecinum.* Beroaldus primus emendauit, *internecinum.* Internecinum odium, *vt* Internecinum teſtamentum, de quo Feſtus, & Iſidorus Origin. lib. V.

19 *Sic in hoc ſaltem.* Baſ. 1. *Sic in hoc faciem.* Vnde forſan legi poſſe videatur, *Sic in hoc face paruulo cognoſcam,* &c.

27 *Nec parentibus.* Plerique, *ne parentibus.*

32 *Incontatæ.* Fortè rectius, *incontanter.* Suprà lib. III. *Magiſtratibus te incontanter obiiciam* Lib. etiam IX: *Tunc vni tribus fratribus incontanter, & paulo liberius reſpondit.*

Pag. 80. verſ. 1. *Theſaurumque penitus abditæ fraudis.* Plautus ſic alibi: *Theſaurum ſtupri.*

3 *Geris in iſta perula.* Baſ. 1. *paris in iſta paruula.* Vnde coniectura doctiſſimi Lipſij, *geris in iſta parmula,* vel, *arcula.*

5 *Infantis aurei.* Veteres editi, *in tantis aureis.* Infans aureus, id eſt pulcer. χρυσῆ ἀφροδίτη apud Mimnermum, & alios.

6 *Prorſus.* Colon. Baſ. 1. *protinus.*

17 *Natalium ſectacula.* Inſolens locutio. Rom. Ber. Ven.

Natalium

Noctalium ſectacula. Baſ. *noctalium ſpectacula*. Caligo hic mihi, quam diſcutere tento, legens, *natalium notacula prouenirent*. Notacula natalium, id eſt ſigna & indicia, quibus natales probentur. Minutius Octauio: *Sic nos denique non notaculo corporis, vt putatis; ſed innocentiæ ac modeſtiæ ſigno facilè dignoſcimus.*

24 *Altercantes*. Veteres editi, *altricantes*. de quo notatum quid forſitan infrà lib. x.

Pag. 81. verſ. 5. *Perditæ*. Scribendum fortè, *percitæ*. & ita quoque Lipſio viſum.

13 *Colubrum*. Venet. Rom. Ald. *colubram*. Notatur à Grammaticis.

33 *Tertiata verba*. Notat Seruius Catonem dicere, *Tertiatò & quartatò verba dicere, præ metu*. Quod vnum in Seruio vulgari, an in loco ex Schedis eruditiſſimi Danielis aliis laudato habeam, non memini.

Pag. 82. verſ. 7. *Marium conſentio*. Secutus hic ſum correctionem Beroaldi. Vulgati, *marito conſ*. Vnde etiam legi poſſe arbitrabar, *meritò conſentio*.

9 *Præminatur*. Baſ. 1. *præmiatur*.

23 *Aulea*. Emendatio hæc Beroaldi. Impreſſi veteres, *aulæ*.

21 *Conſcenderit*. Ven. Baſ. 1. *concederit*.

28 *Paulatim*. Venet. *pullulatim*. ex veteri ſcriptura, *pollulatim*. Obſeruaui etiam lib. 11. ſuprà.

32 *Abſcide*. Plerique alij, *abſcinde*.

Pag. 83. verſ. 1: *Cunctiſq; ocyus tecum relatis*. Vulgati omnes libri, *cunctiſq. ſociis tec. relat*. Simul hæc omnia monilia ex auro argentoque, & id genus alia pretioſa tecum aſportaris.

5 *Flatus alitis*. Venetus, *flatis al*. Scribo, *flantis alitis*. Sed flatus fortè, vt Prægnatis, Intemperatis, ſuprà alibi.

16 *Altum ſoporem*. Lego, *altum in ſoporem*.

24 *Et acuminis ſacrilegi nouacula prænitebat*. Elegantiſſimè Lipſius, *& acum ſacr. nouaculam pænitebat*. Pænitebat nouaculam ipſam quod fuiſſet tam acuta vt Cupidinem, tam pulchellum puellum, læderet.

26 *Decedit in imos poplites*. Idem elegantiſſimus Criticorum, *deſedit in im. po*. Ego, *decidit in im. popl*. Sic apud Oui-

UNIVERSIDAD DE GRANADA
Hospital Real

dium lib. x. Metamorphoſeon:

Poplite deciduo genua intremuere: fugitq́;
Et color & ſanguis, animuſq́; reliquit euntem.

19 *Iamq́; laſſa, ſalute defecta.* Emendat idem magnus vir, *iamq́; laſſa, ac luce def.* Ego conieceram, *iamq́; caſſa ſalute defi.* Caſſa ſalute, vt apud Panegyriſtem legendum cen., *ſpe iam caſſa*: vbi vulgò etiam eſt, *ſpe iam laſſa.* Sed locum primam. Nazarij eſt: *Idemq́; Ruricius magna ſuorum clade reiectus mœnia, ſpe iam caſſa, & adhuc mente veſana, cùm ſe Veronam proripuiſſet,* &c. Sic *caſſa ſpecula* noſtro infrà lib. VI: *Quin igitur maſculum ſumis animum, & caſſæ ſpeculæ renuntias fortiter.* Arnob. lib. III: *Quare nihil eſt quod nos fallat, nihil quod nobis polliceatur ſpes caſſas.* Sic Caſſus tumultus, labor: Caſſa Inuidia, præſumptio apud hunc noſtrum: Caſſa iudicia L. 1. C. de Sacroſ. eccleſ.

Pag. 84. verſ. 16 *Patulis ac petulantibus ſauiis.* Baſ. 1. *petilis ac patulantibus ſau.* Vnde lego, *petilis ac petul. ſau.* Paronomaſia non inelegans, *petilis ac petulantibus.* Petilum veteribus, idem quod exile & tenue. Lucilius lib. XII.

Inſignis varis eſt cruribus, atque petilis.

Plautus Plociona: *Nam coloratam frontem habet, petilis labiis.* Petilis labris, vt hic, petilis ſauiis: id eſt, delicatis, mollibus, teneris. Sed, etiam non inelegans quod Lipſio viſum, *patulis ac petulantib.*

20 *Et ipſa.* Paulò rectius legas, *etiam ipſa.*

Pag. 85. verſ. 4. *Præclarus ille.* Sic Plautus Perſa:

Videſis. ego ille doctus leno penè in foueam decidi.

30 *Suſpiritu.* Plerique, *ſuſpiratu.* Vide quæ ſuper hoc ſuprà ad lib. I.

Pag. 86. verſ. 5. *Laboranti veſtigio.* Diuinabam potuiſſe ſcribi, *labaſcenti veſtigio.* Corruptè Arnobius lib. III. aduerſus Gentes. *Si nouenarius numerus cognomen Nouenſilium dedit, Cornificius balare conuincitur, qui nouitati præſidentibus diuis abſentiæ vim donat.* Vbi reſcribo, *Cornificius labare conuincitur.* Infrà enim ſub finem libri eiuſdem: *Cum ex vno & altero manifeſtum fiat & pateat labare, nec quidquam vos certi de hisce quas aſſeritis dicere.* Et hanc noſtram in Arnobio coniecturam certiorem puto iſta altera, quæ hoc loco Apulei.

I. Na-

8 *Nuntiari præſentiam ſuam.* Ex ritu antiquo Romanorum: quem explicat dilucidè in Quæſtionib. Roman. Plutarchus. Tibullus:

Tunc veniam ſubito. nec quiſquam nuntiet antè;
Sed videar cælo miſſus adeſſe tibi.

D. Ambroſius de Obitu Valentiniani: *Atque vtinam aduentum ipſius nullus præueniſſet nuntius!*

10 *Sic incipit.* Potius ſcribam, *ſic inſit*, vt ſæpe aliâs.

14 *Vt æquè placuerat.* Lego, *vtique placuerat.*

32 *Ob iſtud.* Sic non dubitaui reponere, cùm vbiq; vulgaretur, *obi iſtud.* Et ita etiam Lipſius ad I. Annal. Taciti.

Pag. 87. verſ. 7. *Pari modo.* Fortè, *pari domo.*

8 *Fallacie.* Vulgati omnes, *fallaciæ.* Sic *Sænitiem*, infrà lib. VI. *Minutiem* lib. IX. Vbi etiam reſtituo: *Talis ſermonis blanditie cauillatum.* Sic, *Critias mea delicies*, Apol. I. Emendaui etiam ſuprà lib. IV. *Triſtitie*, & lib. X. Sic Varro dixit Rerum Diuinarum lib. XI. *Proſiciem extorum vel in menſam porriciam.* Sic Amicities alibi apud Lucretium: Notities in Gloſſario veteri. Sed iam ohe.

10 *Interim dum Pſyche.* Non dubito ſcriptum fuiſſe, *Inibi ſtatu Pſyche.* Sed iam ſuprà alibi dixi.

25 *Filium lacerans exiſtimationem.* Scribendum erat, *filij lac. exiſt.* nuſquam tamen ante nos emendatum fuit.

33 *Effictè.* Verius, *effictim.*

Pag. 88. v. 4. *Queritans.* Veriſimiliter Beroal. *quiritans.* Non ſemel hæc dictio è noſtro hoc auctore excidit.

8 *Vt primum quidem.* Contextus orationis non ſatis concinnus videri poſſit: & deeſſe, *non ſolùm*, vel ſimile quid.

11 *Inſtructus es.* Hæc Baſ. I lectio. Ceteri, *inductus es.* Num *imbutus es?*

14 *Denudas.* Arrideret magis, *deſrudas.*

Pag. 89. verſ. 14. *Perpetrare venitis.* Minus venuſtè maxima pars antè-cuſorum, *perpetraturæ venitis.* Infrà lib. VI. *Maritum, qui vulnere tuo periclitatur, interuiſere veniſti.* Plautus:

Ad Veneris fanum venio viſere.

Et Propertius: *Ibat & hirſutas ille videre feras.*

Sed & Lipſius legebat, *violentiam ſcilicet perpetuare venitis.*

31 *Grauioſo.* Veteres editiones, *glorioſo.*

PETRI

PETRI COLVII IN METAMORPHOSEON LIBRVM VI. NOTÆ.

PAG. 90. verſ. 18. *Puluinaribus ſeſe proximam.* Verius ſcribi putabam, *puluinaribus ſeſe proximis.*

21 *Et operæ meſſoriæ modus omnis.* Non malè emendaſſe videri poteſt Guilielmius olim meus, *& op. meſſ. mundus omnis.* Nam noſter Apol. I. *Quoniam, vt res eſt, maius piaculum decernis ſpeculum Philoſopho, quàm Cereris mundum profano videri.*

Pag. 91. verſ. 20. *Inter ſubſitæ conuallis ſublucidum lucum.* Multum luci olim Diis Deabuſque ſacri erant. Plautus Aulularia:

Vide fides etiam atque etiam, nunc ſaluam vt aulam abs te auferam.
Tuæ fidei concredidi aurum. in tuo luco & fano modo eſt ſitum.

Seneca Epiſtola XLI: *Si tibi occurrat vetuſtis arboribus, & ſolitam altitudinem egreſſis frequens lucus, & conſpectum cæli denſitate ramorum aliorum alios protegentium ſubmouens; illa proceritas ſiluæ & ſecretum loci, & admiratio vmbræ in aperto tam denſæ atque continuæ fidem tibi numinis facit.* Plinius Laudatione Traiani: *Atque inter hæc pia mente adire lucos & occurſare numinibus.* Dixi multum: quia non omnes ſacri, ſed illi dumtaxat qui non cædebantur. Ad quod diſcrimen Feſtus: *Conlucare dicebant, cùm profanæ ſiluæ rami deciderentur officientes lumini.* Quod & Seneca indicat, cum ait, *Vetuſtis arboribus frequens, &c.* Ouidius lib. VIII. Metamorphoſ.

Ille etiam Cereale nemus violaſſe ſecuri
Dicitur, & lucos ferro temeraſſe vetuſtos.

24 *Lacinias auro litteratas, ramis arborum poſtibuſq; ſuffixas: quæ cum gratia facti, &c.* Inſcribebatur donariis vtenſilibuſque ſacris nomen Dei Deæve, cui ea data, dicata. Ad quem ritum reſpexit Plautus Rudente:

Vt comprehendar cum ſacra vrna Venerea.
Nempe optimo me iure in vinclis enicet.

Magiſtratus; ſi quis me hanc habere viderit.
Nam hæc litterata eſt, ab ſe cantat cuia ſit.

Sed poſtremum verſum malim legere,

Nam hæc litterata eſt. eapſe cantat cuia ſit.

26 *Genu nixa, manibus aram tepentem amplexa.* Plautus Rudente: *——Venus alma ambæ ted obſecramus,*
Aram amplexantes hanc tuam lacrymantes, genibus nixæ.

B. Ambroſius ad Marcellinum: *Nec altaria tenebo, vitam obſecrans.*

Pag. 92. verſ. 1. *Quam cunctus Oriens Zygiam veneratur.* Verius putat Lipſius, *Syriam ven.* Certè Iunonem nomine deæ Syriæ in Oriente cultam ſatis teſtatur Lucianus: qui templum ipſius Hierapoli, Syriæ ciuitate, luculentum deſcribit. Adſentitur Appianus Parthicis: Καὶ τὰ χρήματα τῆς ἐν ἱερᾷ πόλει θεοῦ σταθμοῖς καὶ τρυτάναις μεταχειριζόμενος ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐπιγράφων δὲ καὶ δήμοις καὶ δυνάσταις στρατιωτῶν καταλόγους, εἶτα αὐτοὺς ἀργύριον διδόντας, ἠδόξει καὶ κατεφρονεῖτο. γίνεται δὲ πρῶτον αὐτῷ σημεῖον ἀπὸ τῆς θεοῦ ταύτης ἣν οἱ μὲν Ἀφροδίτην, οἱ δὲ Ἥραν, οἱ δὲ τὰς ἀρχὰς καὶ σπέρματα πᾶσιν ἐξ ὑγρῶν παρασχοῦσαν αἰτίαν καὶ φύσιν νομίζουσιν. Meminit etiam huius Deæ poëta vetus Epigrammatum Græcorum lib. VI.

Δαίμονι τῇ Συρίῃ μάτην τρίβειν Ἡλιόδωρος
Δίκτυον ἐν νηῷ τόδ' ἔθηκε ἀσθύροις.

Rete illi dicat, vt cui etiam piſcibus ſacrificatum Lucianus, & apud Athenæum Mnaſeas, ſcribunt. Locum Appiani nobis idem ſuppeditauit flos Belgicæ noſtræ Lipſius, ad firmandã ſuam ſuper hoc loco coniecturam.

5 *Iuno Soſpita.* Emendandus Capella lib. I: *Iunonis verò Soſpitæ geniis accitus ex nona.* Malè vulgo, *Iunonis verò hoſpitæ.*

Ibid. *In tantis exantlatis laboribus deſeſſam.* Sic hoc dictum, vt ſuprà lib. II. *Senex grauis in annis.* &: *Vinum in ætatate preſum.* & lib. III, *Tantulo triennio maior in ætate.* Emendauimus etiam lib. VIII. infrà, *In hebeti pigritia ferocem.* Itaque hunc locum ne ſollicitemus.

10 *Legibus.* Vt Fabia de Plagiariis. L. V. D. Ad L. Fab. de Plagiar. & iniuriarum etiam. L. XXV. D. de Iniuriis.

17 *Quo rurſum.* Doctiſſimus iuuenis Ioſias Mercerus, nobiſque amiciſſimus mauult legere, *quorſum.*

29 Limæ

39 *Lima tennantis detrimento.* Vulgarij libri omnes, *lima tennantis detr.* Quod Beroaldus non abſurdè certè explicare videtur. Audaculus hic fui: & coniecturam maximi hominis Lipſij noſtri, in ipſum contextum, vt vocant, admiſi. Si cui vetus lectio magis arridet; per me licet illam reponat.

Pag. 93. verſ. 3. *Canticant.* Scribendúmne, *cantillant?* Floridorum I: *Quid? quod & doctiſſimè & gratiſſimè cantilat.* & IV: *In ſolitudine cantillauit Orpheus.*

15 *Tuo præconio præmium inueſtigationis publicitus edicere.* Plautus Mercatore:

> *Certum eſt præconum iubere iam quantum eſt conducier.*
> *Qui illam inueſtigent, inueniant.*

Vlpianus: *Si tibi indicium dedero, vt fugitiuum meum indices, vel furem rerum mearum; non poterit repeti quod datum eſt.* L. IV. De cond. ob turp. cau. Petronius: *Puer in balneo paullo ante deerrauit annorum circiter ſedecim, mollis, formoſus, nomine Giton. Si quis eum reddere aut commonſtrare voluerit; accipiet nummos mille.* Curius Fortunatianus I C. Rhetoricæ lib. I: *Cum ſeruus fugerat, libello propoſito, vel per præconem nuntians, dixit daturum ſe denarios mille ei, qui ad ſe ſeruum perduxiſſet.* Sed de hoc plura apud Iuriſconſultorum maximum Cuiacium Obſeruationum lib. XI.

25 *Conueniat retro metas Murtias.* Propertius lib. IV.

> *Quas ſi quis mihi rettulerit, donabitur auro.*
> *Quis pro diuitiis ligna retenta velit?*
> *I puer, & citus hæc aliqua propone columna:*
> *Et dominum Eſquiliis ſcribe habitare tuum.*

De metis Murtiis ad hunc locum Tertulliani alium de Spectaculis, cap. VIII. etiam notaueramus: quem repperies apud principem virum Ioſ. Scaligerum Caſtigat. in Feſt.

27 *Ab ipſa Venere ſeptem ſuauia ſauia.* Sic apud Moſchum Amore fugitiuo,

> Α Κύπρις τὸν Ἔρωτα τὸν υἷα μακρὸν ἐβώστρει,
> Εἴ τις ἐνὶ τριόδοισι πλανώμενον εἶδεν ἔρωτα.
> Δραπετίδας ἐμός ἐστιν· ὁ μανύσας γέρας ἑξεῖ.
> Μισθὸς τοι τὸ φίλαμα τὸ Κύπριδος.

Tu

Voce Venus natum ingenti clamore vocabat,
Si quis oberrantem in triuiis vidiſſet Amorem.
Hic fugiens meus eſt. feret index præmia. merces
Saniolum tibi erit Veneris.

Pag. 94. verſ. 9. *Letiſsimum cachinnum.* Editi paſſim, *latiſſ. cachinnum.* Similiter lib. x. infrà: *Ac dein riſu ipſe quoque latiſſimo aduſque inteſtinorum dolorem redactus.* Sed ita Stewechius etiam repoſuit.

Pag. 95. verſ. 4. *Opus expeditum approbato mihi.* Sic hic locus interpungendus fuit. Plautus Milite:

—— Satin eſt, ſi tibi
Meum opus ita dabo expolitum, vt improbare non queas?

8 *Ruricola.* Pleræque editiones aliæ, *ruricula.*

19 *Fluuio præterluenti.* Scribo, *præterfluenti.* Infrà lib. VIII: *Hic cruorem præterfluentis aquæ rore diluere.*

Pag. 96. verſ. 8. *Efferri.* Num potius, *efferari?*

19 *Furatrina.* Scribendum in Nonio, *Moletrina à molendo, quod piſtrinum dicimus: vt Furatrina.* Mendosè enim legitur, *furtrina.* Reperire etiam eſt hanc dictionem in lapidibus priſcis, qui apud Aldum.

28 *Pauca Cocyti fluenta.* Lipſius, *rauca Coc. fl.*

33 *Montis extremum petit cumulum.* Quid ſi, *tumulum?* Sic infrà lib. VIII. *Iamq; apud frondoſum tumulum ramorumq; denſis tegminibus vmbroſum, &c.*

Pag. 97. verſ. 10. *Pupillis.* Sic Venetus. Ber. *pupulis.* alij *populis.*

22 *Diales vias.* Quidam ineptè, *ſidereales vias.* Sed operam mihi non videor luſurus, ſi hîc Arnobij locum, qui non alienus ab hoc loco, corruptum proponam, poſt emendem. Lib. I: *Alicuine mortalium Iupiter ille Capitolinus huiuſmodi poteſtatem dedit? Curionem, aut pontificem maximum, quin immo Dialem (quod eius eſt) iſto iure donauit?* Sermo ei de poteſtate ſanitatis priſtinæ reſtituendæ hominibus verbo duntaxat: quam Chriſtus habuit, quam ab illo apoſtoli accipiebant. Lego, *quin immo Dialem, quò Dius eſt, iſto iure donauit.* Cùm Ioui attribui audis flaminem Dialem; Diũ etiam eum eſſe intelligis: hoc eſt, eum à quo vita dari credebatur generi humano. Feſtus: *Dialis autem appellatur à Dio, à quo*

vita

vita dari putabatur hominibus. Debebat igitur flamen Dialis præcipuè poteſtatem ſanitati homines reſtituendi habere; quandoquidem Deus cuius ille ſacerdos, à quo ille nomen, talis audiebat.

23 *Speráſne.* Vulgò, *ſperáſque.*

27 *Deos per Stygis maieſtatem.* Minutius: *Et ideo apud eos rex Iuppiter per torrentes ripas, & atram voraginem iurat religiosè.*

6 *Magna quædam mihi & alta prorſus maleſica.* Quidam, *magna qued. mihi & al. pr. m.* Fortè ſcribendum, *maga quædam mihi & cata prorſus*, vel, *atra prorſus*: vel ſimile quid. Illud *alta* enim non videtur rectum.

19 *Pergit quampiam turrim.* Veteres editiones ſecutus ſum. Recentiores, *pergit ad quamp. turr.* Pergere turrim, vt Pergere iter, ciuitatem, alibi.

Pag. 99. verſ. 1. *In ipſo ore duas ferre ſtipes.* Ritus ſuperſtitioſus apud veteres nummum mortuo in os imponere, Charonti portorium & naulum. Lucianus de Luctu: Πρῶτα μὲν φέροντες ὀβολὸν ἐς τὸ στόμα κατέθηκαν αὐτῷ, μισθὸν τῷ πορθμεῖ τῆς ναυτιλίας γενησόμενον. Iuuenalis Satyr. III:

—— *at ille*
Iam ſedet in ripa, tetrumq; nouitius horret
Porthmea: nec ſperat cœnoſi gurgitis alnum
Infelix, nec habet quem porrigat ore trientem.

4 *Decidenti ſarcinæ fuſticulos aliquot porrigas ei.* Lego, *decidenti ſarcina funiculos aliq. porr. ei.* Rogabit te, inquit, ſenex, vt ſarcina ſua lignorum decidente & ſoluta, aliquot funiculos ei porrigas, quibus iterum ea ligetur & componatur. Sic infrà lib. VII. *Stuppæ ſarcina me ſatis onuſtum, properè, funiculis conſtrictum producit in viam.* Gellius Noct. Attic. lib. v: *Is de proximo rure in Abderam oppidum caudices ligni plurimos funiculo breui circumdatos portabat.* Loquitur de Protagora, baiulo ante ſtudium Sapientiæ.

9 *Ditis pater.* Vulgatum vbique, *Ditis & pater.* Beroaldus etiam, vt nos, ita emendandum bene cenſet. Gloſſæ: *Ditis pater*, Ὁ Πλούτων. Petronius:

Has inter ſedes Ditis pater extulit ora.

Arnobius lib. II. IV. & V. Iſidorus Origin. lib. VIII.

10 *Moriens viaticum debet quærere.* Plautus Pœnulo:

Facit illum heredem fratrem patruelem ſuum:
Ipſe abiit ad Acheruntem ſine viatico.

11 *Semi.* Baſ. 1. *ſemini.* Vnde faciendum arbitratur Lipſius, *ſemoni*, vel, *ſenici.* Poſterius ego mallem, & correctionem eius amplectar, Plauti Milite,

O lepidum ſenicem, ſi quas memorat virtutes habet!

in ſcriptis enim libris eſſe notatur à viris doctis,

O lepidum ſeminem.

21 *Comitas.* Emendarim, *omittas.*

25 *Conantibus oblatrans faucibus.* Beroaldus reſcribit, *conantibus obl. fauc.* Lipſius, *tonantibus.* Ego legebam, *ſonantibus*, vel, *inhiantibus*, ſeu *hiantibus.* Suprà enim lib. IV. *Iam faucibus ipſis hiantis Cerberi reluctabat.* Virgil. Georgic. IV.

—*Tenuitq́ inhians tria Cerberus ora.*

32 *Panem ſordidum petitu.* Baſ. 1. & Col. *panem ſord. petito.* Sic reſcripſimus ex Romani codicis ſcriptura Apolog. I: *Accipe aliud, pari quidem ſtultitia, ſed multo tanto varius & nequius excogitatum.*

Pag. 100. verſ. 3. *Cæleſtium ſiderum redies chorum.* Sic de Mundo: *Atque vnus ſtellarum chorus ex diuerſis occaſibus ortibuſque.* Varro:

Cum pictus aër feruidis latè ignibus
Cæli choreas aſtricas oſtenderet.

Manilius Aſtronomic. lib. 1.

Et quinque aduerſo luctantia ſidera mundo
Exercent varias naturæ lege choreas.

C. Pedo Albinouanus:

Quæ ſinere chori iuuenem ſic Heſperon illum,
Quem nexum medio ſoluit in igne Venus.

7 *Vel propitia.* Fortè, *velut propitia.*

Pag. 101. verſ. 9. *Ad armile redit.* Infrà lib. IX. *Tamen dum commota atque exaſperata, ad armillum reuertit: & ad familiares feminarum artes accenditur.* Prouerbium hoc etiam apud Lucilium eſt lib. XXVIII: *Hinc ad me, hinc licet anus rurſum ad armillum.* Nota vini cupiditas anuum.

13 *Conceſſu Deûm.* Fortè potius, *confeſſu Deûm.*

Pag. 102. verſ. 5. *Collocata facie.* Malim, *collata facie.*

12 *Nec mora, cum.* Sic plerique. Baſ. 1. *Nec mora tum.*

19 *Quoque canora perſonabant.* Ingenioſè Gulielmius, *qua canora perſon.*

29 *Immò promptiores.* Sripſerim potius, *animo promptiores.* Sic infrà lib. VIII. *Sed vnus, præ ceteris & animo fortior, & ætate iuuenior & corpore validior.*

Pag. 103. verſ. 23. *Quid ſtas Luci.* Correctio hæc Beroaldi. Editiones veteres, *Quid iſtas Luci?* Ex quo ſcripſi aliquando, *Quid inſtas Luci?* quod iam non placet.

27 *Qua decideris.* Scribo, *quà quà decideris.*

Pag. 104. v. 13. *Procurrente:* Baſ. 1. *procurante.* Vnde Gulielmius, *procurſante.*

14 *Tractu ſui.* Idem amicus meus, *tractus vi.*

18 *Vocis exitu.* Repone ex correctione Beroaldi, *vocis excitu.*

22 *Placitis gannitibus.* Legerim, *placidis gannitibus.*

28 *Obliquata ceruice.* Sic pleræque ex editionibus. Baſ. 1. *obligata.*

29 *Sollicito nutu.* Num, *vultu?*

Pag. 105. verſ. 6. *Compta diligentia.* Malim cùm Beroaldo, *cuncta dilig.*

22 *Facies deorum.* Facies gignendi caſu, vt apud Cl. Quadrigarium Annal. lib. 1. Notatur Gellio Noct. Attic. lib. IX. cap. XIV.

24 *Suſpiratus.* Poteſt hoc ferri; etſi aliter aliquando ſcripſerim. Ouidius lib. XIV. Metamorphoſ.

> *Reſpicit huc vates: & ſuſpiratibus altis*
> *Nec Dea ſum dixit.*

Pag. 106. verſ. 2. *Riſu magno.* Quidam, *riſu maligno.*

10 *Ingratis.* Baſ. 1. *Ingratus.* Iam notaui ad lib. III. ſupra.

20 *Diſtenta vinculis.* Scripſi olim, *deſtinata vinculis.* De verbo Deſtinandi ſuprà ad lib. 1.

22 *Auida ferocitate.* Adſentior Beroaldo, *auida voracitate.*

26 *Tormentis excarnificari.* Tertullianus Apolog. *Ciuilis & tyrannica dominatio veſtra eſt. Apud tyrannos enim etiam pro pœna tormenta adhibentur: apud vos ſoli quæſtioni temperantur.*

33 *Accerſere.* Reſcribendum ex Baſ. 1. & Ven. *arceſſere,* de quo Priſcianus.

PETRI

PETRI COLVI IN METAMORPHOSEON LIBRVM VII.

NOTÆ.

PAG. 108. verſ. 16. *Milonis Hypatini, quam.* Baſ. 2. *Mil. Hyp. quem.*

30 *Irrepens.* Fortè ſcriptum, *irretiens.*

Pag. 109. verſ. 10. *Multos numero.* Sic hoc accipiendum, vt ſuprà lib. IV: *Canes modo magros, & numero multos.* & infrà X. *Multas numero partes in cellulam ſuam mei ſolebant reportare domini.*

22 *Noxiorum ore.* Scribi debet, *noxiorum more.*

23 *Sauiſſimus. Scæuiſſimus.*

32 *Tantum.* Fortè, *tandem.*

33 *Diſſerere.* Scripſerim potius, *ediſſerere.* Non aliter legendum Plauti Aſinaria:

Quin rem actutum ediſſeris? Nam Captiuis:

Iam animum adhorte, ac mihi quæ dicam ediſſere.

& Ciſtellaria: ——*Periiſti, ni hercle hoc ediſſeris.*

Pag. 110. verſ. 4. *Nec iſtud.* Immò potius, *vel iſtud.*

10 *Notoriam.* Gloſſæ veteres: *Ex notoria. Ἐκ τῆς ἀναφορίας.* Item: *Μήνυσις, Indicatio, Notoria, Indicium.* Vbi etiam vulgatum, *Notaria.* Sed, Notoria & notaria indifferenter. Adi Cuiac. Obſeruat. lib. I. & lib. III.

13 *Communi conferebat arcæ.* Papinianus: *Iure ſocietatis per ſocium ære alieno ſocius non obligatur; niſi in communem arcam pecuniæ verſæ ſunt.* L. LXXXII. Pro ſocio.

16 *Pacatu itineribus.* Fortè, *pauſatis itineribus.* Pauſa iam itineribus aliquandiu facta.

Pag. 111. verſ. 19. *Procuratorem principis ducenaria perfunctum.* De procuratoribus Ducenariis ſcribit cum cura ad I. Cod. columen iuris & humanioris doctrinæ omnis, I. Cuiacius, & vir item maximus B. Briſſonius in ſuo de Verborum ſignificatione commentario. Sed is ex hoc

 loco

loco fortean arguatur non bene L. I. C. Theod. De offic. magiſtr. offic. cenſere, legi oportere *ducenam*, pro *ducenariam*. Verùm & de his notata quædam Ioſ. Scaligero lib. II. Manilij.

30 *Auro monetali zonis refertis incincta.* Olim peregrinantes pecuniam in zonis ſecum habebant. Adoleſcens iam iam profecturus, Plauti Mercatore: *Zonam ſuſtuli*. Vide lux etiam alij loco Perſæ :

—— cape
Tunicam atque Zonam & chlamydem afferto & cauſiam,
Quam ille habeat, qui hanc lenoni huic vendat. Sa. *Hei proh.*
To. *Quaſi ſit peregrinus.* & Truculento:
St. *Vbi eſt quod tu das? ſolue zonas?* &c.

Sic Zona accipienda apud Vlpian. L. VI. De bonis damnat.

Ibid *Cuſtodientium militum.* Milites cuſtodiendis reis adhibitos ſæpius legas apud noſtros. vt L. IV. §. I. D. Si quis caution. L. X. Ex quib. cauſ. maior. & non ſemel, Tit. de Cuſtodia reor. Alia, ni fallor, & plura decus illuſtre patriæ meæ Iac. Ræuardus Coniectaneis ſuis nedum editis: quæ breui lucem operâ noſtrâ videbunt, ſi nos adhuc eam. Sed & Lipſius iamdudum etiam cum cura ad III. Annal. Taciti.

Pag. 112. verſ. 12. *Quem ſibi.* Legendum, poſtulante ita ſententia, *qui ſibi*, vel, *quum ſibi*.

19 *Tota denique factione militarium vexillationum indagatu concta atque conciſa.* Latrones in prouinciis per milites ſtationarios, mandato principis, à præſidibus proconſulibúſve conquirebantur & veſtigabantur. Tertullianus Apologetico: *Latronibus veſtigandis per vniuerſas prouincias militaris ſtatio ſortitur.* Huc non ſemel Iuriſconſulti noſtri ſpectant. Paulus L. III. D. de Offic. præſid. *Nam & in mandatis principum eſt, vt curet is qui prouinciæ præeſt, malis hominibus prouinciam purgare.* Marcianus L. IV. Ad leg. Iul. peculat. *Mandatis autem cauetur de ſacrilegiis, vt præſides ſacrilegos, latrones inquirant.* Reſpiciunt fortè etiam Impp. Arcad. & Honor. L. X. C. de Epiſcop. & Conſtantius L. I. C. de Cuſtod. reor.

23 *Calceis femininis.* At Ælianus Var. hiſtor. lib. VII.

ἐμιμοῦντο δ' αἱ πολλαὶ γυναῖκες, καὶ τὰ ὑποδήματα αὐτὰ φορεῖν τοῖς ἀνδράσιν, εἰθισμέναι εἰσίν. Addit noſter, *albis illis & tenuibus.* Notemus ergo hoc loco genus calceamenti feminici, diuerſi à virili: vt & apud Manilium lib. v.

Feminea veſtes, nexa ſine tegmine planta
Et ſpecies, fictiq; placent ad mollia greſſus.

Cicero lib. I. de Oratore: *Vt ſi mihi calceos Sicyonios attuliſſes, non uterer, quamuis eſſent habiles & apti ad pedem, quia non eſſent viriles.* Heſychius: Σικυώνια, γυναικεῖα ὑποδήματα. Parum cautè igitur videatur Ælianus ſcripſiſſe, Romæ feminarum virorumque fuiſſe calceamenta eadem. Apuleius noſter hic quidem Romæ non eſt; omnia ei tamen vbique ad mores eius vrbis in Græcanica hac fabella facta & ficta. Quod quiuis in illa non hoſpes facilè perſpiciat: & nos non ſemel oſtendimus. Et en tibi iterum in eo quod ſequitur.

Albis. Flau. Vopiſcus Aureliano: *Calceos mulleos, & cereos, & albos, & ederaceos viris omnibus tulit, mulieribus reliquit.* Pollux lib. VII. cap. XXII. Ἰδίως δὲ γυναικῶν ὑποδήματα περσικά. Μιλήσιον ὑπόδημα, μᾶλλον ἑταιρικόν.

33 *Iſtam ſportulam, immò verò dotem veſtro collegio.* Moris enim pro introitu alicuius collegij curiæ, corporis, prioribus gratuitum quid præſtari. Scæuola L. CII. de Legat. lib. III. *Quæſitum eſt, ſi Sempronius eam militiam ſibi comparauerit, ſed & id quod pro introitu erogari ſolet, ex cauſſa fideicommiſſi ab heredibus conſequi poſſet.* Suetonius Claudio: *Poſtremò etiam HS octogies pro introitu noui ſacerdotij coactus impendere.*

Pag. 113. verſ. 6. *Sumeret abiecto centunculo diuite. Sic reformatum.* Emendandum puto locum. Fortè ſic, *ſumeret*. *Ac diuitem centunculo diuite, ſic reform.*

118 *Quiqui eorum.* Sic repoſui. Vulgò, *quique eorum.* Plautus Pœnulo: —*Quiqui tamen*

Et bene & benignè facitis.

Caſina: *Quiqui vti veniant.* Perſa: *Si eueniunt, quæ quæ exoptaſti.* Reſcribendum Milite,

Quemquem à milite hoc videritis hominem in noſtris tegulis.

Item Mercatore: —*quem quem attigit,*

Magno atque ſolido multat infortunio.

Rectè apud Ciceronem Gulielmius meus lib. II. de Finib. *Omnes quiqui ſine dolore ſint.*

32 *Fiſci advocatus.* Huius meminit Marcellus L. III. De his quæ in teſtam. Vlpianus L. VII. de Iure fiſci:

Pag. 114. verſ. 5. *Riſu lætiſſimo.* Reſcripſerim cum Beroaldo, *riſu latiſſimo.* Supra notamus lib. VI.

19 *Comminantes.* Minare idem quòd agere. Paulus Felic. epitomator: *Agaſones equos agentes, id eſt minantes.* Et paulo pòſt: *Agere modò ſignificat ante ſe pellere, id eſt minare.* Supra lib. III. *Nos duos aſinos minantes, baculis exigunt.* Sic Prominare infrà lib. IX. Vtitur hac dictione Anianus ad Pauli libros Sentent. & inferioris æui alij auctores.

26 *Apponit ſatullè.* Vetus ſcriptura omnis, *app. ſatule.* Vnde faciendum Beroaldus cenſuit, *ſcitule.* Ego *ſatulle* bene mecum Gulielmio meo repoſuiſſe arbitratus ſum. Gloſſæ Græcolatinæ: *Satullus ſum,* Κεχόρεσμαι. Varro lib. II. de Re ruſtica: *Hoc item faciunt manè antequam matres in pabulum exeant, ut agni ſatulli fiant lacte.* Idem περὶ αἰρεσίων: *Quibus ſatullem corpora ac famem ventris.*

Pag. 115. verſ. 4. *Si quomodo.* Scribo, *quoquomodo.* Supra lib. IV. *Quod poſt tantam cladem ferarum novo proventu Fortunæ quoquomodo reſiſteret.* & VI. item hoc ipſo infrà: *Quam ut ut quoquomodo perditum iret.* Plautus Menæchmis:

——Quid feci ego tibi

Aut adeo iſti, quæ mihi moleſta eſt quoquomodo?

7 *Ludis de alieno corio.* Q. Tertullianus de Pallio: *Hoc ſoli Chamæleonti datum, quod vulgò dictum eſt,* De corio ſuo ludere. Non fidus ad hunc locum interpres Beroaldus.

12 *Contemta mea præſentia.* Veteres quædam editiones hic addunt, *quiuere mortui.*

14 *Inſtantia validiore.* Sic bene. Lib. VIII. infrà: *Et inſtantia pervicaci partim per ſemetipſum, partim per ceteros familiares necesſarios, ipſos denique parentes puellæ extorquet.* Tertullianus de Patientia: *Quoties pænituit defenſionem, quoties inſtantia eius deterior facta eſt.* Sic reſcripſimus ſuprà lib. II. *Sed inſtantia Byrrhenæ, &c.*

18 *Cuncti denique.* Colon. *cùm denique.*

Ibid. *Sed prorſus omnes vino ſepulti iacebant omnes.* Iudicare habebunt

habebunt doctiores recténe corrigam, *ſed prorſus omnes vino ſepulti iacebant latrones, partim parati mori.* Scriptum, *latões*, vel corruptè, *õnes.* Hinc *omnes* inſulsè repetitum.

Pag. 116. verſ. 3. *Erutiſque.* Sic ferè omnes. Malè Baſ. 1. *eruditiſque.* quod & eruditiſſimus Gulielmius malè legi viderat.

10 *Prolixè queritabat.* Ro. *quicurritabat*, Baſ. 1. *currutabat*, & editiones quædam aliæ. Vnde Beroald. coniecit legendũ videri, *queritabat*, vel, *quiritabat.* Venetus, *curritabat.* Sed verum puto, *prolixè quàm curabat*: id eſt, quam benignè & opiparè excipiebat. Donatus in illud Terentij Adelph. *Age prolixè Mitio. Id eſt, age benignè.* Sic Prolixius, Eunucho:

Accipit hominem nemo melius prorſus, neque prolixius.

Curandi verbum hic, vt apud Horatium, *Bene curata cute.* Plautus Pſeudulo:

Qui ſe ſuamq; ætatem bene curant, edunt, bibunt.

11 *Ordeo lecto.* Num, *ordeo ſecto?* Sic certè lib. IV. *Ordeum tunſum minutatim.* Infrà hoc libro: *Namque ordeum meum piſtum, & ſub eadem mola meis quaſſatum ambagibus, colonis proximis venditabat.*

Pag. 117. verſ. 16. *Serius auſcultator.* Sic alias legi teſtatur Beroaldus. Vulgatum ante vbique, *ſerus auſcult.*

18 *Remiſſis auribus.* E Romana editione hæc lectio. Vulgati alij, *remulſis aurib.* Prior magis ad genuinam nobis accedere viſa. quam putamus, *demiſſis auribus.* Sic ſuprà enim lib. III. *Derectis auribus iam furentes, infeſtis calcibus inſequuntur.*

20 *Thracio.* Magis arrideret, *Thraco.* Vide ad lib. IV. ſuprà.

Pag. 118 verſ. 5. *Omnium ille.* Baſ. 1. *omnibus ille.* I. Gulielmius, *omnimodis.* Floridorum lib. 1. *Omnimodis peritus modificator.* Tamen à vulgata lectione non receſſerim.

Cadens. Quidam libri, *cædit.*

Talem. Scribo, *& alium.* Suadet Lucianus: Καὶ μὴν ὃ ... κάκιον εἰς ἐμὲ ἀφόρητον ἐποίζε.

Pag. 119. verſ. 1. *Deliganit.* Vulgò, *delegauit.* Emendatio noſtra eodem Luciano auctore nititur: Συνενεγκὼν ἀκανθῶν ὀξυτάτων φορτίον, καὶ τοῦτο δεσμῷ περισφίγξας, ἀπεκρέμασεν ἐκ τῆς οὐρᾶς.

9 *Idq́; iurans & nonnumquam.* Conieci ſcribendum, *Deos iurans etiam nonnu.* Sed iam vix eſt vt probem.

21 *Sæuis.* Hic etiam legerim, *ſcænis.*

Pag. 120. verſ. 21. *Compauita.* Sic correctum è Romana Venetaque editione. in aliis, *compauida.* Pauire idem quod ferire, cædere, tundere, verberare. Seruius Georg. II. Iſidorus Origin. lib. X. lib. XV. lib. XVII. & lib. XIX. Legerim libens in Feſto: *Oppauiat, verberet. à pauiendo, id eſt feriendo.* Item: *Depauire, cædere. Lucilius: Palmiſq́; miſellum Depauit me: id eſt verberauit me. quod ipſum ex Græco eſt παίω.* Emendem etiam Varronem apud Nonium, Eumenidibus: *Nunc corius vlmum tuus depauit. pergis hera?* Terra pauita apud eumdem de Re ruſtica lib. I. Sic, veteres codices ſecuti, rectè legimus, reclamante licet Nonio, Lucretii lib. II. ——*qua mollibus vndis*

Littoris incurui bibulam pauit æquor arenam.

Cicero lib. II. de Diuinatione. *Sed quia cum paſcuntur neceſſe eſt aliquid ex ore cadere, & terram pauire; Terripauium primò, poſt Tripudium dictum eſt.* Sed & apud Gellium Noct. Atticar. lib. I. cap. VIII. *Tali petulantiæ mulieris atque pecuniæ magnitudine ictus expauidusq́; Demoſthenes,* repoſuerim, *expauitusque.*

Pag. 121. verſ. 18. *Diſſitis femoribus.* Scribo, *diſſectis femoribus.* Sic ſuprà lib. I. *Et membris eius deſtinatis, virilia diſſecamus.* Adſtipulatur Lucianus: Καὶ σοὶ τοῦτον συμφρονήσειν ἀσθενεῖ παρέξω τῇ ἐμῇ.

19 *Vernece.* Hinc Plautus Mercatore in ſenem exoletum:

——*Itane verò vernex intrò eas?*

Et Caſina: ——*ne qua ignauiſſimis*

Liberi loci poteſtas ſit vetulis vernecibus.

Similiter Arnobius lib. V. *Quàm cum verneceus Iupiter bene validam, floridam, & ſucci eſſe conſpiceret plenioris.* Non aliter legendum Pœnulo, quàm, *Ain verò vernecenm caput?* ex ſententia politiſſimi Lipſij.

Ibid. *Tali ſententia mediis, &c.* Hic iterum occipimus ſcripto libro iuuari, ex eoque emendare.

20 *Extractus.* Scriptus liber, *retractus.*

Ibid. *Extremæ pœnæ.* Vulgati omnes, *ex tunc pœnæ.* Infrà lib. X. *Nec mirum deſperatiſſimum latronem, certū extremæ pœnæ &c.*

Extrema

Extrema pœna, mors eſt. quæ etiam Vltima vocata à Plinio Epiſtolis, & Suetonio in Iulio: & Vltimum ſupplicium à noſtris, non ſemel D. Tit. de Pœnis. Sic Græcus interpres Nou. x i v. Nouiſſima ſupplicia, ἐσχάτας ποινὰς reddidit. Et Summum ſupplicium etiam mortem interpretari debemus apud Calliſtratum L. Capitalium, de Pœnis. & Paulum Sentent. lib. v. Tit. x v i i. Ad quæ pertinet locus Tertulliani ad Martyres: *Timebit forſitan caro gladium grauem, & crucem excelſam, & rabiem grauem, & ſummam ignium pœnam, & omne carnificis ingenium in tormentis.* Et ideo ait Arnobius lib. I. *Crucem mereatur extremam quiſquis vobis dominis ſupplicarit.*

26 *Contra montis.* Vul. *circa montis.* Sic ſuprà lib. I V. *Atque tandem contra procliue montis attigui.*

33 *Méque, protinus pernici fuga conciato.* Vulg. *méque prot. pernici fuga committo.*

Pag. 122. verſ. 3. *Summo ſtudio.* Sic Ms. Vulgati, *& ſummo ſtudio.* Repoſuerim, *ex ſummo ſtudio.* Scripſi iam ſuprà ad lib. I I.

10 *Ex fortuna.* Vbique impreſſum antè, *ex forma.*

14 *Cognito capiſtro.* Ibidem, *cognitum capiſtro.*

15 *Sed audacia.* Ms. *Et audacia.*

17 *Raptatis violenter.* Vulgati nulli, *violenter*, agnoſcunt.

Ibid. *Innaditis.* Ms. *innadatis.* Fortè, *innolatis.* Sed nihil neceſſe mutare hic quidquam.

20 *Occultaris.* Idem, *occultatis.*

21 *Contuſus.* Idem, *concurſus* al. *contruſus.* Num, *conciſus*?

22 *Concinnatum.* Idem, *concinatum.*

23 *Indicinæ.* Idem, *indici viæ.*

25 *Vocem quiret humanam dare.* Quidam mihi intimus amicus, *voce quiret humana fari.*

27 *Huius omnis.* Omnis è Ms. nunc primum additum.

29 *Contra montis.* Vulg. *circa montis.* Iam iam notaui.

30 *Reperitur.* Ms. *operitur.*

Pag. 123. v. 2. *Seræ vindictæ.* Idem, *feræ vind.* Nec malè.

4 *Ægréque.* Idem, *agérque.*

8 *Magiſtratum.* Vulg. *magiſtratus.*

9 *Quærebant.* Iidem, *quærebantur.*

15 *Miniſterium deerit. Hoc ſic effectum eſt.* Iidem, *miniſterium deerit iſtorum. Sic effectum eſt.*

18 *Quietine.* Iidem, *quietique.*

25 *Eſitando.* Liber manu exaratus, *exertandò.*

26 *Miſeretur.* Repoſuit Beroaldus, *miſeret.*

27 *Senectam infirmitatem.* Vulgarij, *ſenectam infirmitatémque.* Senecta infirmitas: vt Senecta ætas, apud Plautum Aul. & Mercat. Senecta membra, Lucretium lib. III. *Senectum corpus,* Salluſtium lib. IV. Hiſtoriarum.

28 *Ac deſpicit.* Ms. *atque deſpicit.*

30 *Contra noxiam conſcientiam.* Ita legi poſſe ait Beroaldus, & certè non aliter liber ſcriptus. Vulg. *circa nox. conſc.*

33 *Atrocitatem iſtam.* Liber vetus, *atrocitate iſta.*

Pag. 124. verſ. 1. *Carere.* Vulg. *vacare.*

5 *Deiectóque.* Iidem, *derelictóque.* cui ſcriptam lectionem iam ferè non antepoſuerim.

11 *Subſertis manibus.* Sic Ms. & in margine notatum aliàs legi, *ſuſceptis.* Vulgo eſt, *aſſertis.* Nulla harum omnium lectio ſatis nobis ſana videtur. Tentabam, *ſubſtrictis.* ſed aliud nunc quæro.

12 *Alligans.* Vulg. *inligans.*

18 *Ardentémque titionem.* Infrà lib. X. *Atque cuncta ſugentem, titione candenti inter media femora detruſo crudeliſſimè necant.*

20 *Niſus.* Vulg. *innixus.*

21 *Ceterum.* Quidam ex iiſdem, *Certum.*

PETRI

PETRI COLVI IN METAMORPHOSEON LIBRVM VIII.

NOTÆ.

PAG. 125. verſ. 11. *Ex ſamulis.* Editi omnes, *de ſamulis.*
12 *Exitiò.* Recentiores quidam, *exilio.*
15 *Equiſiones, opilioneſque & bubſequæ, fuit,* &c. Ms. *Equiſ. opil* ... *imiſq; pſuit.* Sed in margine ita alias legi notatum, quem- admodum expreſſimus. *Fuit,* Plautinum. Sic Captiuis:

Nunc illud eſt cum me fuiſſe, quàm eſſe nimio mauelim.

Truculento: *Ita pæne tibi fuit Phroneſium.*

Tibullus: *Seu nos Fata fuiſſe velint.*

17 *Et quidem caſu grauiſſimo.* Ms. *proh quidem gradu grau.* Num legendum, *pro Fidem! caſu grau.*
19 *Poſſent.* Vulg. *poßint.*
20 *Hiſtoriæ ſpecimen.* Vulgò lectum, *in hiſtoriæ ſpeciem.* No- ... libri lectio optima. Specimen hiſtoriæ, id eſt, argu- mentum hiſtoriæ. Sic Specimen veri, apud Lucretium lib. III.

Hic etiam imprimis ſpecimen veri eſſe videtur.

... ibi æquè bene aliàs ſcribitur, immo paſſim vulgatur, *ſpecimen verum.* Idem enim lib. V.

At ſpecimen ſationis, & inſitionis origo,
Ipſa fuit rerum primùm Natura creatrix.

Gloſſæ Græcolatinæ: *Specimen,* δεῖγμα. Hinc ergo mani- feſta elegantia huius locutionis.
21 *Charitis.* Ms. *charitis.* è Vulgatis alij, *charitas,* alij, *caritis.*
22 *Equo clarus.* Quidam codices, teſte Beroaldo, *loco clarus.* Sed noſtri codicis aliorumque vulgatorum recta ſcriptura. Equo publico donatum intelligit, ni fallor. Vlpianus Fragmentis: *Hoc amplius principalibus conſtitutionibus conceſſum eſt mulieri, in hoc donare viro ſuo, vt is ab Imperatore lato clauo, vel equo publico, ſimiliue honore honoretur.*

23 *Simul ſatis locuples.* Vulgati dumtaxat, *ſatis locuples.* Ceterùm in Ms. *locuplex.*

Ibid. *Diurnis.* Ms. *diuinis.*

26 *Et fama.* Idem, *atque famâ.*

29 *Is genere.* Vulgati, *id genus,* Minus rectè.

30 *Parentes imitaret, indicio morum, &c.* Hæc vulgo non æque bene ſcripta vel interpuncta, *parentum imitare iudicium, morum, &c.*

31 *Ac dum.* Vulg. *At dum.*

Pag. 126. verſ. 1. *Permiſcent.* Emendauit olim Beroaldus, vt putauit, *reminiſcens.* Ms. *permiſsioẽs.* Nos Romanam, Venetam, Aldinamque ſecuti ſumus.

6 *Saluique præſentia.* Videtur legendum, *ſalutarique præſentia.* Beroaldus. Lipſius ſcribit, *ſaluiq; præſenti, ac ſumma ſa.* Quod propius vero eſt.

12 *Profundam Romam Cupidinis.* Sic noſter manuſcriptus, & Rom. & Baſ. 1. in cuius margine adſcriptum, *ſore, rotam Cupid.* Beroaldus repoſuit, *prof. foueam Cupidinis.* Alij aliter. Ego Lipſij noſtri coniecturam præ omnibus aliis libens amplectar, *ærumnam Cupidinis.* Plautus Mercatore:

Sed amori accedunt hæc, quæ dixi minus:
Inſomnia, ærumna, error, terror, & fuga.

15 *Immodicis ardoribus totos adurat.* Vulg. *immodici ardoris totos comburat.*

16 *Cum nec.* Membranaceus codex, *vel.*

25 *Effectu. Spectate denique.* Ineptiſſimè vulgo, *effectu, ſpectate denique.*

26 *Prorupit.* Vulg. *proruperint.*

27 *Lepolemus.* Scriptus liber ſemper, *Thepolemus.* Fortè, *Theopolemus.*

31 *Ramorumq; denſis.* Vulg. *ramoſúmq. denſis teg. umbroſo proſpectu, &c.* Sed pro *proſpectu* etiam in ſcripto eſt, *profectu.*

32 *Canes venationis indagini generoſæ, &c.* Diſtingue, *Canes venationis indagini generoſæ mandato, cubili reſidentes inuadere beſtias, immittuntur.* Sine vllo ſenſu hæc vbique vulgata.

33 *Inuadere beſtias.* Vulg. *inuaderent beſtias.* Notaui hunc locum ſuprà lib. 1.

Pag. 127. verſ. 1. *Partitæ.* Sic rectè noſter codex. Vulgati omnes

gati omnes, *partiti*. Canes feminæ plurimum à veteribus, vbi de venatione agitur, ponuntur. Ennius Annal. x.

Veluti ſi quando vinclis venatica velox
Apta ſolet; ſi fortè feram ex nare ſagaci Senſit.

Lucretius lib: 1:

Namque canes vt montiuagæ perſæpe ferai
Naribus inueniunt intectas frunde quietes.

Varius poëta, apud Macrobium:

Ceu canis vmbroſam luſtrans Gortynia vallem,
Si veteris potuit ceruæ comprendere luſtra.

Sic etiam Græci. Vetus poëta Adæus:

Μούναις ὔτι γυναιξὶν ἐπήρατος, ἀλλὰ καὶ αὐτὰς
Συνθήρους σώζειν Ἄρτεμις οἶδε κύνας.

4 *Capra.* Ms. *cāpa.*

5 *Inuiſitatus.* Antea lectum, *inuſitatus.* Sæpius librarios hoc Viſitandi verbum fugit bene ſcribere, vt qui plerumque pro eo exararint Vſitandi. Lipſius Epiſtolic. Quæſt. bis in Liuio reſtituit, bis in Plauto. Rectè Epidico, *Vbi te viſitaui.* Repoſuerim etiam Trinummo,

Ignota facies, quæ non viſitata ſit.

Vbi Pariſienſis editio cuſa ante annos centum, *quæ non viſit.* quæ ſtatim hanc correctiunculam nobis ſuggeſſit. Rectè ſcriptum Florid. 1. *Contemplatuſq; frequentiam tantam, quanta ante me in auditorio Philoſophi nunquam viſitata eſt.* Denique ſæpius probi probatique auctores in hoc emendandi venient. Lipſius hic, vt & in multis aliis, præiuit; nos ſecuti ſumus. Iam facile aliis nobiſcum eamdem viam terere. Nec hoc huius loci gratia dumtaxat dictum velim.

9 *Spumans.* Vulg. *ſpumeus.*

11 *Calcata retiola.* Plautus Rudente:

Nam nunc & operam ludos faciam & retiam.

Cæterum hic locus notari poteſt ad L. XXII. D. de Inſtruct. vel inſtrum. leg. Vbi Retia apraria inter venationis inſtrumenta. Ergo apri retibus olim etiam capti. quod nonnemo negat.

13 *Et arboribus.* Vulgat. *vel arboribus.*

17 *Quid ſtupore confuſi, vel etiam caſſa formidine ſimiles.* Scripta lectio,

lectio, *qui ſtupore confuſus, vel &. caſſa formid. ſimul.*

21 *Ocyus.* Eadem, *eum.*

23 *Summo ſtudio.* Reſcribe, *ex ſummo ſtudio*, vt & antecedentum fuit.

24 *Et incendio.* Ms. *ſed incendio.*

25 *Dente compulſo.* Vulg. *denſum compulſu.*

28 *Parcens.* Vulg. *pepercit.*

29 *Amputat.* Scriptus codex, *amputauit.*

31 *At enim furens aper, inuadens primò lacinias eius.* Vulgò, *Nec diu, ſed eum furens aper inuadit iacentem: ac primo lacinias eius.* Vnde antè legebam, *Nec diu, ecce eum.* Ecce, in re repentina & improuiſa, inopinata. quod notat ad Adelphos Terentij Donatus. Salluſtius Iugurtha: *Ecce autem ex improuiſo ime-randa audacia, ſcelere atque ſuperbia ſeſe efferens.* Quem locum hic non tam laudo ad hunc noſtrum, quam vt à Palmerij correctione non neceſſaria vindicem. *Ex improuiſo*, vt gloſſema tollendum cenſet. At ſic Varro Eumenidibus: *Et ecce de improuiſo ad nos accedit cana veritas, Atticæ Philoſophiæ alumna.* In Apuleio ſcriptam lectionem genuinam putamus.

Pag. 128. verſ. 2. *Plagoſa vulnera.* Vulgati, *plagoſa cru,*

4 *Lanceam immiſit.* Iidem, *demiſit lanceam.*

6 *Ipſam beſtiam.* Iidem, *ipſam quoque beſtiam.*

Ibid. *Tranſadigit.* Iidem, *tranſadiit.* Alibi ſuprà mihi notatum.

10 *Dolorem ſimulans.* Iidem, *& dolorem ſimulat.*

11 *Amplexatus.* Iidem, *circumplexus.*

12 *Officia finxit.* Iidem, *officia ſolerter affinxit.*

Ibid. *Sed ſolæ lacrymæ procedere noluerunt.* Hæc non ſunt in manuſcripto libro.

13 *Noſtri.* Scriptus, *noſtram.*

Ibid. *Lamentabamur.* Idem liber, *demtabam.*

14 *Mentiens.* Hoc in nullis erat vulgatis.

20 *Quiritans.* Vulg. *queritans.* Exciderat hoc verbum etiam ſuprà lib. V: *Sic quiritans, properiter emergit à mari.* Arnobius lib. IV: *Et negligi ſacrilegè clamitatis, quiritans inique com-*

21 *Obuij omnes. Omnes*, è ſcripto primum nunc addimus.

22 *Ciuitas vacuatur.* Vulg. *ciuitas cuncta vacuatur.*

23 *Labantique.* Ibid. *labentique.*

24 *Pæniſſimè.* Ibid. *pleniſſimè.* Hoc ipſo libro poſt, vt & Aululariæ Plautinæ locis duobus, idem bene repoſitum è Lipſio: *Manum cuiuſdam fœtore ſordentem, qui gingiuas identidem meas putidas ſcalpebat digitis, mordicus arreptam pæniſſimè contriui.* Sic etiam putamus legendum Floridorum lib. III. *Pæniſſimè propè eodem die in palæſtra adeo talum inuerti; vt minimum abfuerim, quin articulum etiam à crure deſringerem.* Apolog. II. *Quod pæniſſimè oblitus ſim.* Legendum etiam videatur Mercatore:

Simul autem pæniſſimè eos, qui aduerſum eunt, aſpellito.

Sed etiam apud noſtrum eadem Apol. II. ſcribendum videtur: *Si non modò crimina obiecta pæniſſimè dilui, verumetiam radicem huius iudicij, id eſt hereditatis quæſitæ inuidiam, funditus ſuſtuli.* In quibus locis omnibus, *Pleniſſimè* lectum pro, *Pæniſſimè.* De quo adi Priſcianum lib. XV. Poſſet fortè etiam alibi *Pæniſſimè* legi, vt Sticho:

Nam ni illos homines expello; ego occidi planiſſimè. item alibi.

25 *Inuita remanſit in vita.* Eleganter. Frigidè vulgo, *remanſit in vita*, omiſſo, *inuita*.

27 *Sed Thraſyllus.* Vulg. *Sed & Thraſyllus.*

Ibid. *Nimium clamare.* Vetus codex, *nimium nimium clamare.* Fortè ſcribendum, *nimium nimiúmque.* Tibullus:

Iam venit iratus nimium nimiúmque ſeueris.

Legendum etiam ex veteri libro noſtro apud Senecam de Beneficiis lib. I. cap. XIV. *Beneficium demus quod vſu magis magiſq; placeat.* vbi cuſum minus elegãter, *magis ac magis.* Sic Cicero ad Tironem: *Enitar vt apud iudices magis magiſq; hæc naſcens de me duplicitur opinio.* Et ita noſter ſuprà lib. III. & V. *Diu diúque.* Vt Græci μᾶλλον μᾶλλον, notante Suida: apud quem Alexis Attide:

Πῶς ἐπινεφεῖ τὸ πρᾶγμ᾽ ὁ Ζεὺς ἡσυχῆ
Ἔπειτα μᾶλλον μᾶλλον.

Ariſtophanes apud eumdem in dictione, Ιςίοις:
Ἴϑι μᾶλλον μᾶλλον ἄξεις. Pacuuius Atalanta:

——*Dolet pigétque magis magiſque. me*
Conatum hoc nequidquam itiner.

Sic *Quot quotque* apud Manilium lib. IV.

Tot ducit vires, dominos quot quótque recepit.

Vt fruſtra ſit qui, *quotcunque*, ibi legi debere cenſet.

32 *A pul-*

32) *A pulſandis vberibus amouere.* Ms. *appulſandis vberibus amouere.*

Pag. 129. verſ. 2. *Multinagi caſus.* Sic Ms. Ald. & Baſ. 1. Alij, *multiiugi caſus.*

3 *Contrectandæ.* Scriptura vetus, *contractandæ.*

4 *Officiis inferialibus.* Vulgo, *officiis inferalibus.*

5 *Statim factis.* Sic Ms. & in marg. al. *ſtatim erectis.* Ven. Ald. Baſ. 1. *ſtatim ereptis.* Vnde quoſdam legere ait Beroaldus, *ſtatim expletis.*

7 *Telis vllis.* Abeſt, *vllis*, à Manuſcripto.

8 *Inedia denique miſera.* Ms. *inedia den. miſeria.* Vnde poteſt legi, *ediæ denique miſeria.* quod etiam Lipſio viſum.

11 *Neceſſarios nuntios.* Vulgati non habent, *nuntios.*

12 *Extorquet.* Ms. *extorquent.*

15 *Succumbens.* Idem codex, *ſuccubuit.*

16 *Hilaro.* Vulg. *hilari.*

Ibid. *Obiens, vt iubebatur.* Ms. *obediens, vt videbatur.*

18 *Penitus in medullis.* Scribo, *penitis in medullis.* Sic etiam legendum putaui ſuprà lib. V. *Iam præcordiis penitus nutrimus inuidiam.* & alibi ſæpius. Plautus Ciſtellaria: *In latebras abſcondas pectore penitiſſimo.* Attius Argonautis:

Aut ſortè Triton, fuſcina euertens ſpecus
Subter radices penitas, vndante in freto
Molem ex profundo ſaxeam ad cælum vomit.

Sed ibi male etiam vulgatum, *radices penitus.* Adſcripſimus hos verſus elegantiſſimos ex Priſciani libro de Metris.

19 *Et dies totos.* Vulgati, *dieſque totos.*

20 *Deſuncti.* Abeſt à Ms. & Ald.

Ibid. *Formauerat.* Scripta lectio, *formadat.* Scias ſcriptum fuiſſe, *formarat.*

21 *Ipſo ſeſe.* Vulg. *ipſo ſe.* Ms. *ipſe ſeſe.*

22 *Thraſyllus verò, &c.* Vulg. *Sed Thraſyllus præceps alioquin, & de ipſo nomine temerarius.* *De ipſo nomine*, gloſſema eſt: nec id agnoſcit liber vetus.

24 *In ſeſe nimietatis ſenio faceſſeret luctus.* Hæc ſcripta lectio, hæc excuſa. Beroaldus legit, *in ſeſe nim. ſ. laſſeſceret luctus.* Lipſius, *flacceſceret.* Nos, *hinc ſeſe nim. ſ. faceſſeret luctus.*

27 *Impudentiæ labe.* Liber ſcriptus, *imprudentiæ labe.* Beroaldi

editio,

editio, *impudente labe*. Sed noſter ſupra lib. II. *Senſit impudentiæ ſuæ labem*. Quo ſuam ſibi aſſerit lectionem.

29 *Tonitru*. Idem liber, *tonitruo*. Tonitruum & tonitru promiſcè apud antiquos. è quibus exemplum darem, ſi iam ſuccurreret. 30 *Sideris*. Idem, *federis*.

Pag. 130. verſ. 2. *Cruenta*. Vulg. *cruentam*.

3 *Tibi*. Quidam, *vbi*.

4 *Et ſi pectori tuo iam*. Hoc eum dicere puto: Siue mei reminiſceris, ſiue non. ſi nihil quidem in lectione tam vulgata quàm ſcripta mutandum eſt, & Intercidere hic accipiendum τὸ διακόπτειν. At ſi mecum legas, *nec acerbæ*, &c. mens erit: Si mei adhuc recordaris, nec caſus meæ mortis quidquam de amore tuo erga me deminuit. Qua ratione hunc ſenſum elicias, intelliges ex iis quæ ſcripſi ſuprà ad lib. III. ad illud, *Sed quod alterius rei cauſſa facere niſa ſum, mala quadam mea ſors in tuam recidit iniuriam*.

5 *Caſus*. Repoſuit olim Beroaldus, *caſu*.

6 *Intercidit*. Ms. & Ald. *interdicit*. Venit hinc in mentem etiam legi poſſe, *nec acerbæ mortis meæ caſu fœdus caritatis interbit*, ſenſu, quem ſuprà poſteriorem poſui. Interbitere, interire: vt Perbitere, perire, apud Plautum.

Ibid. *Quonis alio*. Puto antiquitus ſcriptum, *quoiuis alio*, id eſt, *cuiuis al*. quomodo & Stewechius reſcribit.

8 *Nec menſam*. Ms. *ne menſam*.

12 *Et addidit cetera: omnemq́; ſcenam ſceleris illuminat*. Hæc non leguntur in ſcripto codice.

15 *Contendit*. Vulg. *cohumitat*.

16 *Tormento*. Ms. *tormenta*.

18 *Verberabat*. Vulgo erat, *conuerberat*.

19 *Participaris nocturnis imaginibus*. Ms. *matronarum virginum* [illegible] *participabat*. Fortè, *nocturnarum imaginum ſecr. part*. Vulgaris lectio æquè bona eſt.

Tum meum. Vulg. *cum meum*.

Pag. 131. verſ. 3. *Linguæ ſauciantis*. Ms. *linguæ ſatiantis*.

Inurgere. Scripta lectio, & omnis cuſa olim, *inurgere*. Vnde Beroaldus ſcribendum putauit, *ingerere*. Nos veſtigiis priſcæ ſcripturæ inſtituimus, & repoſuimus, *innergere*. probat Lipſius.

4 *Reuicta*. Nihil mutandum. Vlpianus L. III. de Suſp. tutor. *Si, datis pupillo aduocatis, in mendacio reuincatur.*

7 *Familiarium quoad*. Ms. *familiariúmque*.

11 *Vno*. Abeſt ab eodem libro ſcripto.

15 *Clauſtris adhærens*. Venetus codex, *claſtris adhær*. Fortè verum, *clatris adh*. Gloſſæ veteres Latinogrææ: *Clatri*, Κάνονες, Οἱ ἐν θυρίσιν ὀβελίσκοι. Hinc apud Plautum Milite, *Clatrata feneſtra*. Horatius:

Obiectos caueæ voluit ſi frangere clatros.

Cato de re Ruſtica: *Bubilia bona præſepis, faliſcas clatratas. Clatra inter ſe oportet pede diſtare.* Columella lib. IX. & lib. X.

17 *Scena*. Ms. *Strena*. Dixi de hoc, ni fallor, ſupra ad lib. IV.

18 *Exſpectatione*. Aliâs, *ex pactione*. Beroald.

20 *Et imperio*. Vulg. *& ex imperio*. Ms. *& ex* non habet. Alterum tamen retinuimus.

21 *Adornatus*. Ms. *adhortatus*.

23 *Calicibus*. Beroaldi editio, Baſ. 1. & 2. Ald. *calicibus*. Quod non ſpernendum. Feſtus Pompeius: *Calices, ampullæ plumbeæ*.

25 *Et ſecurè*. Vulg. *ac ſecurè*.

29 *Fremens*. Baſ. 1. *ferme*. Vnde etiam poſſe legi verſum, *ferinè*.

Ibid. *Ac ſuperſiſtit ſicarium. En, inquit.* Vulg. *ſuperſtitit ſicarium, & inquit*. Sed pro *ac*, in Ms. *&*.

30 *Fidus*. Idem liber ſcriptus, *fide*.

31 *Dextera*. Hæc dictio non eſt in eodem.

33 *Qui quodammodo*. Idem codex, *quiq; amodo*.

Pag. 132. v. 1. *Tamen iam*. Abſunt hæc ab eodem codice.

3 *Velim*. Vulgati hoc ignorant. Fortè etiam non male hinc legatur, *vel in ſimili mortis genere*, &c.

4 *Coæqueris*. Ms. al. *morieris*.

11 *Pupillas*. Vulg. *pupulas*.

12 *At ego ſepulcrum mei Lepolemi*. Scribo, *Ad ego ſepulcr.* l. Cæterùm Ms. *mis Thepolemi*.

15 *Peſtiferos*. Scriptum exemplar, *peſtifero*.

17 *Attolle vacuam faciem*. Idem, *ac tu in v. f.*

19 *Placuere*. Idem, *placuerunt*.

10 *Pronubas.* Idem, *per vias.*

11 *Acu crinali.* Acus ad crines diſtinguendos, in mundo muliebri. Tertullianus de Pænitentia: *Cedo acum crinibus diſtinguendis, & puluerem dentibus elimandis.* Idem de Virginibus velandis: *Vertunt capillum, & acu laſciniore comam ſibi inſerunt, crinibus à fronte diuiſis apertam profeſſæ mulieroſitatem.* Petronius: *Et hic Pſyche acu comatoria cupienti mihi inuocare Quiritium fidem malè pungebat.*

24 *Crapula cum ſomno.* Vulg. *crapulam cum ſomno.*

25 *Quo ſe.* Ms. *quem ſe.*

Ibid. *Accingere.* Vulg. *incingere.* Quod forſitan non fuit mutandum. Supra lib. VII. *Zonis auro monetali refertis incincta.*

27 *Monumentum mariti contendit.* Vulg. *circa monum. mar. cont.* Sic ſupra lib. VI. *Pergit quampiam turrim.*

30 *Capulum Lepolemi propè aſſiſtens.* Sic ſcripſi, membranacei codicis ſcripturam ſecutus, quæ eſt, *Caput Thepolemi prope aſſ.* Vulg. *capulum capit Lep. propter aſſiſt.* Poſſet ſcripta lectio ferri, at vulgata nullo pacto. Scriptum fortè olim, *capul.* hinc *caput* librariis incogitantibus exaratum.

Pag. 133. verſ. 1. *Vindicaui mei mariti.* Vulg. *Vindicaui in mei mar.*

Ibid. *Punita ſum funeſtum mearum nuptiarum prædonem.* Hæc abſunt à membranis.

3 *Ordine.* Ms. *per ordinem.*

6 *Transadacto corruit.* Vulg. *tranſacto, concurrunt.*

9 *Corpus ablutum.* Superſtitio veterum, cadauera lauare. Ælianus Var. hiſtor. lib. IV: Οἱ Δαρδανεῖς τοὺς ὑπὸ τῆς Ἰλλυρίδος, ἀκούω τρὶς λούεσθαι μόνον παρὰ πάντα τὸν ἑαυτῶν βίον, ἐξ ὠδίνων, καὶ γαμοῦντας, καὶ ἀποθανόντας. Noſter Lucius infrà lib. IX. *Summis plangoribus, ſummiſque lamentationibus, atque vltimo lauacro procurant.* Lucianus de Luctu: Μετὰ ταῦτα δὲ, λούσαντες αὐτοὺς, ὡς οὐχ ἱκανῆς τῆς κάτω λίμνης λουτρὸν εἶναι τοῖς ἐκεῖ.

9 *Munita ſepultura.* Lipſius, *vnita ſepult.*

10 *Dedere.* Vulg. *reddidere.*

11 *Præſenti cladi.* Ibid. *præſenti clade.*

14 *Hic ille longo trahens ſpiritu.* Ms. *Hoc ille longos trahens ſpiritus.*

18 *Mutati domini.* Idem, *mutati dominij.*

19 *Fugere comparant.* Hæc etiam ſcripta lectio. quam ne-

ſcio cur contemnat Beroaldus, malitque, *fugæ ſe compar.*

22 *Conditum peruolat.* Vulg. *conditum ſeruabat.*

24 *Pullos, anſeres.* Hæc ſcriptura verus. Vulgata, *pullos, paſſeres.* Vtraque tolerari poteſt. Oblectamenta puerilia, pulli, paſſeres, anſeres & id genus alia. Plautus Captiuis:

Nam vbi illo adueni, quaſi patriciis pueris, aut monedulæ,
Aut anates, aut coturnices dantur, quicum luſitent:
Itidem hæc mi aduenienti vpupa, qui me delectet, data eſt.

Arnobius lib. VII: *Vt paruuli puſiones, quo animis parcant, abſtineantque ploratibus, paſſerculos, pupulos, eculeos, panes accipiunt quibus auocare ſe poſſint.* Vbi lubens ſcripſerim, *quo lacrymis parcant:* vel, *quo animos paſcant.* Plinius lib. IV. Epiſtol. *Habebat pueri mannulos multos, iunctos & ſolutos: habebat canes maiores, minoreſque: habebat luſcinias, pſittacos, merulas.* Hinc blanditiæ illæ, Caſina:

Meus pullus, paſſer, mea columba, mi lepus.

Pag. 134. verſ. 1. *Vaſtis corporibus ſarcinoſos.* Fortè legi rectè poſſit, *vaſtis corporibus, carniuoros.*

4 *Immò verò.* Vulg. *immo etiam.*

9 *Summa viæ.* Ms. *ſumma via.*

10 *Idque vel in primis obſeruitare.* Nullo cum ſenſu antè vbique editum, *idq. vel in pr. ob ſerenitatem.* Obſeruitare, vt de Deo Socratis: *Cum præterea, ſi omnia obſeruitaret,* &c.

11 *Sole florido.* Eleganter, vt Lucretius lib. IV.

Bina lucernarum florentia lumina flammis.

& alibi, *Flammaï flore coorto.* Vbi notant docti ex Homero ἄνθος πυρός. Etiã ſic Æſchylus Prometheo, ad Vulcanũ.

Τὸ σὸν γὰρ ἄνθος, παντέχνου πυρὸς σέλας,
Θνητοῖσι κλέψας ὤπασεν.

Sed quidni eâdem hic emendem Næuium ſic apud Marcellum corruptum, Lycurgo: *Vt videam Vulcani opera hæc flaminis fieri flora,* legamque, *hæc flammis fieri flora?* Certè Iunius, noſtræ decus Belgicæ, dum legit, *hæc fimbriis fieri florida;* Iunius non eſt. An non etiam protrahenda in lucem antiqua lectio apud Virgil. Æneid. XII.

Filia prima manu floros Lauinia crines
Et roſeas lacerata genas.

quæ hactenus in Seruij ſcriniis latuit, pro ſeque ſuppeditata

paſſa

paſſa, flauos Lauinia crines. Eſt, inquit Honoratus, *ſermo* Ennianus. Nullus is in eius ſcriptoris, quæ ad nos peruenere, reliquiis. Sed Attius Bacchis:

Nam flori crines video vt propexi iacent.

Pacuuius Antiopa: ——*Ceruicum*

Floros diſpargite crines.

Sunt qui in Virgiliano verſu neſcio quam Epiſynalœpham velint, *floreos Lauinia crines.* quos non bene ſentire, hinc clarum.

18 *Non inſcius prædicti periculi.* Vulg. *metu præd. peric.*

19 *Quam potui.* Ibidem, *quantum poteram.*

20 *Ab aggreſſionibus.* Præpoſitio *ab* abeſt à Ms.

22 *Alacritatis meæ.* Ms. *alacritatis materia.*

26 *Dum altum adusq; cælum.* Vulg. *dum in altum, & adusq; cæl.* Ibid. *Formidans.* Scripta lectio, *formidis.*

27 *Nam & illi.* Lego, *Iam & illi.*

28 *Obarmauerant.* Ms. *obarmarunt.*

30 *Subminiſtrat.* Vulg. *ſubminiſtrabat.*

Pag. 135. verſ. 1. *Inanem.* Manu exaratus liber, *incinem.*

4 *Graſſantes.* Idem, *craſſantes.*

7 *Satis agentes.* Quidam, *ſatagentes.* Satis agere apud veteres, quod vulgò, Satagere. Chariſius lib. 1. Cato: *Iam militi apud vallum ſatis agebant.* Vlpianus L. x. de Condit. & demonſtr. *Impleri ſolummodo conditionẽ voluerit, non ſatis egerit.*

10 *Cuiuſcemodi.* Vulgò, *Huiuſcemodi.*

12 *Contra nos.* Ibidem, *circa nos.*

13 *Et ſinè.* Manuſcriptus liber, *ac ſine.*

14 *Dinq; graſſati.* Idem, *Denique craſſati.*

15 *Hercules.* Idem, *mehèrcules.*

16 *Miſerandum ſpectaculũ.* Vulg. *miſerandum etiam ſpectaculum.* Ibid. *Canes copioſos, ardentibus animis alios.* Ms. *& canes cop.* el. anim. *& alios.*

18 *Inſcindere.* Coniectura noſtra, *inſcendere.* quod etiam Beroaldus in quibuſdam codicibus eſſe notat. Itaque ſic reſcripſerim. Inſcendere, quod aliis aſcendere, centies in Plauto, totienſque in hoc noſtro.

21 *Qua potiſſimum caueremus clade.* Vulgati codices, *quàm poſſ. cau. cladem.*

23 *Caput mulieris.* Iidem, *mulierem.*

27 *Abſtergens.* Ms. *abigens.*

29 *Innaditis, atque obteritis.* Vulg. *innaditis, ac perteritis, atque obruitis?* vbi quidam, *perterritis.* Vnde legi aliquando, *proterretis*, vel, *perterretis.* quod ſuprà alibi ſcripſi.

30 *Q[illegible] prædas munitis.* Ms. *quas pr. minuitis.* minus rectè. Prædas munitis, Plautina locutio. Sic Milite:

Magnum illic honorem incipiſſis, magna munis mœnia.

31 *Humano ſanguine.* Idem, *humo ſanguine.*

Pag. 136. verſ. 2. *At nos.* Idem, *Ad nos.*

3 *Protelamus.* Idem, *procelamus.* Infrà lib. IX. *Mutuoq; ad exitium commune protelarent cohortati.*

5 *Morſus.* Ms. *morſu.*

10 *Paululum conquieſcere.* Idem, *refectui paul. conquieſcere.*

13 *Adhibere feſtinant.* Probè, vt apud Plautum Epidico, *Propera fugere hinc.* & Caſina, *Vt properarem arceſſere.* Salluſtius Catilinario: *Abuti per turpitudinem properabant.* Non igitur *in feſtinant*, ab ineptis hominibus additum videri debet.

14 *Macidatis.* Rectius arbitror, *madidatis.* Arnobius lib. II. *Proluuie linerent & madidarent ſe ſua.* Claudianus de Raptu Proſerp. lib. II. ——*ille nouo madidantes nectare pennas*

Concutit.

Ambroſius de Fide Reſurrect. *Vt impexum ſordibus immadident caput.*

15 *Faſciolis.* Ms. *faſcealis.*

19 *Haberétne.* Idem, *habebátne.*

20 *Incoactum.* Sic ſcriptus liber, & ita etiam aliàs ſuo tempore lectum fuiſſe ait Beroaldus. Vulgati, *inchoatum.* Sed Incoactum, id eſt, coactum: vt ſuprà Incingere ſe gladio, & alibi Incognoſcere, Inconcupiſcere: pro, cingere, cognoſcere, concupiſcere. De quo pluribus infrà ad lib. III. Floridor.

22 *Nunc cogitatis.* Ms. *non cogitetis.*

25 *Ac dum.* Idem, *At dum.*

26 *Sciſcitari.* Idem, *ſciſcitatũ.* Baſ. I. *ſciſcitati.*

30 *Adorat.* Vulg. *adorabat.*

32 *Decepto ſeni.* Beroald. emendauit, *decrepito ſeni.* At illa altera ſcripta lectio eſt, & olim excuſa.

Pag.

Pag. 137. v. 1. *Paſſerem incantantem*. Ms. *paſſerem incantarem*.
2 *Sepiculæ*. Sic reſcripſi. Vulgatum paſſim, *ſæpiculè*. Baſ. 1. *ſpinulæ*. Vnde etiam legebam, *ſpinulæ*. Sed Sepiculæ, id eſt paruæ ſepi.

Ibid. *Arripere*. Manuſcriptus liber, *abripere*.

3 *Imis*, Idem, *vnis*.

4 *Anum ſibi*. Vulg. *auxilium ſibi*.

5 *Clamitantis*. Vetus liber, *clamitãs*.

8 *Puerumq́; illum, nouiſſimum*. Scribe, *puerumq́; illum nouiſſimum, ſucceſſionis*, &c. vel, *puerúmque illum, nouiſſimam ſucceſſ*. &c.

10 *Totos quidem miſeruit*. Reſtituta hic nobis Apuleio genuina ſua ſibi locutio. Vulgatũ antè, *omnes quidẽ miſerentur*.

13 *Prælium*. Ms. al. *præliis*.

Ibid. *Exurgit alacer*. Vulgò, *exurgit altè alacer*.

14 *Decidiſſet*. Ibid. *cecidiſſet*.

17 *Primùm*. Ibid. *primo*.

19 *Mora diutina*. Ibidem, *hora diutinâ*.

Ibid. *Arceſſitorem*. Sic Venetus. Reliqui, *accerſitorem*.

22 *Buxanti*. Vulgati, *buxantique*.

26 *Quienm*. Ms. *quietum*.

27 *Præminabantur*. Beroaldi editio, *præminabatur*: Baſ. 1. *præminebatur*: Scriptus codex, *præminebantur*. Certè exigit hæc ſententia, *reminiſcebantur*, vel aliud quod idem denotet.

31 *Perquieſcimus*. Ms. *quieſcimus*.

Ibidem. *Vbi ceptum facinus*. Beroaldus, *Inibi compertum fac*. Editiones veteres, *Mihi ceptum fac*. Col. *Mihi compertum fac*. Quid ſi legas, *Vbi ſpectum facinus*? Specere ſeu ſpicere nemini ignotum verbum, qui Criticos noſtros vel à limine ſalutarit. Varro Indigitamentis: *Naſturtium nónne vides ab eo dici, quod naſum torqueat? Veſtiſpicam, quod veſtem ſpiciat?* Plautus: *Nunc ſpecimen ſpecitur*. Eruenda vera lectio è doctiſſimi Langij libris eiuſdem Caſina,

Eſurio, atque ad eo haud ſitio.

quæ eſt, atque adeo hanc ſpicio. Simul atque hanc adſpicio, ſtatim edere geſtio. quod obſcœniore & obſcuriore ſenſu dictum. Simile Menæchmis:

Vt ego vxorem, mea voluptas, vbi te adſpicio, odi malè.

32 *Cupido*. Vulg. *cupio*.

Pag. 138. verſ. 3. *Extraneaq;*. Ibid. *extrariaque.*

4 *Inſtricta*. Sic Ms. & Baſ. 1. & in margine, *inuita*, vel, *inſtructa*. Reiicit ſcriptam lectioné Beroaldus, & mauult, *inſtructa*. Iniuria. Vetus lectio & ſcripta etiam lib. IX. infrà: *Atque hac ipſa potiſsimum famoſa caſtitate, & inſignis tutelæ nimietate inſtrictus, atque inflammatus.* Et poſt coniectura noſtra, *His inſtricta verbis mariti audaciſsima uxor.* & libro de Philoſophia: *Cuius pulchritudinem rationabiles appetunt mentes, Natura dei inſtrictæ ad eius ardorem.* Vbi vulgò *inſtructæ*, vel, *inſtinctæ.*

7 *Contra ſua.* Vulg. *circa ſua*

12 *Vxori ſuæ.* Ibidem, *luxuriæ ſuæ.* Vnde antè ſcripſi, *luxurie ſua.* Sed ſcripta lectio præferenda.

13 *Illitum.* Ibidem, *perlitum.*

14 *Ipſo carioſo ſtipite.* Ms. *ipſa carioſa ſtip.*

15 *Burriebant.* Sic ſcriptus liber, ſic veteres editiones omnes. Neſcio cur Beroaldus repoſuerit, *bulliebant.* quod nequaquam æquè exprimit ſuſurrum illum vndantium formicarum.

19 *Adeſis.* Membranæ, *abeſis.*

23 *Diéque toto.* Eædem, *denique totas.* Quod fortaſſis reponendum.

25 *Inibi Larem.* Editiones omnes, *Ibi Larem.*

29 *Vendi cariores.* Eædem, *vendibiliores.*

32 *Ac me.* Malim, *At me.*

Ibid. *Subſicinum.* Ms. al. *ſufficinum.*

33 *De dentibus noſtris.* Vulg *de dentibus meis.*

Pag. 139. verſ. 1. *Fœtore.* Ms. *fectore in.*

2 *Putridis.* Vulgo, *putidis.*

3 *Pæniſsimè.* Ibidem, *pleniſsimè.* Iam monuimus.

5 *Tunc præco diruptis faucibus.* Mos olim præconum, ut mancipia vænui ſubiecta iocos & dicteria iactare. quod ex Luciani *βίων πρᾶσις* optimè videre eſt. Sic paraſitus de ſeipſo, Plauti Sticho:

Nunc ſi ridiculum hominem quæret quiſpiam;
Venalis ego ſum cum ornamentis omnibus, &c.

Putem huc ſpectare verſum Lucilij lib. XI.

Coniicere in verſus dictum præconis volebam Grani.

Et locum Athenæi Dipnoſophiſt. lib. X: Τότε ἦ ἐν

Ἰταμα-

ἰσχόμαχος ὁ κῆρυξ ἐγένετο ζηλώτης, ὃς ἐν τοῖς κύκλοις ἐποιεῖτο τὰς μιμήσεις. ὡς δ' εὐδοκιμεῖ, μετέβαλεν ἐν τοῖς θαύμασιν ἐπιχειροῦμενος. Certè celebrata veteribus paſſim præconum loquacitas.

6 *Conſtruebat.* Vulgati codices, *inſtruebant.*

9 *In hebeti pigritia ferocem.* Iidem, *inerti pigritia ferocem.* Suprà notaui ad lib. VI.

10 *Quare vel donemus.* Vulg. *Atque adeoq; vel donemus.*

14 *Aufugiens effugere.* Scripta lectio, *aufug. aufugere:* Impreſſa omnis, *fugiens effug.*

16 *Mirè repertum.* Baſ. I. *ire repertum.* Fortè, *è re repertum:* vel, *mi è re rep.*

17 *Cinædum, & ſenem, caluum.* Vulgati, *cinædum & ſenem cincinnatum caluum, quidem ſed cincinnis.*

Ibidem, *Cincinnis.* Id genus hominem notat Plautus Truculento:

Mœchum malacum, cincinnatum, vmbraticolam, tympanotribam
Amas? hominem non nauci.

18 *Triuiali.* Ms. *triuialium.*

20 *Circumferentes mendicare compellunt.* Clemens Alexandrinus Protreptico: Μένανδρος γοῦν ὁ κωμικὸς, ἐν Ἡνιόχῳ ἐν ὑποδιμοιρίᾳ τοῦ δράματι.

Οὐδείς μ' ἀρέσκει περιπατῶν ἔξω θεὸς
Μετὰ γραὸς, οὐδ' εἰς οἰκίας παρεισιὼν
Ἐπὶ τοῦ σανιδίου μητραγύρτης.

μητραγυρτοῦσι γὰρ οἱ μητραγύρται. ὅθεν εἰκότως ὁ Ἀντισθένης ἔλεγεν αὐτοῖς μεταιτοῦσιν, οὐ τρέφω τὴν μητέρα τῶν θεῶν, ἣν οἱ θεοὶ τρέφουσιν. Minutius Octauio: *Mendicantes vicatim Deos ducunt.* Huc ſpectat Dionyſ. Halicarn. lib. II. Tertullianus Apologet. cap. XIII.

21 *Præſtinandi.* Idem, *præſtinanti.*

22 *Cappadocum.* Vulg. *Cappadocium.* Vide quæ ſcripſi ſuper hoc lib. IV. ſupra. Et Cappadocum accipio de equo: non de mancipio, vt Beroaldus. Nam Solinus Polyhiſt. cap. XLVII. Claud. lib. II. in Rufin. Seruius III. Æneid. Iul. Capitolinus Gordianis, nobilem Cappadocum generoſis equis indicant. Porrò hunc locum paullo aliter ſcribendum arbitratur doctiſſimus Lipſius, *Cappadocum me ſatu, & forticul. denuunt.*

 23 *Laſciuiens*

23 *Laſciuiens*. Scriptum exemplar, *laxiuiens*.

24 *Quidam*. Idem, *quidem*?

27 *Legis Corneliæ*. An de Plagiariis? quæ nuſquam lecta. Certè lege Fabia de Plagiariis tenentur, qui hominem liberum vendunt, emunt. L. I. D. de Lege Fabia de Plagiar. L. XV. C. eod. L. II. C. Vbi de criminib. agi oport. Lucianus: Ο κῆρυξ πῶς ἔφης; πωλεῖς τὸν ἐλεύθερον; Ερ. ἔγωγ. Αγ. εἰπὲ οὖν δέδιας μὴ σοὶ δικάσηται ἀνδραποδισμοῦ, ἢ ἐγκαλέσηταί σε ἐς Ἀρεῖον πάγον. Sed etiam fortè caput hoc fuerit legis Corneliæ de Falſis.

Ibid. *Si ciuem*. Ms. *ſed ciuem*.

31 *Vernecem*. Idem, *verbetem*. al. *verbecem*.

33 *Potius in aſini corio*. Vulg. *prorſus vt aſini corio*.

Pag. 140. verſ. I. *Habitare*. Iidem, *inhabitare*.

Ibid. *Quæ res cognitu*. Ms. *Quæ res eſt cognita*.

2 *Feminibus*. Idem, *ſeminis*.

3 *Periclitaberis, videns*. Vulg. *percontaberis*. *Videns* ex eodem libro ſcripto additum.

5 *At te*. Scriptura vetus, *Ad te*.

7 *Dea Syria*. Eadem, *dea Aſſyria*. De hac abundè ſupra ad lib. VI.

Ibid. *Sabadius*. Scribe, *Sabazius*. ex Suida, quem hic laudat Beroaldus. Sacra Sabazia apud Arnobium lib. IV.

14 *Ferocitate cernens exaſperatum*. Lipſius, *ferocitare cernens, exaſperatus*.

15 *Emptionem*. Ms. *emptorem*.

18 *Denarium*. Idem, al. *denariorum*.

Ibid. *Tunicla ſpartea*. Diuinatio hæc diuini viri Ioſ. Scaligeri, ad illa Feſti: *Tomices Græco nomine appellantur cannabi impolito, & ſparto leniter tortæ reſtes, ex quibus funes fiunt*. Vulgò, *numida ſpartea*. Vnde antè conieci, *tænia ſpartea*. Sed iam nihil verius Scaligeri correctione viſum. qui loco, quem dixi, videndus. 22 *Mercatus*. Vulg. *mercatu*.

23 *Cinædorum*. Ms. *cinædarum*.

24 *Fracta*. Idem, *fractæ rauca & eff. vo.*

25 *Ratæ*. Vulg. *rati*.

30 *Exedas*. Ms. *excedas*. Flagitium illud verbi à Plauto petitum. Pſeudolo:

Iam

Iam admordere hunc mihi lubet.
ST. Jámne illum comeſurus es?

Eodem inuolucro fortè obſcœnitas etiam tecta Milite:

Dum talem facies, qualem adhuc aſsiduò edis;
Communicabo te ſemper menſa mea.

Torquent ſe viri docti loco illo Curculionis:

Nimis formido ne exedat. PH. odioſus es.

Vbi, intellectu huius verbi non intelligendi, *ne exedat* ſic accipio, ac ſi diceret: Ne leno te lautum puerum exedat. Sed nemini de illo loco iudicare eſt, niſi qui ea quæ in eadem fabula præceſſerunt legerit.

Pag. 141. v. 2. *De menſa paratus.* Male cõnectit voces duas Beroaldus, *demenſa par.* Enim Apologia I. *Iuſsiſſe duos pueros iſtos de menſa emi.* Modus hic loquendi inde manauit, quia veteres ſæpiuſculè res ſuas argentariis vendendas dabant. vt patet ex Scæuola noſtro in L. LXXXVIII. D. de Solution. & Liberat.

3 *Promiſcuis.* Ms. *promiſcui.*

10 *Facie cœnoſo pigmento delita.* Vulg. *faciem cœn. pigm. deliti.* Lucianus Saturnalibus: Καὶ γυμνὸν ᾄδειν, καὶ κροτεῖν ὑποσχῆσαι, ἐνίοτε δὲ ἐς ψυχρὸν ὕδωρ ἐπὶ κεφαλὴν ὠθεῖσθαι, ἀσβόλῳ κεχρισμένον τὸ πρόσωπον.

Ibid. *Oculis obunctis.* B. Ambroſius lib. I. de Virginib. *Gemmis onerantur aures, oculis color alter infunditur.*

11 *Crocotis.* Ms. *creciocotis.* Mulierum hæc etiam veſtis. Ælianus Var. hiſtor. lib. VII. Εἶχε καὶ Φωκίωνος γυνὴ, τὸ Φωκίωνος ἱμάτιον ἐφόρει, καὶ οὐδὲν ἐδεῖτο οὐ κροκωτοῦ, οὐ ταραντίνου, οὐκ ἀναβολῆς οὐκ ἐγκυκλίου, οὐ κεκρυφάλου, οὐ καλύπτρας, οὐ βαπτῶν χιτωνίσκων. Ideo bene ex veteri libro reſtituimus infrà lib. XI. *Et ſimiam pileo textili, crocotiſq; Phrygiis, catamiti paſtoris ſpecie.* Enumerans veſtium genera feminearum ſenex apud Plautum Epidico:

Induſiatam, patagiatam, caltulam aut crocotulam.

Et Aulularia earumdem concinnatores:

Cum incedunt inſectores crocotarij.

Plura exempla apud Nonium, cap. de Veſtimentorum gener.

12 *Bombycinis linteis iniecti.* Dele illud *linteis.* quod neſcio

vnde

vnde huc irrepſit. non enim vel in Ms. vel vllo vulgatorum eſt. Ceterùm nunc primum emendauimus *iniecti*, pro, *iniectis*. Vt & infrà lib. IX. *Nonnulli exiguo tegili tantummodo pubem iniecti.* Lib. XI. *Et antiſtites ſacrorum, qui candido linteamine cinctum pectoralem adusque veſtigia ſtrictim iniecti.* Item ibidem emendatum nobis: *Nam proxima nocte vidi quendam de ſacratis, linteis iniectum.*

14 *Luteis indui calceis.* Catullus: ——*latus hoc*

Huc veni, niueo gerens
Luteum pede ſoccum.

17 *Secures, euantes.* Ms. *ſecures leuantes.*

Ibid. *Incitante tibiæ cantu.* Vulg. *incitantes tib. cantu.* Plutarchus: Δεινὸν γὰρ εἰ κλεομένης κάθηται μητραγύρτου βασιλεὺς γελῶν ἀτιμαζομένων, ὅταν πρῶτον ἀπόθηται τὸ τύμπανον, καὶ καταπαύσῃ τὸν θίασον.

18 *Percurſatis.* Ibidem, *pererratis.*

19 *Poſſeſſoris Britini.* Non diſplicet ſcripta lectio, *poſſ. lecti*

21 *Diuque capite.* Vulgati, *Denique capite.*

Ibid. *Demiſſo.* Ms. *dimiſſo.*

21 *Ceruices lubricis intorquentes motibus.* Vlpianus L. 1. *de* Ædil. ed. *Si ſeruus inter fanaticos non ſemper caput iactaret.* Hoc etiam Bacchantium. Tacitus Annal. XI. *Ipſa crine fluxo, thyrſum quatiens, iuxtaque Silius edera vinctus, gerere cothurnos, iacere caput.*

22 *In circulum rotantes.* Ms. *in arculum rotantes.* Lucanus lib. I. ——*Crinemque rotantes*

Sanguinei populis cecinerunt triſtia Galli.

25 *Diſsicant.* Sic probè Ms. vulgò, *diſſecat.* Poſſet etiam legi, *Diſsiciunt.* Diſſicare, vel diſſicere, quod plerumque Diſſecare dici vides, ſemper antiqui dixerunt. Exempla innumera exſtant apud Ald. Manutiũ in Orthographia quæ & ipſe & nos accepta ferre debemus doctiſſimo clariſſimoque viro CL. Puteano, Chriſtianiſſimi regis conſiliario digniſſimo. Martianus Capella lib. II.

Aurora primo conuenuſtans habitu
Surgens feneſtras diſsicaret lumine.

Reſtituerim etiam in Silio lib. III.

Impactum pelagus laceratæ viſcere terræ *Diſsicit.*

Vbi

Vbi editum, *Diſicit*: vt etiam apud Sidonium Panegyr. Maioriani:

——partemq́; cerebri
Hic galeæ cum parte rapit, fortíque lacerto
Diſicit ancipiti miſerabile ſinciput enſe.

Sic correximus infrà lib. IX. *Canes paſtoricios, villaticos, feros atque immanes, aſſuetos abiecta per agros exſicare cadauera.* vt apud Plautum Rudente recte Turneb.

Quin tu in paludem is, exſicaſq́; arundines?

Reſicare, Proſicare in Varrone, Plauto, aliis.

25 *Inter hæc vnus.* &c. Aretæus de Affectionibus temporalibus: Τέμνονται δὲ τινὲς τὰ μέλεα θεοῖς ἰδίοις ὡς ἀπαιτοῦσι χαριζόμενοι εὐσεβεῖ φαντασίῃ. καὶ ἐστὶ τῆς ὑπολήψεως ἡ μανίη μοῦνον, τὰ δὲ ἄλλα σωφρονέουσι. ἐγείρονται δὲ αὐλῷ, καὶ θυμηδίῃ ἢ μέθῃ, ἢ τῶν παρεόντων προτροπῇ. ἔνθεος δὲ ἡ μανίη, κἢν ἀποπαύσωσι, εὔθυμοι, ἀκηδέες, ὡς τελεσθέντες τῷ θεῷ. ἄχροοι δὲ, καὶ ἰσχνοὶ καὶ ἐς μακρὸν ἀσθενέες πόνοισι τῶν τραυμάτων. Vbi graphicè depingũtur hi noſtri ſacerdotes, & eodē ferè modo, quò à Lucio noſtro.

31 *Vaticinatione clamoſa,* &c. Hinc intelligas, cur ſcripſerit Plautus Truculento:

——Icit femur. num obſecro nam ariolus eſt, qui ipſus ſe verberat?

Ibid. *Inceſſere.* Ms. *incenſere.*

Pag. 142. verſ. 3. *Talis ominum teſſellatum.* Idem, *tulī oīa teſſellatum.* al. *talis obuina teſſeratum.*

4 *Multimodis commulcat ictibus.* Sic rectè legas. Gloſſæ veteres Latinæ: *Commulcat, collidit, conculcat.* Tacitus Annal. I. emendante Lipſio: *Poſtratos verberibus mulcant.* Cuius adi Commentar.

Ibid. *Mirè contra.* Ms. *mīe. contra.* Lego, *mira contra?* Sic infra lib. X. *Sed obfirmatus mira præſumptione, nullis verberibus, ac ne ipſo quidem ſuccubuit igni.*

10 *Conſpiceret.* Emendationem Beroaldi ſecutæ pleræque editiones, *concupiſceret.* Paulò antē in quibuſdam eſt, *hunc lactem.*

12 *Satiati.* M. *ſauciati.*

Ibid. *Stipes.* M. Varro lib. IV. de Lingua Latina: *Diis cum theſaureis aſſes dant, ſtipem dicunt.* Tertullianus Apologetico: *Certè, inquitis, templorum vectigalia quotidie decoquunt, ſtipes quotuſquiſq́; iam iactat? non enim ſufficimus & hominibus & Diis*

veſtris mendicantibus opem ferre: nec putamus aliis quam præmiis in-pertiendum. Propter has ſtipes Alcæus Epigr. Græcor. lib. 1.

Κυρφάμενος γονίμων τὶς ἀπὸ φλέβα μητρὸς ἀγύρτης.

Plura, alia tamen, Lipſius ad Annal. XIV. C. Taciti.

16 *In ſacculos.* Præpoſitionem *in* ignorat Ms.

24 *Eſurientem.* Idem, *exurientem.*

30 *Inguinibus.* Veteres editi, *virginibus.* Olim, vt nos, emendauit Beroal. Fortè etiam legatur, *vriginibus:* & non male.

31 *Vredinibus flagitabant.* Sic Cato: *Intercutibus ſtupris flagitat.*

32 PORRO QVIRITES. Magna hic allucinatio Beroaldi, cùm reponit, *proh Quirites:* vel, *O o Quirites.* Q. Septimius Tertullianus aduerſus Valentinianos: *Vt etiam inclamauerit in eum ἴκ ἴκ quaſi* PORRÒ QVIRITES, *aut* FIDEM CÆSARIS. Sed hoc iam tritum ſatis. Non facilè fortaſſis quis ſuſpicetur ad eum modum ſcribendum Plauti Amphitruone,

PORRO FIDI THEBANI CIVES. ME. Etiam *clamat carnifex.*

idq́ue è ſcripto codice. Vt fruſtra ſit ibi Palmerius, qui neſcio quid aliud ſupponendum arbitratus. Vulgò est,

Pro fidi Thebani cives.

Pag. 143. verſ. 2. *Sed inopportuno.* Ms. *ſi importunè.*

8 *Vicinos vndiq; partientes.* Columen antiquitatis Lipſius antiquitus ſcribendum cenſet, *vic. vnd. arcientes.* Vulgatæ lectioni tamen reſpondet Lucianus: Καὶ ὅλῃ τῇ κώμῃ τῷ λόγῳ διέδωκαν. Ms. *parcientes.*

10 *Laudantes.* Idem, *laudates.* Iam ſæpius obſeruatum.

11 *Infamia.* Idem, *nfaria.*

14 *Ortum.* Vulg. *exortum.*

17 *Strumentis.* Vulgò item, *ſtramentis.* Scriptam lectionem expreſſimus, rati *ſtrumentis* poſitum, pro inſtrumentis: vt apud Tertullianum Ad vxorem lib. 1. *Nobis continentia ad ſtrumentum æternitatis demonſtrata eſt à domino ſaluis Dei.* Sed iam *ſtramentis,* retinuerim, acceperimq́. pro iis quæ inſternebantur.

19 *Extremam confecerant mortem.* Antè vbique, *extrema conf. mortes.* [ſec. ſæ.

20 *Eneruare ſecuri ſæua.* Ms. *enumerare ſecure ſeua.* Vulg. etiam.

21 *Pudore illo.* τὸ *illo*, non fuit in editis libris.
22 *Sed & ceteri.* Vulg. *Sed ceteri.*
23 *Simulacri iacentis.* Vulg. *tacentis.* Lucianus: Ἀλλ' ἔτι με μὴ ἐπιτείνειν δεινῶς αὐτοὺς ἡ θεὸς ἐδυσώπησε χαμαὶ καθημένη, ἢ ἀλίχνου ὅπως οὐδ' ὅλως. Poſteà comperi Beroaldo eamdem etiam de hoc loco eſſe ſententiam.
24 *Plenis gladiis.* Vulgo, *Planis glad.* Neutrum ſatis placet: niſi legas, *ſarcinis plenis, gladiis,* &c.
26 *Inibi vir.* Scriptum exemplar habebat, *Inibi adueni, ubi vir.* Vulgati ſolummodo, *Vbi vir.*
27 *Deum.* Quidam, *domini.* Vnde Beroaldus fecit, *dominum.* Scripta lectio optima. Non ſemel τὸ *Domini,* τὸ *Deum* locum in hoc ſcriptore inuaſit.
28 *Excitus.* Sic Ms. liber. Vulg. *exercitus.* Lib. x. infrà: *Tunc acerbæ mortis exciti nunciis frater & maritus.*
29 *Suſcipiens* Ms. *ſuſpiciens.*
30 *Conceptum.* Idem, *conſpectum.*
31 *Hoſtiis opimis.* Idem, *hoſtiis optimis.*
33 *Venationis.* Idem, *venerationis.*
Pag. 144. verſ. 7. *Vtcunque.* Idem, *vltraque.*
Ibid. *Altius filio ſuo paruulo conſalutato.* Potius legendum, *cum fil. ſ. p. c.*
12 *Iſtud remedium.* Ms. *id temere.*
14 *Reſpicis.* Sic idem liber. al. *reſipicis.* Vulg. *reſipiſcis.*
17 *Protrimentis.* Ms. *Proſtrimentis.* Dico de hoc ad librum x. infrà.
20 *Deſtinata etiam laniena.* Idem, *deſtinata & laniene.* Emendat Lipſius, *deſtinatæ iam lanienæ cultros acuebat.*

PETRI

PETRI COLVI IN METAMORPHOSEŌN LIBRVM IX. NOTÆ.

PAG. 145. verſ. 11. *Conſilium.* Lib. vet. *conſilio.*

18 *Sacrificales epulas cum ſacerdotibus Deæ cænitabat.* Decretis reliquiiſque aliis ſacrificiorum domum ſecum aſportatis cænabant olim. Libet hanc in rem locos aliquot veterum ſcriptorum notare. Plautus Pœnulo:

Age, eamus intro, dum exta referuntur.

Horatius II. Sermon.

Ante Larem proprium veſcor, vernaſq́; procaces
Paſco libatis dapibus.

Tertullianus lib. de Spectaculis: *Non ſacrificamus, non parentamus. Sed neque de ſacrificato, & parentato edimus. quia non poſſumus cænam Dei edere, & cænam Dæmoniorum.* Conuiuia etiam hic ſolemnia conficiebant, amicoſque excipiebant Arnobius lib. VII. de extis loquens: *Prandia inde vel cænas ſolemni more conficere.* Hinc lux aliquot Plauti aliis locis. Amphitrūone:

Tu gubernatorem à naui huc euoca verbis meis
Blepharonem; vt, re diuina facta, mecum prandeat.

Pœnulo: *——Miles, conuiuas volo*
Reperire nobis commodos, qui vnà ſient:
Interibi attulerint exta, atque eàdem mulieres
Iam ab re diuina credo apparebunt domi. Milite.
Sacrificant? dant inde partem maiorem mihi quàm ſibi.
Abducunt ad exta: me ad prandium, ad cænam vocant.

Et ideo Sticho:

Iámne exta cocta ſunt? quot agnis fecerat?
CR. *Illa quidem nullum ſacrificauit.*

Virgilius VIII. Æneid.

Veſcitur Æneas, ſimul & Troiana iuuentus
Perpetui tergo bouis & luſtralibus extis.

Sed

Sed omiſeram ex Rudente:

Sed quàm mox coctum eſt prandium? AM. *Quod prandium obſecro te?*

TR. *Nempe rem diuinam facitis hic.*

Et poſt non procul à fine fabulæ:

Nunc hinc intro ibo, & ſacrificabo: poſt tibi
Iubebo nobis cœnam continuo coqui.

Sic etiam de libatis poculis bibebant. Minutius Octauio: *Quod verò ſacrificiorum reliquias, & pocula libata contemnimus.* &: *Præcerptos cibos, & delibatos altaribus potus abhorretis.* Etiã illud obſeruare eſt, ad has dapes nullos admiſſos niſi ſacerdotes, aut illos qui à ſacris non arcebantur. quod ex hoc Lucij noſtri loco etiã videre licet. Ariſtophanes apud Suidam: Οὐκ ἔστιν ὅπως οὐχὶ τεθνήξῃ, κἂν χρῇ σπλάγχνων, μὴ ἀπέχεσθαι. Alludit eò Tertullianus de Præſcrip. aduerſ. hæretic. *Alter verò pro delictis oblatus, & ſacerdotibus tantum templi in pabulum datus, ſecundæ repræſentationis argumenta ſignabat: quia delictis omnibus expiatis, ſacerdotes templi ſpiritalis, id eſt Eccleſiæ, dominicæ gratiæ quaſi viſceratione quadam fruerentur.*

10 *Menſas etiam.* Vulgò, *menſas, & id genus.*

24 *Hic aſtulo.* Ms. *Hoc aſtulo.* Legam, *Hoc aſtutulo commento*; vel, *aſtuto.*

25 *Lanij manibus.* Scriptus, *Lamiis manibus.*

28 *Conſilio prudentis, vel remedio ſagacis.* Vulg. *conſilio prudenti, vel rem, ſagaci.*

30 *Momentariam.* Ms. *momentaneam.*

32 *Mobili.* Idem, *nobili.*

Pag. 146. verſ. 6. *Mitillum mulionem.* Hæc ſcriptura in membranis: cuſa vbique, *Mytilum mulionem.* Quid ſi, *Myrtilum mul.* Notum de Myrtilo Oenomai auriga. Etiam hoc nomine ſcriptor vetus apud Arnob. lib. III. De Mulione leuiter emendem Iſidor. Origin. lib. X. *Mulio dictus à mulis, eo quòd præſidet iis, & vehiculis.* Mulis autem mulisque plurimum vſi veteres, ad carrucas trahendas. IC. L. XXXVIII. D. de Ædil. ed. Quibus plerumque inſidebant honeſtiores matronæ: vt & hodie moris eſſe videmus. Scæuola: *Quæſitum eſt an carruca dormitoria cum mulis, cùm ſemper uxor vſa ſit, debeatur. Reſpondit ſi eius vſus cauſa*

habita eſſet, deberi. L. XIII. de Auro arg. leg. Tertullian
lib. II. Ad vxorem: *Vnde niſi à diabolo maritum petant bonum ex-*
hibendæ ſellæ, mulabus, & cinerariis peregrinæ proceritatis? Nec de
aliis ſentit Plautus Aulularia:

> *Ego faxim muli, pretio qui ſuperant equos,*
> *Sint viliores Gallicis canteriis.*

vel Baſilius Oratione ad Diuites: Ἡμιόνων πλῆθος κατὰ χρόαν
διηρημένων. ἡνίοχοι τούτων ἀλλήλων διάδοχοι. Quò etiam per-
net Titinnij fragmentum, quod apud Nonium: *Ve*
thenſam, atque mulos? ſine eam pedibus graſſari. Ideo muliones de
vrbano miniſterio, Paulo noſtro L. XCIX. de Lega
lib. III.

7 *Hypatanium.* Ms. *Hyſpaſium.*

10 *Contacta.* Idem, *contrectata.*

11 *Efferari.* Vulg. *eſſe efferata.*

13 *Cuiuſcemodi telis.* Iidem, *huiuſcemodi tel.* Sic ſuprà lib. i
Raptim cuiuſcemodi telis inſequuntur. & lib. VIII. etiam re-
ſitum nobis: *Et cuiuſcemodi vocibus nobis inhortantur.* bis in
infrà lib. XI. vbi vulgo paſſim, *huiuſmodi.* Lucret. lib. iii

> *Et cuiuſcemodi formarum vertere in ora.*

Cuiuſcemodi, ſeu cuiuſquemodi, id eſt, cuiuſcum-
generis, modi: qualiacunque.

14 *Protelarent.* Ms. *pdelarent.*

Ibid. *Eodem veſaniæ morbo.* Pronomen, *eodem,* nuſqu
vulgò. In ſcripto libro etiam, *beranie,* pro *veſaniæ.*

17 *Subminiſtrabant.* In eodem, *ſubminiſtrauerant,*

20 *Conceſſionis.* Lipſius malit, *congreſſionis.*

22 *Abſumeret.* Codex vet. *aſſumere.*

23 *Conſtratum lectum.* Idem, *conſtructum lectum.*

28 *Altercare.* Vulg. *altercari.*

Ibid. *At hunccine.* Ms. *Adhunccine.* Fortè, *Adhuccine? Ad-*
huccine, id eſt, adhucne? vt Siccine?

30 *Inquieſcente ſænitia.* Contra vulgarij, *increſcente ſæ*
præter auctoris mentem.

32 *Quidam.* Plerique, *quadam.*

Pag. 147. verſ. 1. *Periclitantur.* Scriptus, *percontantur.* Quod
ſi verum; retinendum etiam ſuprà lib. VIII. *Facile*
contaberis, videns quàm grandem tibi demonſtret patientiam. Vi-
tamen

tamen ex eodem libro emendauimus, *Facilè periclitaberis.*

5 *Allibeſcerem.* Membranæ *allibeſcerem.*

8 *Hoc enim.* Paſſim, *Hæc enim.*

13 *Innergens* Ms. *vergens.* Maſim, *mergens.* Ber. *immergens.*

Ibid. *Illas aquas.* Idem liber τὸ *aquas* non habet.

15 *Periclitantium.* Iterum hic ſcriptum, *percontantium.*

20 *Producor.* Vetus, *ducor:* id eſt, conducor.

21 *Semiruta.* Idem, *ſemirupta.*

25 *Hic gracili.* Vbique ante, *Is gracili.*

26 *Præbendo.* Ms. *phēdens.*

Ibid. *Fabriles operas præbendo vitam tenebat.* Vita hic pro victu, vt apud Terentium, *Cui opera, vita erat:* id eſt, qui ex opera ſua viuebat. Vbi fruſtra eſt Palmerius, dum τὸ *operæ*, cum Donato, ſeptimo caſu accipiendum putat. Græciſmus eſt. Iulianus Epigrammat. Græcor. lib. VI.

Ει δ' ὀλίγυ δώρυ πλέθει δόσις, ὁ τόδε νύμφαι
Μέμψις, ἐπεὶ Κινύρυ ζωὖθ' ὅλος ἔσκε βίος.

Ait piſcatori Cinyræ retia vitam fuiſſe: hoc eſt, de quæſtu per ea facto vixiſſe. Similis locutio Euripidi, Andromacha: Ἅπασι δ' ἀνθρώποισιν ἡ ψυχὴ τέκνα.

27 *Etiam ſatis quidem tenuis & ipſa, verumtamen.* Hæc omnia abſunt à libro ſcripto.

31 *Etiamnunc.* Vulg. *etiam tum.*

Pag. 148. verſ. 5. *Semiobrutum.* Beroaldus hic aptè de doliis defodi ſolitis quædam notauit. Locus Plinij eſt è lib. XIV. cap. XXI. Sæpius Iuriſconſulti noſtri idem indicant. vt in L. XCIII. D. de Legat. lib. III. L. III. D. de Tritico vin. leg. L. LIV. D. de Actionib. empti.

10 *Et pernox.* Vulgatum vbique, *per noctem.*

11 *Vt intra.* Ms. *& intra.*

Officinator. Gloſſæ veteres: *Officinatores*, Εϛγαστηρίαρχαι.

Proſpexit. Vulg. *proſpexi.*

Quidam vendiciani. Ms. *credo vendit.*

Intra hoſpitium contenta. Vulgo, *intra hoſp. contecta.* Sic ſuprà lib. IV. *Parua, ſed ſatis munita domuncula contentus.* Hoc ipſo libro infrà etiam reſtitui: *Intra terminos piſtrini contentus.* item, *ut fondoſo caſulæ contentus vmbraculo degeret.* Arnob. lib. I. *Qui vniuerſi regimur, & continemur incluſi.*

26 *Minoris diſtraxit. Additamento pretij.* Ibidem, *minoris diſtraxit abditamento pretij.* Ms. *m. d. aditam. p.* Vnde locum rectè nobis correctum putamus.

27 *Tanto pretio.* Pretio non erat in vulgatis.

32 *Rimis.* Ms. al. *nimis.*

Pag. 149. verſ. 1. *Expedis.* Vulgarij, *expedias.*

2 *Putas es.* Scriptura vetus, *putaſſes.*

7 *Exſculpere.* Vulg. *exſcalpere.*

8 *Belliſsimus.* Membran. *villiſsimus.* Num *vinnuliſsimus*? Plautus: *Oratione vinnula, venuſtula.* de quo cum cura elegantiſſimus Douſa noſter Explanat. Plautin. lib. 1.

11 *Purgandum.* Ms. *ad purgandum.*

14 *Perferre.* Sic malui, quàm *proferre.*

16 *Piiſsimi.* Vulg. *puriſsimi.*

18 *Sorte vnica pro caſulis pluribus enotata.* Hæc ſcripti codicis noſtri ſcriptura, quam etiam in quibuſdam è ſuis eſſe notat Beroaldus: item aliam, *ſorte vn. pr. capſulis plur. enotata*; & aliam, *pro caſibus pluribus enocata.* & quoſdam pro *enocata* ſcribere, *enotata*, etiam teſtatur. Omnium optimam puto lectionem, *Sorte vnica pro caſibus pluribus enotata.* Mens hæc: Caſus plures & rerum euentus varios vna Sorte notatos fuiſſe. Elegans hic locus de Diuinatione, quæ per Sortes olim fiebat. de qua, & ad hunc pertinet etiam locum, ſic ſcribit in Iliada Homeri Euſtathius: Εὐελπίδης δὲ ἐν μὲν Φοινίσσαις τὰς μαντικάς τινας ψήφους, κλήρους καλεῖ, ὡς δῆλον παρασημειοῦντος, ἐν τε πλήθεσιν ὀρνίθων καὶ λοιποῖς. ἐκεῖ οἱ παλαιοὶ κλήρους νοοῦσι καὶ τοὺς ὑπὲρ μαντείας μισθούς. ἐν δὲ τῷ, δέλτος κλήρους οὐ δεδεγμένη, κλήρους φασὶ λέγει ἢ τὰς μαντικὰς ἢ σημεῖα τινὰ διδόμενα τῷ μάντει, ἐξ ὧν ὁρμώμενος προφητεύει.

Locus Euripidis poſtremus eſt ex eiuſdem Hippolyto, vbi ſic legimus:

Οὔδ' ὅρκον, οὐδὲ πίστιν, οὐδὲ μάντεων
Φήμας ἐλέγξας, ἄκριτον ἐκβαλεῖς με γῆς.
Θη ἡ δέλτος ἥδε, κλῆρον οὐ δεδεγμένη,
Κατηγορεῖ σου πιστά· τοὺς δ' ὑπὲρ κάρα
Φοιτῶντας, ὄρνις πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω.

Ad quæ Scholiaſtes: Κλῆρος, ἐστὶ τὸ σημεῖον τὸ διδόμενον τοῖς μαντευομένοις ἀφ' ὧν οἱ μάντεις ὁρμώμενοι προφητεύουσι περὶ τῶν μελλόντων. τῶν δὲ μάντεων οἱ μὲν ὄρνισι προσέχουσι, οἱ δὲ κλήροις

Huc

Huc reſpexit Tibullus:

Ille ſacros pueri ſortes ter ſuſtulit: illi
Rettulit è triuiis omina certa puer.

Huc etiam facit Callimachi locus Epigrammat. Græc. lib. III. & maxime ad illius Tibulliani lucem. quem tamen decus Muſarum Scaliger non notauit. In Pittacum Mitylenæum:

Εἶπεν. ὁ δὲ σκίπωνα, γεροντικὸν ὅπλον, ἀείρας,
Ηνίδε, κεῖνοί σοι πᾶν ἐρέουσιν ἔπος.
(Οἱ δ' ἄρ' ὑπὸ πληγῇσι θοὰς βέμβικας ἔχοντες
Εστρεφον εὐρείῃ παῖδες ἐνὶ τριόδῳ)
Κείνων ἔρχεο, φησὶ μετ' ἴχνια. Χὠ μὲν ἐπέστη
Πλησίον. οἱ δ' ἔλεγον. τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.
Ταῦτ' ἀΐων ὁ ξεῖνος ἐφείσατο μείζονος οἴκου
Δράξασθαι, παίδων κληδόνι συνθέμενος.

Suidas: Κληδών. φήμη, μαντεία. καὶ κληδονισμοί, αἱ διὰ τῶν λόγων παρατηρήσεις.

19 *Hac erat*. Vulg. *Sic erant*.

20 *Ideo coniuncti*. Verſus hi ſunt, nec videbantur. nos eos ſuis pedibus meare iuſſimus.

21 *Captantes*. Vulgatum paſſim, *cooptantes*.

23 *Rem ipſam*. Ms. *neque ipſam*.

31 *Forti præſagio*. Vulgares quidam, *ſorti præſagio*. Verius puto, *ſortis præſagio*.

Pag. 150. verſ. 1. *Contraxerant*. Vulgati, *corraſerant*.

2 *Argumenti ſatietate*. Sic noſter vet. Ante editi, *argenti ſatietate*. Retulerim ad varia rerum argumenta, de quibus diuinabant impuriſſimi illi ſacerdotes.

3 *Via tota*. Liber vetus, *viam totam*.

4 *Incilibus*. Idem, *iacilibus*. Vide Beroaldum.

5 *Supercurrit*. Idem, *ſupercurrunt*.

Ibid. *Cohibita æquorum*. Vulg. *cohibentes equum*. Pro, *curruli*, etiam in Ms. *curriculi*.

15 *Promerent otius aureum cantharum*, *promerent*. Ms. *potius aureum canth. promerunt*.

25 *Quæ in operto*. Iam magis placet, *quæ in aperto*. Palam enim ſolemnia hic celebrata.

28 *Tacita profectione*. Ms. *tāta profect.*

21 *Omnium*. Idem, *omnibus*.

23 *Mendoso risu*. Idem, *m̄doso risu*. Num, *inuidiose*. Certè aliud quid reponendum videtur.

24 *Scæuitatem*. Hic etiam vulgò erat, *ſæuitatem*.

Ibid. *Plerique*. Manu exaratum, *plerumque*.

25 *Cantharum*. Malim vulgatum, *caliculum*.

27 *Vocari*. Male impreſſi, *vocaritis*

28 *His, & aliis ſimilibus aſſaniis fruſtra blateratis*. Ita hunc locum emendandum putauimus, priſcæ ſcripturæ ductum ſecuti. quæ erat, *His & aliis ſimilibus aſaniis fruſtra ablatrantis*. al. *ablatratis*. Vulgò, *Hæc, & alias ſimiles aſſanias fruſtra ablatrantes*. Blaterandi verbum frequens in hoc noſtro. Non bene aliter legit apud Varronem doctiſſimus Turnebus:

Quid eſt? quid blateras? quid dabo? quid vis tibi?

Feſtus: *Blaterare, eſt ſtultè & percupidè loqui: quod à Græco βλὰξ originem ducit*. Vide Nonium Marcell. & Fulgentium Placiadem.

31 *Donarium*. Ms. *denarium*.

Pag. 151. verſ. 1. *Piſtor*. Idem, *paſtor*.

2 *Per iter*. Idem, *pariter*.

4 *Complurium*, Idem, *complurimum*.

8 *Mihi, ne rudimentum*. Idem, *dum erudimentum*.

9 *Loca lautia*. Vulg. *loca lautitia*. Notatum hoc ſuprà.

32 *Sparteo*. Ms. *ſpartee*.

Pag. 152. v. 1. *Indigus*. Ms. cum aliquot vulgatis, *indignus*.

5 *Linedinis*. Idem, *libidinis*.

8 *Iniecti*. Vulg. *intecti*.

9 *Frontes litterati*. Ms. *frontes liturati*. quod non improbat Lipſius. Sidonius Apollin lib. IX. Epiſtolar. *Tunc enim certius te probaſſe reliqua gaudebo, ſi lituraſſe aliquà cognouero*. Nihil ego mutaui tamen. Gloſſæ veteres: *Litteratus*, γεγραμμένος. Hoc ſæpius in Plauto. Petronius: *Eum hac nota litteratum eſſe*. Seneca etiam Ludo de morte Claudij litteratum C-licem dixit. Seruorum nequam frontes inuri inſcribique à dominis ſolebant. Diogenes Laërtius lib. IV. de Bionis patre ante ſeruo: Ἔχων οὐ πρόσωπον, ἀλλὰ συγγραφὴν ἐπὶ τοῦ προσώπου, τῆς τοῦ δεσπότου πικρίας σύμβολον. Vlpianus Fragmentis: *Dediticiorū numero ſunt, qui pœna cauſſa vincti ſunt à dominis*

domino, quibus vestigia ſcripta fuerunt. vbi rectè alias ſcriptum, *quibuſue ſtigmata ſcripta ſ.* Caius enim de iiſdẽ: *Aut in quorum facie vel corpore quæcunque indicia aut igne aut ferro impreſſa ſunt.* Quo facit D. Auguſtinus in Epiſt. ad Galatas: *Stigmata dicuntur notæ quædam pœnarum ſeruilium: vt ſi quis, verbi gratia, ſeruus in compedibus fuerit propter noxiam, id eſt propter culpam, vel huiuſmodi aliquid paſſus fuerit, ſtigmata habere dicatur: & ideo in iure manumiſſionis inferioris eſt ordinis.* Qui locus planè ad hos Dediticios noſtros ſeruos pertinet: vt & ille Iſidori Origin. IX. *Propter ſuppliciorum notas, quas manifeſtè perpeſſi ſunt, ad dignitatem ciuium Romanorum non peruenerunt.* Tertullianus de Reſurrectione carnis: *Oro te, ſi famulum tuum libertate mutaueris, quia eadem caro atque anima permanebunt, quæ flagellis & compedibus, & ſtigmatibus obnoxiæ retro fuerant.* Nec plura addo in re manifeſta. Dixit de his frontibus inſcriptis abundè Lipſius Elect. lib. II.

13 *Farinulento cinere.* Ms. *farinulenta cinere.*

14 *Iumentario.* Vulg. *iumentorio.* Iumentum, iumentarius: Momentum, momentarius: Argentum, argentarius.

17 *Follicantes nares.* Ms. *foll. nates.* Tertullianus lib. de Pallio, loquens de chamæleonte: *Oſcitans veſcitur, follicans ruminat.* 19 *Tritura.* Idem, *teſtura.*

Ibid. *Oſſium tenus.* Idem, *oſſium tenuis.*

20 *Multinia.* Idem, *in vltima.* Pro *circumciſione*, malim, *circumcurſione*, ſi quid mutandum. quod quidam putant. Sic, *molinis circuitus*, ſuprà hoc ipſo libro.

21 *Veterna atque ſcabioſa macie.* Vulg. *veterno, atque ſcab. mac.* Veterna, id eſt veternoſa. eleganter.

24 *Ad vltima ſalutis iam detrux.* Nouam dictionem è ſcripto, hoc loco reponere viſum, *detrux.* Sed totum in eo ita perſcriptum, *ad vltima ſalutis meæ tam detrux.* Vulg. *ad vltima ſalutis me tandem truſum.* Notemus igitur, & exemplum ſperamus aliud.

Pag. 153. verſ. 2. *Suaue comptam.* Repone ex codice ſcripto Beroaldi, *ſuaue compertam.* Sed num potius, *ſuauem compert.* vel, *ſuáue conditam?* M. Cicero Bruto: *Nemo vnquam vrbanitate, nemo lepore, nemo ſuauitate conditior.* & alibi: *Orationem lepore & feſtiuitate conditam.*

5 *Coniugem*. Ms. *coniugam*. Ita corrige. Supra lib. VI. ad Iunonem: *Magni Iouis germana, & coniuga.*

10 *Virioſa*. Idem liber, *iniurioſa*. Scribo, *viroſa*. Afranius Diuortio:

> *Vigilans, ac ſolers, ſicca, ſana, ſobria:*
> *Viroſa non ſum. &, ſi ſim; non deſunt mihi*
> *Qui vltrò dent. ætas integra eſt, forma ſatis.*

12 *Tunc ſpretis atque calcatis diuinis numinibus*. Fortè Chriſtianæ religioni addictam innuit.

15 *Obſeruationibus vacuis*. Malim, *obſeruat. vanis.*

18 *Recubans adhuc*. Ms. *recubans & adhuc.*

21 *Laxarentur*. Idem, *laſſarentur*.

23 *Iubebar*. Idem vet. cum vulgatis aliquot, *iubebat*.

Ibid. *Geminam curioſitatem*. Idem ſcriptus, *geminam curioſ*

27 *Alioquin*. Vulg. *aliquando*.

28 *Ad detegenda*. Vet. *in digerenda*.

32 *Velitatas cænas fraudulentas*. Legendum videtur Beroaldo, *velitata ſcenas fraud*. Emendem ego, *delicatas cænas fraudulenta in exitium miſerrimi mariti*, &c.

Pag. 145. verſ. 6. *Adſertur aures*. Ms. *deſert aures*. Fortè, *ferit aures*.

22 *Munitam domi ſuæ*. Idē, *munita domui*, Num, *munita domi*

24 *Aretem*. Vet. editiones, *Artem*: Ms. *arceri*.

Ibid. *Condiſcipulam*. Ms. *condiſciplinam*.

26 *Minimè gentium*. Idem, *Minimè ſentio*.

29 *Caro coniugio*. Vulg. *caræ coniugis*. vt ex ſcripti libri auctoritate correctum eſt, ſic Propertius:

> ——*& totum femina coniugium.*

32 *Cuſtodiam*. Vulg. *cuſtodelam*.

33 *Et famem*. Scriptum, *de famem*. Serui olim à dominis fame puniti, cùm eis ſcilicet ſtatuta & debita cibaria non darentur. Imperator Antoninus: *Sed & dominorum intereſt, ne auxilium contra ſæuitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur iis, qui iuſtè deprecantur*. apud Iuſtinian. Inſtit. lib. I. Tit. VIII. De Cibariis ſeruorum quædam mihi notata, quæ ad hunc locum non incommodè promuntur. Tertullianus de Præſcriptione adu. hæret. *Quis enim cibaria ab extraneo, ne dicã inimico domini ſui ſperat*, Alludit noſter

Locus

Lucius Metamorphoſ. lib. VII. *Nec mihi miſero ſtatuta ſaltem cibaria pro tantis præſtabantur laboribus.* De his ſæpius Iuriſconſulti noſtri. Neratius L. penult. de Impenſ. in res dot. fact. Paulus L. XII. de Admin. & peric. tut. Scæuola L. ſ. xi. Lucius, de Legat. lib. II. Vlpian. Fragm. Tit. XXII. Eadem Diaria etiam dicta. Martialis:

Sed Lupus vſuram, puerique diaria poſcunt.

Canonem vocat Saluianus de Prouidentia Dei lib. IV. *Ac primum, ſerui ſi fures ſunt; ad furandum forſitan egeſtate coguntur: quia etiamſi iis ſtipendia vſitata præſtentur; conſuetudini hæc magis quàm ſufficientiæ ſatisfaciunt. & ita implent canonem, vt non expleant ſatietatem.* Nec aliud eſt Demenſum. Donatus in Phormionem Terentij: *Serui quaternos modios accipiebant frumenti in menſe, & id Demenſum dicebatur: vtrum à menſe an à metiendo incertum eſt.* Hæc Cibaria ab actore ſeruo diſtribuebantur. Irenæus aduerſ. hæreſ lib. IV. cap. XLIV. *Quis igitur erit fidelis actor bonus & ſapiens, quem præponet dominus ſupra familiam, ad dandum eis cibaria in tempore.* Quod eſt ex illo D. Marci, ca. XII. Τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς οἰκονόμος καὶ φρόνιμος, ὃν καταστήσει ὁ κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ τοῦ διδόναι ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον. Cibaria τὸ σιτομέτριον, vt nos Demenſum. quod à Demetiendo dictum non dubitarim. Nam certa menſura dabatur. Iuuenalis:

Seruorum ventres modio caſtigat iniquo,
Ipſe quoque eſuriens.

Seneca Epiſtola LXXX: *Seruus eſt. quinos modios accipit.* vbi ex Donato repoſuerim, *quaternos modios*, facili errore, qui in numero, ſublato. Vel potius in Donato ſcribi fortaſſis debet *quinos*, pro, *quaternos.* Certo item pondere. ob quod dixit Terentius Phormione:

Quod ille vnciatim vix de demenſo ſuo,
Suum defrudans genium, comparſit miſer.

Appendi enim olim ſolebat etiam frumẽtum. Lex XII. Tabularum: SI. VOLET. SVO. VIVITO. NI. SVO. VIVIT. QVI. EM. VINCTVM. HABEBIT. LIBRAS. FARRIS. IN. DIES. DATO. Horatius Sermon. lib. I. Satyr. V. —— *Cui ſatis vna*
Farris libra foret, gracili ſic, támque puſillo.

Alia autem erant Ruſtica cibaria, alia Vrbana. Paulus Sententiar. lib. III. *Fundo cum omni inſtrumento ruſtico & vrbano, & mancipiis quæ ibi ſunt legato, ſemina quoque & cibaria debentur.* quem etiam vide L. XXIII. D. de Inſtruct. vel inſtru. leg. Horatius Epiſtol. I.

Cum ſeruis vrbana diaria rodere mauis.
Horum tu in numerum voto ruis.

Et ideo idem Paulus L. XCIX. de Legat. lib. III. *Dictum autem eſt, quod vrbani intelligendi ſunt, quos paterfamilias inter vrbanos adnumerare ſolitus ſit. quod maximè ex libellis familiæ, item cibariis deprehendi poterit.* Petebantur autem, dabanturque ſingulis calendis. Plautus Sticho:

Vos meminiſtis quotcalendis petere demenſum cibum,
Qui minus meminiſtis quod opus ſit facto facere in ædibus.

Hinc ſcriptores inferioris æui Demenſum pro ſtipendio, ſalario, honorario quolibet, vitæ ratione etiam vſurparunt. Spartianus Hadriano: *Ita vt pleriſque in diem vitæ ſuæ demenſum ſine dilatione reſtituerit.* Lat. Pacatus: *Nec ſolum abundantem reiiciendo ſumptum, ſed vix neceſſarium vſurpando demenſum, quod natura difficillimum eſt, emendaſti volentes.* Sidon. Apolinar. lib. II. Epiſtolar. de Maximo loquens: *Cumq; mole curarum priſtinæ quietis tenere demenſum prohiberetur.*

Pag. 155. verſ. *Perculſum.* Ms. *percuſum.* Fortè, *percuſſum.*

5 *Securam dirigit.* Idem addit, *ſecuram miles dirigit.*

6 *Deſtrictam.* Idem, *diſtrictam.* repone.

13 *Inſtrictus.* Vulg. *inſtinctus.* Dixi ad lib. VIII. ſuprà.

17 *Soleant.* Ms. *ſolebant.*

25 *Validum addens cuneum, qui rigentem prorſus ſerui tenacitatem violenter diffinderet.* Vulgò ante vbique, *val. add. aculeum, qui rig. ſer. t. v. diffunderet.* Scriptus, *val. addens ad cuneum.* τὸ *addens* repetitum fuerat ex illo, *addens*: itaque inducendum cenſui, & locum hunc ſcribendum, quemadmodum iam cuſus eſt. Sed & ea quæ ſequuntur melius cohæſura puto, ſi legamus; *His & huiuſmodi ſuadelis val. add. cun. qui rig. pr. ſer. ten. viol. diffinderet, porrecta iam manu ſua,* &c.

Pag. 156. verſ. 2. *Cogitationis.* Ms. *cogitationum.*

9 *Mandatum perfert.* Vulg. *inauditum perfert.*

12 *Ad ſuæ fidei præcipitium.* Idem, *ad ſuæ fidei pretium.* Ad ſuæ

Ad ſuæ fidei præcipitium, vt fidem ſuam præcipitaret, peſſumdaret, falleret.

Ibid. *Non modo.* Membranæ, *nec modo.*

15 *Lætitia percitus.* Eædem, *lætitiam paratus.* al. *paracitus.*

16 *Pretium.* Cuſum vbique, *præmium.* nec minus bene.

17 *Aereos.* Ms. *aureos.*

21 *Noui &.* Deſunt hæc ab eodem libro ſcripto.

24 *Clamat.* Vulgò, *clamitat.*

25 *Comminatur.* Ibidem, *minatur.*

28 *Cauſabatur.* Scriptus codex. *clauſabatur.*

29 *Interdum.* Vulgò, *interim.* & ſic reponere viſum Bernaldo. Vide quæ ſuper hoc alibi ſuprà.

33 *Fidem Deum.* Impreſſum antè, *fidem domini.*

Pag. 157. v. 2. *Quo iam pro limine.* Ms. *Qui iam pro lumine.*

5 *Suſpectúſque.* Non ſpernendum quod in quodam eſt impreſſo, *ſuſpectiſque.*

7 *His & in ſinum firmiter abſconditis.* Ignorat hæc omnia ſcriptus liber.

8 *Verſus.* Scriptura vetus, *ſo.*

14 *Deprehenſus.* Antè vulgò, *prehenſus.*

15 *Ac poſtremis.* Ibidem, *iam poſtremis.*

17 *Deſtinatus.* Legi aliquando, *diſtentus.* ſed mendum iam vt putem hîc eſſe.

22 *Clementer.* Ms. *inclementer.*

24 *Deuotaſti.* Idem, *deuoraſti.*

25 *De balneis ſoleas.* Erant veteribus ſuæ ſoleæ balneares, quas ſcilicet in balneis induebāt. Soſipater Chariſius Inſtitut. Grammatic. lib. I. *Balnearius fur, balnearius murteus, & ſolea balnearis.* De hac cenſeam ſenſiſſe Lucillium:

Quidni? ſcruta quidem vt vendat ſcrutarius; laudat
Præfractam ſtrigilem, ſoleam improbus dimidiatam.

quos duos verſus ſeparatim laudatos à veteribus, ita iungendos putem. Strigilem inter balnei vtenſilia, quis ignoret? Et ſic ſuprà noſter lib. IV. Scrutariam facere eadem hac de re dixit: *Enim vos bonæ frugi latrones, inter furta parua atque ſeruilia timidiculè per balneas & aniles cellulas reptantes, ſcrutariam facitis.* Has Soleas, Soccos etiam arbitrer appellari Plauto, Perſa:

Ampullam

Ampullam, ſtrigilem, ſcaphium, ſoccos, pallium.

26 *Conteras.* Ms. *conferas.*

Ibid. *Et inſuper etiam carceris tenebras perferas.* Hæc non ſunt in eodem Manuſcript.

28 *Immò.* Idem vet. *immò vero.*

Ibid. *Crudelitatem.* Poteſt ferri ſcripta lectio, *credulitatem.*

29 *Regreſſus.* Vet. *reuerſus.*

Pag. 158. verſ. 1. *Cacam.* Idem, *ecce.* Num, *eccam?*

4 *Condicta.* Idem, *iam dicta.*

6 *Vina pretioſa defæcat.* Symmachus lib. III. Epiſtolar. *Plerique condita muſta defæcant.* Per ſaccum autem vina tranſmiſſa olim purgabantur, defæcabantur. Plutarchus Sympoſiac. lib. VI. latè ſuper hac re. cuius verba hæc huc maximè ſpectant: Τὶ οὖν ἄλλο πον εἰ καὶ τοῦ οἴνου τὸ τρυγῶδες, εἰ κείμενον ἢ σκύβαλον ἢ διήθησις ἐξαιρεῖ. Fæcem vino nimirum hoc modo tolli. Gloſſæ veteres Græcolatinæ: Διϋλίζω, *Defæco, Fæco, ſacco, percolo.* De hoc paſſim ſcriptores priſci, Lucretius, Horatius, Plinius, Martialis, & medici nonnulli: vt notarunt viri docti. Columella lib. 1. *Saccus, inuerſæ metæ ſimilis, qualis eſt quo vinum liquatur.* Eleganter Seneca Epiſtola LXXVII. *Nibil intereſt centum per veſicam tuam, an mille amphoræ tranſeant: ſaccus es.* Sed in mendo cubat eiuſdem doctiſſimi ſcriptoris locus Epiſtol. LXXXV: *O hominem calamitoſum! neſcit viuere. non pacata aqua lauabatur, ſed ſæpe turbida; &, cum plueret vehementius, pænè lutulenta.* Inuehitur in ſumptus immodicos, quibus ſuo æuo lauabatur, balneaque P. Scipionis ſimpliciter nulliſque impenſis extructa laudat maximè. Sed quid ſibi vult, *pacata aqua?* Liber ſcriptus meus, *ſiccata aqua.* Scribendum ſcilicet, *ſaccata aqua.* Quoſdam ſuo tempore tam molles & delicatos indicat, vt etiam aqua per ſaccum percolata purgataque in balneis ſeſe lauarent. Nihil hac emendatione clarius.

9 *Naccam.* Plerique è vulgatis, *Nacam,* tamquàm nomen proprium. Venet. *nactam.* Ms. *vaccam.* Baſ. 1. *nonnam.* Feſtus: *Naccæ appellantur vulgò fullones, vt ait Curiatius: quod non non ſint, id eſt nullius pretij.* Perſius:

Non pudet ad morem diſcincti viuere naccæ?

Sed

Sed eadem ferè hîc Beroaldus.

Ibid *Proximum.* Scriptum exemplar, *proximus.*

11 *Libertate.* Vulg. *libertatem.*

17 *Adhuc adulteros.* Ms. *& adhuc adult.*

18 *Multis.* Idem, *multum.*

19 *Primum antecurſoriam potionem.* Emendatio hæc Beroal. eſt. Vulgati veteres, *accurſoriam pot.* Ms. *poſt occurſoriam potionem.* Rectè putem appellari Antecurſoriam potionem, quæ Guſtatio aliis dicta. Hæc erat potio in principio menſæ. Petronius: *Juſſi ergo diſcumbimus: &, guſtatione mirifica initiati, vino etiam ſalerno inundamur.* item: *Allata eſt guſtatio valdè lauta. nam iam omnes diſcubuerant, præter ipſum Trimalcionem.* Sed videndus Lipſius Antiquar. Lection. lib. III.

21 *Contigebat.* Sic Ms. Vulgò vulgari more, *contingebat.* Semper veteres Tagere, Contigere, Attigere. Plautus Bacchidibus: *Si attigas eum manu.*

23 *Crurum eius fragrium.* Mira locutio, *crurum fragium.* Crurifragium fortaſſe ſcripſit. Gloſſæ priſcæ: Σκελοκοπία, Crurifragium. Alexander ad Ariſtotelem, interprete vt quidam volunt, Corn. Nepote: *Tunc ego locorum demonſtratores, qui ſemper in inſidias ducebant peſſimè, merito crurifragio puniri iuſſi.*

24 *Alueo ligneo, quò frumenta purgari conſueuerant.* De ſimili Plato Timæo: ὥσπερ τὰ ὑπὸ τῶν πλοκάνων τε καὶ ὀργάνων τῶν περὶ τὴν τοῦ σίτου κάθαρσιν σειόμενα καὶ ἀναλικμώμενα. τὰ μὲν πυκνὰ καὶ βαρέα, ἄλλῃ. τὰ δὲ μανὰ καὶ κοῦφα εἰς ἑτέραν ἵζει φερόμενα ἕδραν.

Ibid. *Frumenta purgari.* Amplius vulg. *frumenta confuſa purgari.*

Pag. 159. verſ. 3. *Nec deſtitit; donec eius voluntati ſuccubuit maritus. & ſic, ignarus ſuorum, domus alienæ percenſet.* Hæc omnia ignorat Ms.

Infortunium. Idem, *fortunij.*

Rumore. Idem, *viſore.*

Furtiuos amplexus. Idem, *fortunatos ampl.*

10 *Lauati.* Vulgò, *lauti.*

13 *Quæ fuſtium flexu,* &c. Hæc vulgò non æquè bene, *quæ fuſtium flexu erat in rect. ag. gr. cum laciniaſque circumd.* &c.

15 *Suffuſa.* Ms. *ſuffiſſa.* Quid ſi, *ſuffita?*

16 *Secura participabat.* Vulg. *ſec participat.* Ms. *ſecurè participabat.*

17 Interdum

17 *Interdum*, Hic etiam repoſuerat Beroaldus, *Interin.*

22 *Salutem ei fuerat imprecatus.* Vetus Poëta Ammianus Epigramm. Græc. lib. II:

> Οὐδὲ λέγει, Ζεῦ σῶσον, ἐὰν πταρῇ. οὐ γὰρ ἀκούει
> Τῆς ῥινὸς πολὺ γὰρ τῆς ἀκοῆς ἀπέχει.

Vnde paret antiquum morem fuiſſe imprecandi ſternutanti, DEVS TE SERVET.

26 *Reſſlantem.* Sic Ven. Ald. Ms. Rom. & Beroald. Colon. *eſſlantem.*

28 *Reſpecto.* Vulg. *reſpectato.*

30 *Abſque noxa.* Ms. *atque noxa.*

33 *Deportat.* Idem, *deportatum.*

Ibid. *Tunc vxorem.* Vul. *Tum vxor.*

Pag. 160. verſ. 1. *Secederet.* Scriptus liber, *ſuccederet.*

4 *Eram.* Idem, *erat.*

5 *Triſtius.* idem, *triſtium.*

11 *Notam.* Vulgatum antè, *nomen.*

13 *Et tamen.* Ms. *& tã.*

16 *Temporius.* idem, *temprũs.* al. *temporius.* Editum antè *temperius.* Sed Gloſſæ H. Stephani: *Temporius*, Ereugeteg.

17 *Profugerat prorſus ieiunus.* Vulg. *ne profugeret prorſus ieiun.*

18 *Menſam poni.* Ms. *menſam potius.* Bona hæc emendatio Philippi.

22 *Mecumq; ſedulo deliberabam, ſi quomodo poſſem.* Lego, *mecum quoque ſedulo deliberabam, ſi quo modo poſſ.*

23 *Præbere.* Vulg. *perhibere.*

24 *Inſtar teſtudinis.* Ms. *ad inſtar teſtud.*

27 *Vniverſa nos.* idem, *vniverſarios.* al. *vniuẽſa nos.*

29 *Prominabat.* idem, *prominebat.* Vide ſuprà.

Ibid. *Opportuniſſimam.* Vulg. *optatiſſimam.*

Pag. 161. verſ. 8. *Nec ad exemplum machinæ truculentæ*, Ms. *vt ad exempl.* &c. Ceterum ſcripſerim, *nec ad exemplum machæ truculentæ.* De vxore ſua ſentit.

10 *Ad diſcrimen vocabo capitis.* Adi Cuiacij Obſeruat. lib. VI. cap. XI. Ræuardum noſtrum Varior. lib. IV. cap. 7.

11 *Atque pulcellum.* Repone ex Ms. *tamq; pulc.*

18 *Blanditie.* Sic reſcripſi ex codice ſcripto, & notaui etiam ſuprà ad lib. V.

10 *Diſcluſa*. Ms. *diſcola*. al. *diſcuſſa*.

27 *Societas*. idem, *ſociata*. & τὸ *corrumpis* non agnoſcit.

30 *Fortiſſimus*. Ms. & Baſ. 1. Emendat Beroaldus, *formoſſimus*.

31 *Diruptus*. idem, *dirupto*.

33 *Proturbauit domo*. Hoc malui, quàm, *perturbauit*. Membranæ, *pturb*.

Pag. 162. verſ. 3. *Ad familiares feminarum artes accenditur*. Legerim potius, *ad fam. fem. artes accingitur*. Sic ſuprà: *Ad expugnandam domus tenacem diſciplinam totis accingitur viribus*. Virgil.

—— *Magicas inuitum accingier artes.*

4 *Veterattricem*. Scripta lectio quorumdam è vulgatis, *veneficem*. non malè, de Maga & ſaga femina. Ennius:

—— *Satis vates verant ætate in agunda.*

10 *Primis adhuc*. Ms. *p'us adhuc*.

13 *Præter præmij deſtinatum compendium*. idem, *poſt præmij prædeſtinatum comp*.

18 *Argumentaberis*. Vulgò, *argumentaueris*.

Ibid. *Stultule aſine*. ibidem, *aſtutule aſine*.

19 *Contentus*. ibidem, *contectus*. Notaui ſuprà.

26 *Piſtori*. Ms. *piſtoris*.

29 *Collocutura*, idem, *collucutnia*.

31 *Opifices*. idem. *opificis*.

Pag. 163. verſ. 2. *Clamantibus*. Vulg. *poſtulantibus*.

Ibid. *Nullus reſpondit dominus*. ibidem, *nullus reſpondit, domini*. Comicum, Nullus dominus: vt, Nullus dixero.

4 *Maius peiúſque*. Vulgarij libri, *malum peiuſq*.

7 *Iamq; exanimem*. Iidem, *atque exan*.

11 *Occurrit*. Reſcribe ex Ms. *accurrit*.

12 *In quo pridem*. Vulg. *in quod pridie*.

Ibid. *Mæſta, atque*. Iidem, *mæſtáque*.

[illegible] *Et cum*. Ald. *Ea cum*.

20 *Fecit*. Vulg. *facere*.

23 *Vt communi labore*. Ms. *vt cum comm. lab*.

30 *Incurrus*. Idem, *incuiius*.

32 *Tacita quiete*. Idem, *placita quiete*.

Pag. 164. verſ. 3. *Sub dio*. Ber. Ald. *ſub diuo*. Ms *ſub duio*.

4 *Continuo diſcruciabar*. Vet. & *cont. diſ.* addita copula.

13 Cœnoſ

13 *Cœnoſi ſuccus*. Ms. Ald. Ven. *cœnoſi ſucus* quidam, *cœnoſi ſucci*. Succus quarto inclinandi ordine, quomodo loquuntur Grãmatici: vt, Lectus in Plauti Amphitruone:

—*quam lectus vbi cubuiſti concaluit loc.*

rectè notante Priſciano; & malè aliter accipiente I. Palmerio. Sic Cornificius de Cænis Deorum lib. I: *Ipſi verò ad Cereris memoriæ renouandæ gratiam, lectus ſternuntur* apud eumdem Grammaticum lib. VI. Sic Sonu apud L. Siſennam lib. III. Hiſtoriar. *Poſtquam in ſonu ſignorum prælium magno cum clamore virorum commiſſum eſt*. De loco Plauti monuit hoc loco etiam Beroaldus. nos repetere debuimus; ne ij ſequendi putentur, qui ſuper hoc veteres Grammaticos non audiunt.

14 *De pago*. Vulg. *qui pago*.

15 *Madeſcens*. Iidem, *madefactus*.

19 *De prædiis ſuis*. Vulgarij libri, *de præſidiis ſuis*. Baſ. 2. editionem expreſſimus.

23 *Stadium*. Codex ſcriptus, *gradum*.

26 *In poculis mutuis altercantibus*. Vulgo non legitur præpoſitura, *in*, quæ tamen non omittenda. Simile genus loquendi iam ſæpius hic nobis reſtitutum.

29 *Perſonabat*. Ms. *ipabant*.

Pag. 165. verſ. 1. *Iuſſum*. Idem, *viſum*.

2 *Cubili*. Idem, *cubiculi*.

4 *Quod ſcimus illud*. Idem liber hæc non agnoſcit.

7 *Oſtentum*. Idem, *oſtenſum*.

9 *Terra dehiſcente imitus*. Vulg. *terra dehiſcens imitus*: Ms. *terra dehiſcente vnicus*. Imitus, vt Radicitus, Largitus: quod reſtituit etiam rectè Lipſius in Gellio lib. XVII. Noct. Attic. vbi de Ætna: *Atque ille Græcos quidem fontes imitus ignis eructare*, &c.

Ibid. *Largiſſimus*. Ms. *Largiſſimi*.

11 *Perſpergunt*. Idem, *perſpargunt*.

13 *Omne vinum*. Idem, *ōē vinum*.

15 *Subdito*. Idem, *ſubito*.

Ibid. *Viſæ etiam interea muſtelæ*. Vulg. *Viſa eſt interea muſtela*.

16 *Attrahentes*. Ibid. *attrahens*.

17 *Exſiluit*. Manuſcriptus liber, *exiliit*.

20 Deiectus

10 *Deiecerunt*. Sic idem liber vetus, & in margine, al. *deiſtant*. Vulg. *deiecerant*.

23 *Teterrimæ formidinis*. Quidam è Vulgat. *deterrimæ form.*

28 *Vetus familiaritas*. Ms. *vera famil.* & al. *verus fam.*

Pag. 166. verſ. 3. *Finiumq; inani*. Idem, *finiumq. niarum.*

14 *Mediatorum*. Idem, *meditatũ3*. al. *meditatorum*.

15 *Aniculis*. Idem, *añiculis*.

19 *Tyrannicam ſuperbiam*. Idem, *tyrannica ſuperbia*.

21 *Locupletum*. Idem, *locuplectium*.

24 *Fuit*. Idem, *fũit*.

27 *Exicare*. Vulg. *exiccare*. Exſicare, ſiue exſicere ſupra notatum nobis ad lib VIII.

28 *Tranſeuntium viatorum paſsinis morſibus annulatos laxari*. Canes qui vincti erant annulis ſuis, iubet laxari, ad mordendos inuadendoſque paſſim omnes ſine vllo diſcrimine tranſeuntes viatores. Sed valde corrupta hæc ante: duplexque hoc loco nobis haud parui momenti emendatio. Prior, *paſsinis morſibus*. lectum enim fuit, *paſsim morſibus*, emendante Beroaldo. At vetus excuſa, etiam illa lectio quæ in libro ſcripto, *paſsibus morſibus*: vnde ſcripſimus id quod expreſſum eſt. Paſſiuum id quod paſſim commune eſt, vulgare, confuſum. Sic ſupra lib. VI. *Diſcerne ſeminum iſtorum paſsinam congeriem*. Infra lib. XI. *Perq; dorſa colla paſsiuè diſperſi*. Hinc conieci ſcribendum Florid. lib. II. *Paſsiuis verbis, ſoluto loquutu, libera oratione*. Dictio hæc Afrorum propria fuiſſe videtur. non enim eam ſemel dumtaxat in Tertulliano, ſed & concilio Carthaginienſi etiam repperire eſt: vt notatur à B. Rhenano. Presbyter ille lib. De carne Chriſti: *Qui alium faciunt Ieſum, alium Chriſtum; alium elapſum de mediis turbis, alium detentum; alium in ſeceſſu montis in ambitu nubis, ſub tribus arbitris clarum; alium ceteris paſſiuum ignobilem*, &c. Lib. I. aduerſ. Marcionem, Paſſiuum nomen Dei, & Paſſiuum conuictum dixit: Paſſiuos diſcipulos, aduerſ. Valentinian. Paſſiuum cenſum, de Monogamia. Et Paſſiuitas pro libertate, & communione, confuſione, de Pallio, Apologet. Aduerſ. Hermog. de Anima, de Pudicitia, & alibi. Altera emendatio eſt, *annulatos laxari*. vbi vulgò erat, *alumnatos laxari*. Ms. *annullatos*.

Annulatos, repoſui: id eſt, colligatos, vinctos. Sic ſuprà: *Pedes annulati.* Gloſſæ H. Steph. *Anatus*, Δακτυλιοφόρος, Συμποδισθεὶς. Lego, *Annulatus.* Annulus enim pro compede, catena, à ſimilitudine ſcilicet, quæ illi cum annulo. Mart.

Annulus iſte tuis fuerat modo cruribus aptus.

Plauti locum, doctis viris ſæpius tentatum, emendandum ita putaui, Menechmis:

Nam ſe ex catenis eximunt aliquo modo.
Tum compediti annulum lima proterunt,
Aut lapide excutiunt clauum.

& malè vulgò legi, *ianuam lima prot.* Gulielmio noſtro reponente licet, *lamnam lima prot.* Nam Laminæ hic nullus locus, quandoquidem de compede ſermo, & aliud eſt in Lucretio Propertioque quos idem amicus noſter adducit, quam quod in Plauto denotare vult. Vice verſa D. Ambroſius pretioſis iſtis annulis oneratas mulieres vinctis & compeditis in carcere comparat. Locus elegans lib. I. de Virginibus: *Hinc collum catena conſtringit, inde pedem compes includit. Nihil refert auro corpus oneretur, an ferro. Si ceruix premitur, ſi grauatur inceſſus; nil pretium iuuat: niſi quod vos metu ne pereat vobis pœna trepidatis. Quid intereſt vtrum aliena ſententia an veſtra vos damnet? Hinc vos etiam miſerabiliores, quam qui in publico damnantur; quod illi optant exui, vos ligari.* Similiter Baſilius Magnus luculentiſſima illa Oratione ad Diuites: χρυσὸς δὲ περὶ σφίγξιν καὶ βαρυτίμους τῶν λίθων ὁ μὲν τις αὐτῶν περιμετωπίδιος γίνεται κόσμος, ὁ δὲ περιαυχένιος. καὶ ἄλλος ἐν ζώναις, καὶ ἄλλος τὰς χεῖρας δεσμεῖ, καὶ τοὺς πόδας. χαίρουσι γὰρ αἱ φιλόχρυσοι δεδεμέναι ταῖς χρυσοπέδαις, μόνον ἐὰν ὁ δεσμῶν αὐτὰς ᾖ. Atque horum locorum collatio non iniucunda mihi viſa. & iccirco latius ea adſcripſimus.

33 *Compeſcunt.* Sic ſcriptus liber, ſic omnes vulgati. Reponunt alij, *comparcunt.* ego aliquando, *compercunt.* Sed ἀρχαικῶς *compeſcunt*, id eſt *compercunt.* Sic Paſcere, pro parcere alibi apud Feſtum: nempe vt Aſa, ara: Valeſius, Valerius, & ſexcenta alia, in quibus littera S olim poſita, cuiuſque locum poſtea occupauit R.

Ibid. *Eo magis.* τὸ eo in membranis non eſt.

Pag. 167. verſ. I. *Conſertam.* Membranæ, *confectam.*

5 Sic

5 *Sic fruſtatim.* Sic non erat in vulgatis.
8 *Leuis manibus.* Sic rectè ſcriptus noſter. Vulg. *leui manib.* Adi Beroaldum.
10 *Conterrere.* Vulg. *conterere.* Vtrumque ferri poteſt.
11 *Interiit.* Iidem, *interiiſſet.*
15 *Tam hercules.* Scriptum exemplar, *tã hercul.*
18 *Tranſadegit.* Minimè gentium hic legendum, *tranſacta.* Suprà notauimus.
20 *Telum tranſiectum.* Vulg. *telum tranſuectum.*
32 *Triumphandum ſcias.* Antè, *triumphatum.* Scripta lectio recta, nec alia admittenda.

Pag. 168. verſ. 5. *Nec tamen ſui molliorem prouocauerant.* Hæc deſunt membranaceo libro.
7 *Complexu.* Vulg. *amplexu fortiſsimo arripit.*
8 *Ferro vibrato.* Iidem, *ferro librante.*
11 *Prodigioſa.* Ms. *prodigia.*
18 *Cæruleus corruens.* Vulgò, *tremulus corruens.* Cæruleus color rectè dicatur, morte morientis violenta.
21 *Depenſis pro prandio.* Ms. *depranſis pro prandio.*
23 *Veneramus.* Idem, *venimus.*
31 *Vite, quam.* Idem, *vici ᵃ/ᵩ.*
Ibid. *Proturbat.* Vulg. *perturbat.* Etiam ſuprà hoc reſtituimus, ipſo hoc libro.
33 *Græcè ſubiiciens.* Bene correctum è libro veteri. Vulg. *agrè ſubiic.* res enim ipſa hoc noſtrum flagitat.

Pag. 169. verſ. 3. *Sarcinas præſidis noſtri cum ceteris iumentis libet aduehere.* Quidam, *auehere.* Eamdem in rem Paulus noſter L. IV. de Publican. *De rebus quas in vſus aduehendas ſibi mandant præſides, D. Hadrianus præſidibus ſcripſit,* &c.
7 *Precatur.* Vulg. *deprecatur.*
9 *Hic ipſe.* Ibidem, *hæc ipſe.*
13 *De vaſtiore nodulo.* Ms. *deuaſtiore nodulo.* Num, Deuaſtus nouiter dictum, vt Deparcus?
Ibid. *Diſſindere.* Idem vet. *diffundere.*
26 *Simulánſque.* Ald. Ven. Ms. *ſimulans quærere.*
27 *Contingere.* Ms. *tangere.*
Ibid. *Summiſſus atque incuruatus.* Liber idem ſcriptus hæc non habet.

26 *Eum plagis.* Scriptus item, *cum plagis.*
29 *Aſportans.* Vulgatum, *adportans.*
Pag. 170. verſ. 7. *Nutabundus.* Ms. *mirabundus.*
11 *Iſtas tunc clades enarrat ſuas.* Vulg. *iſtam tunc cladem enarrat ſuam.*
14 *Sacramenti genium.* Ms. *ſacra genium.*
Ibid. *Verebatur.* Idem, *uberat.*
17 *Illico occultari.* Scribo, *illic occultari.*
27 *Non vidiſſe.* Vulg. *nec vidiſſe.*
30 *Scrutinio.* Gloſſæ Græcolatinæ: ζήτησις, *Controverſia, Scrutinium, Quæſtio.* De hoc ſcrutandi ritu elegans locus Petronij Arbitri Satyrico, qui longior, quam vt poſſit, vt debeat hîc adſcribi.
32 *Miniſteriis.* Vulg. *miniſtris.*
Pag. 171. verſ. 1. *Comparere.* Scriptus codex, *apparere.*
3 *Ad illius.* Vulg. *at illius.* Ms. *ad vllius.* Fortè, *ac illius.*
10 *Pœnas capite penſurum.* Vulgò ſolummodo, *pœnas penſurũ.*
16 *De meo proſpectu.* Melior fortè ſcripta lectio, *meum proſpectum cavillari non deſinunt.*

PETRI COLVI IN METAMORPHOSEON LIBRVM X. NOTÆ.

PAG. 171. verſ. 28. *Meus quidem dominus hortulanus.* Dictio *hortulanus*, abeſt à ſcripto libro. & rectè. enim gloſſema videtur fuiſſe.

30 *Impotentiam.* Scripſi olim, *inſolentiam.* vt libro præcedenti ſuprà: *Nec miles ille familiarem cohibere quiuit inſolentiam.* nam ſic apud Senecam Epiſtola XLII. legeram: *At videos eos qui ſubita & magna potentia inſolenter vtuntur.* Sed monuit me liber meus vetus ibi quoque legendum, *qui ſubita & magna potentia impotenter vtuntur.* Sic Impotenter etiam apud

Quinti-

Quintilianum Inſtit. lib. I. *Ne quid improbè, ne quid impotenter faciat, monendus eſt puer.* & ipſum Senecam de Beneficiis lib. IV. *Qui non ipſis, quas impotentiſſimè fecit, ſpeciem aliquam induat veſti.* Itaque in Apuleio nihil mutandum: Seneca vero emendandus fuit.

Pag. 172. verſ. 3. *Ceteris his longius lucens.* Ms. *cetera longiorum lucens.*

4 *Sic etiam.* Vulg. *Sed etiam.* Ms. *baſtiſti*, pro *baſtili.*

13 *Ac nefarium.* Ibid. *& nefar.*

16 *Conſequenter pietate modeſtiáque.* Ms. *ſequenter pietate & modeſta.*

19 *Iam adæque.* Ex Ms. τὸ, *adæquè* additum: cuius vicem cum alias legi notatur, *adeóque.*

20 *Supergreſſerat.* Sic idem vet. cod. & al. *ſupergreſſus erat.* Vulg. *ſupergeſſerat.* Vnde politiſſimus Douſa diuinabat ſcribendum, *ſupercеſſerat.* Sed quidni *ſupergreſſerat*, id eſt, ſupergreſſus erat? an non teſtis ſatis locuples Priſcianus, qui lib. VIII. & Congredior & Congredio veteres dixiſſe notat?

24 *A ſocco ad cothurnum aſcendere.* Socci enim calcei humiliores: cothurni altiores, ob dignitatem perſonarum Tragicarum repræſentandam maiorem. Hinc hiſtriones Tragici, Alti incedere, dicti Senecæ. Sed correctione eget locus eius Epiſtol. LXXVI. *Nemo ex iſtis, quos purpuratos vides, felix eſt: non magis quam ex illis, quibus ſceptrum & chlamydem fabulæ aſſignant, cum præſente populo elati inceſſerunt & cothurnati, ſimul exierunt, excalceantur, & ad ſtaturam ſuam redeunt.* Quod vt ſuſpicer, facit liber meus vetus, qui habet, *lati inceſſerunt.* inuertamque litteras, *alti inceſſ.* ſubiicit enim, *& ad ſtaturam ſuam redeunt.* Sic idem Epiſtola CXV. *Omnium iſtorum, quos incedere altos vides, bracteata felicitas eſt.* Lucianus, etiam ita Menippo: Καὶ καταβὰς ἀπὸ τῶν ἐμβατῶν, πένης καὶ ταπεινὸς περιέρχεται. qui locus ferè eiuſdem ſententiæ cum hoc Senecæ. Sed & Anacharſide: Εἶδον, ὦ Σόλων, ὡς φῄς, τοὺς τραγῳδοὺς καὶ κωμῳδούς, εἴ γε ἐκεῖνοί εἰσιν, ὑποδήματα μὲν βαρέα καὶ ὑψηλὰ ὑποδεδεμένοι, χρυσαῖς δὲ ταινίαις τὴν ἐσθῆτα πεποικιλμένοι, &c.

25 *Elementis.* Fortè ſcribendum, *alimentis.*

27 *Facile ruborem.* Ms. *Facili ruborem tenuem deprimens ſilentio.*

29 *Exæſtuabat.* Idem, *æſtuabat.*

30 *Ac, languore ſimulato, vulnus animi mentitur in corporis valetudine.* Idem vet. *ex lang. ſimul. vulnus cum,* al. *iã, ment. in cor. val.* Fortè, *vulnus iam.* Mentem vidit huius loci Beroald.

33 *Pallor deformis.* Non diſplicet ſcriptura vetus, *pallore deformis.*

Ibid. *Laſſa genua.* Legebam, *lapſa genua.* Poëta primus: *Genua labant.*

Pag. 173. verſ. 4. *Caloris intemperantia.* Ms. *coloris int.*

7 *Tamen docto.* Idem, *iã docto.*

8 *Aliquam.* Vulg. *aliquem,* Rectius ad feminam, de qua hîc ſermo.

9 *Dirupit ſilentium; & ad ſe vocari.* Vulg. *rupit ſilentium, & aduocari.*

10 *Scilicet ne ruboris admoneretur.* Sic emendaui. Vulg. *ſed ne rub. ad.* Scriptum olim, *S3:* quod *ſed,* quod etiam, *ſcilicet,* eſt. Sic lectum malè Floridor. IV. *Cui ſed multo tanto præſtat illa altera mercis, quam Thalem memorant ſuaſiſſe;* cum ſcribendum eſſet, *ſcilicet multo tanto,* &c. Vt cudi iuſſimus.

12 *Ægræ parentis.* Plerique è vulgat. *ægrè par.*

Ibid. *Triſtitie.* Vulg. *triſtitia.* Beroaldi editio noſtræ adſentitur.

15 *Vt in quodam.* τὸ *vt* in nullo vulgatorum eſt.

18 *Caperet.* Ms. *capet.*

20 *Cauſſas.* Antè, *cauſſam.*

21 *Solitudinis.* Ms. lib. *ſollicitudinis.*

Ibid. *prorumpit.* Idem, *prorupit.*

22 *Laciniaque.* Idem, *lacrymáque.*

24 *Et etiam.* Idem copulam & omittit.

Ibid. *Salus vnica mihi vitæ ipſe es.* Vulg. *Salus vnica mihi tute ipſe es.* In Ms. erat, *nihil vite tute ipſe es.* Vnde verum putaui id quod iam expreſſum eſt.

27 *Tuæ caræ parentis.* Antè vulgò, *tua cauſſa perennis.*

29 *Illius enim recognoſcens imaginem in tua facie.* Vulg. non æquè bene, *Illius en. rec. im. mutua facie.*

31 *Nam quod nemo nouit, pæne non ſit.* Ms. *Namq; nemo nouit, pænè non inſit.*

Pag.

Pag. 174. verſ. 1. *Exaſperandum.* Vulg. *exaſperandam.* & paulò poſt, *leniendam.*

3 *Vt bonum.* Vulg. item, *vt & bonum.*

5 *Profectione, liberum.* Ms. *Proſtitutione,* τῷ *liberum* omiſſo.

7 *Conſilio pleniore.* Vulg. *magno & ampliore conſilio.*

13 *Maturatæ ſpei.* Ms. *maturitate ſpei.*

15 *Modo illud.* Idem, *modo aliud.*

Ibid. *Fruſtratur eius aſpectum.* Idem, *fruſtratus eius conſpectum.*

16 *Nuntiorum varietate.* Scribit Lipſius, *mendaciorum variet.* è compendio, *m̄daciorum,* natum ratus errorem.

18 *Tranſtuliſſet.* Ms. *tranſtulit.*

26 *Proprius peſſimæ feminæ filius.* Ald. *prius.* An, *primus?*

30 *Hauſtu.* Vulg. *hauſtum.* & poſt: *Atque vbi fratri,* &c.

31 *Illico repentina.* Vulgares item libri, *Illius quoque rep.*

Pag. 175. verſ. 5. *Miſitq; protinus curſorem.* Idem, *Miſſoq; protinus curſore.* De ſeruis Curſoribus hic Beroaldus. Eſt & locus Senecæ Epiſtol. CXXIII. *Omnes iam ſic peregrinantur, vt illos Numidarum præcurrat equitatus, vt agmen curſorum antecedat.*

8 *Perſonata nimia temeritate.* Fortè ſcribendum, *perſonata mimica temeritate.* Notarunt viri docti hanc dictionem ſæpius ab imperitis librariis, in veteribus ſcriptoribus loco motam. Sic rectè emendat doctiſſimus mihiq; amiciſſimus vir Th. Canterus apud Arnob. lib. V. *Et Acdeſtis blandus addito comes, &, qua ſolum poterat, mimus, tectis aſſentationibus,* &c.

9 *Hic quidem.* Ms. *Hæc quidem.*

13 *Nec tam immanibus.* Vulg. *Nec tamen immanib.*

15 *Gladio comminari.* Ms. *gladium comminari.*

17 *Videbat.* Idem, *iubebat.*

19 *Scilicet damnatum iri.* Scriptum, *ſcil. damnuȝ iri.* Scribo, *ſcilicet damnatum iri.* 20 *Impellebatur.* Vet. cod. *implebatur.*

21 *Sepulturæ filij.* Vulg. *ex ſepultura filij.*

29 *Nece.* Iidem, *cæde.*

Pag. 176. verſ. 2. *Metu periculi.* Ms. *metu' periculi.*

8 *Damnaretur aliquis inauditus.* Diuorum Seueri & Antonini reſcriptũ, Ne quis abſens puniatur. L. 1. D. de Requir. reis. Quo reſpicit Tertullianus Apolegetico: *Reſpondendi altercandi facultas patet; quando nec liceat indefenſos, & inauditos omnino damnari.*

9 *Pace placida*. Idem, *pace placita*.

13 *Præconis vocatu*. Idem, *pr. p̃catu*.

Ibid. *Accuſator intendit*. Minus rectè vulgò, *accuſator incedit*. Iudicij & accuſationis verbum, Intendere. Plautus Milite: ——*Pergin' ſceleſte intendere, atque hanc arguere?*

14 *Inducitur*. Vulg. *introducitur*.

17 *Sermocinantibus*. Ms. *ſermocinationibus*.

18 *Accuſator egerit*. Vulg. *acc. innexerit*, vel, *vexerit*.

Ibid. *Quibus rebus diluerit reus*. Ms. *quibus reus diluerit reus*. Prius illud *reus*, vt repetitum fruſtra, tollendum cenſeam, & ſic legendum: *Quibus autem verbis accuſator egerit, quibus diluerit reus*.

19 *Altercationéſque*. Ms. lib. *altricationéſque*.

21 *Concepi*. Idem vet. *comperi* quod placet præ iſto.

25 *Qui ſolus hæc*. Idem, *qui ſolus ē hæc*.

27 *Cruciarius*. Monſtrum vocabuli in Ms. *emaciatus*. Et audi quæ ad marginem: *Emaciatus ab emo, id eſt, vitiatus non eſt*. Hæc mihi folia Sibyllæ. Vulgaris lectio proba. Iſidorus Origin. lib. x. *Cruciarius, eò quod ſit cruce dignus*. Petronius: *Itaque cruciarij illius parentes, ut viderunt laxatam custodiam, detraxere nocte pendentem*. Ex ſcripta lectione conieci aliquando, *maſtigiarius*. Sed deſiſto.

28 *Vel conſertæ*. Ms. *velle conſerre*.

30 *Vocaſſet*. Idem, *vacaſſet*.

31 *Mandauerat*. Idem, *mandauerit*.

Pag. 177. verſ. 6. *Æquus*. Idem, *equo*. Baſ. 1. *æquius*.

9 *Vrnam æneam*. Vulg. *vrnam æream*.

15 *Hoc ad ordinem*. Ms. *hanc ad ordinem*. Fortè, *hæc ad ord.*

16 *Approbatus me vixiſſe*. Ms. *approbatum me dixiſſe*.

23 *Mecum olim*. Vulg. *me non olim*.

24 *Morbi*. Scriptus cod. *morbo*.

28 *Moliri*. Idem, al. *muniri*. Num vt ſupra lib. VIII. *Quas prædas munitis?*

30 *Accepi*, Idem, *accipi*.

31 *In hoc ipſo ſacculo conditos eos, annulo tuo prænota*. Ms. *condito cos*. Mos vetus, pecuniam in ſacculo conditam annulis obſignare. Scæuola L. VIII. de Lege commiſſ. *De ſtatuto emptor teſtatus eſt ſe pecuniam omnem reliquam paratum fuiſſe*

exſolare,

[illegible], *& ſacculum cum pecunia ſignatorum ſignis obſignauit*. Pertinet huc locus Iul. Cæſaris ad Piſonem: *Locellum tibi ſignatum remiſi*. qui laudatur Chariſio Inſtit. Grammatic. lib. I.

33 *Nummulario præſente comprobentur*. Mos qui adhuc hodie durat. Donatus in Eunuch. Terentij ſcribit, hos Spectatores pecuniæ, id eſt, probatores dictos. Huc facit etiam locus Menandri:

> Ἀλλ' ἐπὶ τραπεζίτην ἐχρῆν φέρειν τὴν προῖχ' ἵνα
> Εἴτ' ἀργύριον καλόν ἐστι δοκιμαστὴς ἴδῃ.

Vbi δοκιμαστὴς, Nummularius, ſiue Spectator pecuniæ.

Pag. 178. verſ. 4. *Frater*. Sic Ms. cod. & Baſ. I. Repoſuit Beroaldus, *alter*. præter rem.

6 *Corripit*. Vulg. *corripere*.

7 *Pallor infernus*. Scriptus cod. *pallor in facie*.

10 *Aſanias*. Vulgati quidam, *aſſamias*. Vet. cod. *asãmias*.

11 *Vacuum*. Vet. *Vacari*.

12 *Rurſus*. Vulg. *prorſus*.

13 *Arceſſere mendacij*. Vulg. *accerſire*, vel, *accerſere*. in Ms. *arceſere*. Vnde cum Beroaldo repoſui, *arceſſere*.

Ibid. *Præter*. Editum antè, *propter*.

20 *Obfirmatus mira præſumptione*. Ms. *obfirmatam mirabiliter præſumptionem*. al. *affirmatum mira præſ*. Vulgò rectè legi, oſtendi ſuprà ad lib. VIII.

23 *Vel contra*. *Vel* non eſt in vet. lib.

Pag. 179. verſ. I. *Mandragoræ illud*. Vulg. *mandr. illum*. Vnde legebam, *mandragoræ ſuccum*. Sed iam ſcripta lectio magis placet. quæ etiam habet poſt, *morte ſimillimi ſoporis eſſicax*; cum vulgò legeretur, *morte ſimil. ſop. efficacem*.

2 *Deſperatiſſimum*. Ms. *diſpatiſſimum*.

5 *Tolerare*. Idem, *toleret*.

11 *Nemo de curia*. Idem, *Nemo decurio*.

18 *Obſtrictus atque obditus*. Vulg. *inſtrictus atq. obd*. Placuit Paronomaſia quæ in veteri codice.

19 *Portatur*. Vulgarant etiam, *deportatur*.

23 *Sumuntur aurei*. Ms. *ſumuntur auri*.

24 *Fabuloſa*. Idem, *fauoſa*.

28 *Volutabar*. Idem, *voluptabar*.

Pag. 180. verſ. I. *Piſtor dulciarius*. Iſidorus Origin. lib. XX. cap. 11.

cap. II. *Dulcia ſunt genera piſtorij operis à ſapore dicta. melle enim adſperſo ſumuntur.* Ergo nihil mutandum in noſtro ſuprà lib. IV. *Dulciolis ventrem ſaginare.* Gloſſæ veteres: Γλυκισ-στάτης, *Dulciarius*, &: Πλακουντάριος, *Placentarius*, *Dulciarius*.

2 *Sapidiſſimis intrimentis.* Mendosè antè Vulg. *ſap. nutrimentis.* Baſ. 1. al. *intrinentis.* Teſtatur etiam Beroaldus quoſdam ſuo æuo legiſſe, *intrimentis*: & locum ex Terentij Phormione cum Donato rectè adducit. Sic Intritum etiam infrà lib. XI. *Inſuper fluctus libant intritum lacte confectum.* Hinc etiam Protrimenta. Suprà lib. VIII. *Femurq; eius ad ſimilitudinem perditi detractum, & accuratius in protrimentis ſapidiſſimè decoctum, appone domino, ceruini vice.* Retrimenta paullo aliter. Gloſſæ antiquæ: Ἀπόῤῥιμμα, *Retrimentum.* &: Ἀπόσμηγμα, *Retrimentum.* Varro Prometheo: *Retrimenta cibi, quæ exierunt per poſticum, vallem fecerunt.*

5 *Præſtinarant.* Ms. *prædeſtinarant.*

Ibid. *Dominis regiones pluſculas pererrantibus.* Vulg. *domini region. pluſc. pererrantis.*

8 *Benignam fortunam.* Non malè etiam vulg. *beniuolam fo.*

11 *Reportare.* Ms. *repare.*

13 *Lucunculos.* Ita ſcriptus liber, vt & emendauit maximus Turneb. Aduerſar. lib. XVIII. cap. XX. Gloſſæ: *Lucunculus*, τηγανίτης. Afranius Fratriis:

Piſtori nubat cur non ſcriblitario?
Vt mittat fratris filio lucunculos?

Vide Nonium in Lucuns, & ibi veteres.

Ibid. *Lacertulos.* Malim, *laterculos.* Plautus Pœnulo:

—— Nihil niſi laterculos
Seſamum, papauerem, triticum, & frictas nuces.

14 *Et complura.* Vulgati ſolummodo, *plura.*

Ibid. *Scitamenta.* Plerique, *ſitamenta.* Plautus Menech.

Aut aliquid ſcitamentorum obſonarier.

Reſtituerim libens Milite:

Occœpit eius matri ſubpalparier
Vino ſcitamentis, opipariſq; obſoniis.

vbi paſſim impreſſum, *Vino, ornamentis*, &c. Pariter vt apud Senecam Epiſtol. XCV. *Multorum ferculorum ornamenta coeant & cohæreant.* vbi etiam legere malim, *Mult. fercul. ſcitamenta coeant &*

n. & cob. Sic Paullinus Epiſtol. ad Aprum: *Variæ electarum dapum ſcitamenta.*

15 *Oblatus ego diuinitus dapibus affatim ſaginabar.* Ms. *obl. diuinitus dap. aff. ſaginabat.*

22 *Rancidiora ſeligens, abligurribam dulcia.* Vulg. *iucundiora eligens, abligurriebam dulcia.* ſenſu nullo. Illa quæ muccida, inquit, rancidaq. ſeligebam, ſeponebam: dulcia dumtaxat abligurribam. Scripſi, *abligurribam.* nam Ligurrire etiam ſcribi in vett. libb. ſemper, teſtis eruditiſſimus P. Victorius ad Varron. de re Ruſt. lib. III. cap. XVI.

30 *Fidem minuere quidem.* Ms. *quidem minuere.*

31 *Diuenditis.* Idem, *diuidentis.*

Pag. 181. v. 1. *Omnia quidem.* *Omnia*, non eſt in vet. cod.

8 *Remedium.* Ms. *medium.*

9 *Procedens ſimultas.* Idem, *procedenti ſimulatas.*

10 *Contentiones.* Idem, *contentionibus.*

Ibid. *Altercari.* Idem, *altricari.* Sæpius ita.

15 *Partes electibiles.* Vulg. *paſtus electiles.*

17 *Phineias.* Ms. *Finelas.*

23 *Totos ad me dirigunt animos.* Vulg. *totos dir. ad me omnes animos.*

24 *Hora conſueta velut balneas petituri.* Gell. Noct. Attic. lib. XVIII. cap. XIII. *Lauandi tempus.* Sed quæ illa hora? quod illud tempus? Plinius de Spurinna loquens: *Vbi hora balnei nuntiata eſt, (eſt autem hieme nona, æſtate octaua) in Sole ambulat nudus. Lotus accubat.* Martialis:

Nuntiat octauam Phariæ ſua turba iuuencæ.
Temperat hæc thermas: nimios prior hora vapores
Halat.

Tertullianus de Ieiuniis aduerſ. Pſychicos: *Apud quaſdam verò colonias præterea, annuo ritu, ſaccis veluti & cinere conſperſi, idolis ſuis inuidiam ſupplicem obiiciunt. Balnea & tabernacula in nonam vſque cluduntur*, &c. Ergo balnei hora octaua, hora nona: hæc hieme, illa æſtate.

25 *Cauernulam.* Vulg. cod. *cauernam.*

28 *Vocatoq; vno, & altero, ac deinde.* Idem, *vocatoq; & altero, ac dein.*

29 *Demonſtrant.* Ms. cod. *demonſtrauit.*

30 *Liber cachinnus.* Vulg. *liberalis cachinnus.*

Pag. 182. verſ. 1. *Ac dein.* Membranæ, *ad dehinc.*

9 *Omne genus edulium ſolidorum, & illibata fercula* Ms. *& illeta fercula.* Sidonius Epiſtol. VII. *Omnia cenſura tua ſalua, illibata ſolida ſeruantur.* Arnob. lib. VII. *Si illibata, ſi ſolida concremari animantium viſcera.* Quod apud Virgilium Æneid. VI.

Et ſolida imponit taurorum viſcera flammis.

B. Ambroſius Inſtitut. Virg. cap. XVI. *Perfectorum autem eſt ſolida eſca,* Paulum interpretans ad Hebr. V. πλείων ἐστὶν ἡ στερεὰ τροφή. Solida, illibata, edulia, fercula: id eſt integra, quibuſq. nihil detractum, tota: vt Solida ſella apud Verrium, fruſtra Pompeio eum reprehendente. Contra Fauorinus apud Gellium lib. XV. cap. VIII. *Quid relinquitur niſi vt delibari ſibi cœnas iubeant, ne edendo defetigentur?* De viſceribus Solidis alias commodius.

11 *Gratiorem.* Liber ſcriptus, *gratioſum.* & poſt ex eodem repoſui *tamen*; cum vulgo legeretur, *tum.*

12 *Eſurienter.* Idem, *exurienter.*

13 *Quidquid potiſſimum.* Vulg. *quid potiſſ.*

14 *Ad explorandam manſuetudinem id offerunt.* Vulg. *ad explorandum manſ. id offerebant.*

15 *Carnes laſere infectas.* Ms. *carnes laſete inf.*

16 *Iure perfuſos.* Idem, *iure eſtu perfuſos.*

20 *Poculum quoque mulſi.* Idem, *paululum quoque mulſi.*

22 *Et mulio.* Aberant hæc à vulgat. cod.

23 *Oborta.* Ms. cod. *aborta.*

27 *Clamor exurgit.* Vulg. *Et clamor exurgit.*

28 *Salute me proſequentium.* Non agnoſcit hæc Ms. noſter.

29 *Delibutus gaudio.* Manuſcr. cod. *delibus gau.*

Pag. 183. v. 3. *Inſultare.* Vulg. *etiam ſaltare.* Ms. *inſultare.*

5 *Commodare; vt quod nollem relato, quod vellem reiecto capite monſtrarem.* Scriptura vet. lib. *commodarem; vt quod vellem relato, quod nollem rei. c. monſt.* Quæ certè melior videtur.

7 *Bibere.* Ms. *liberè.*

10 *Sęnum præſagium.* Malè hic etiam antè, *ſan. præſag.*

12 *Vulturibus.* Ald. *vulturiis.* Suprà notatum.

15 *Luctantem aſinum, ſaltantem.* Hæc non ſunt in vet. cod.

Pag. 184. verſ. 8. *Honori.* Ms. *honorem.*

11 *Præpoſito illi meo.* Idem, *præpoſito illi modo.*
15 *Pollens, &c.* Hæc etiam non ſunt in eodem vet. cod.
20 *Expetebant.* Ms. *expectabat.* & ſic quidam è vulgaris.
21 *Depacta eſt,* Idem, *depcata eſt.* An, *depecta eſt?*
22 *Tantum contentus, annuit.* Ms. *tm̃ conſenſum.* Fortè, *tandem contentus.*
23 *E triclinio.* Idem, Ms. *ex triclinio.*
24 *Dudum.* Vulg *iamdudum.*
27 *Terreſtre nobis cubitum.* Vulg. *terreſtram nob. cub.* Terreſtre cubitum, vt Peditum, apud Catullum:

Subtile ac leue peditum Libonis.

Gloſſæ: *Peditum,* Πέρδη.
29 *Deſuper breuibus.* Ms. *de ſuper de breuibus.*
30 *Aliis nimis modicis.* Malim, *ac ius nim mod.*

Pag. 185. verſ. 2. *Tænia.* Vet. *cenia.*
6 *Sed multo tanta impenſius cura etiam nates.* Scribere malim, *q̃ multo tanto impenſius crura, etiam nates perſ. m.*
7 *Lupanari.* Scriptus cod. *lupanaria.*
8 *Aduentorum.* Quidam, *aduectorum.*
12 *Prehenſum.* Vulg. *deprehenſum.*
13 *Quippe cùm.* τὸ *quippe* abeſt à ſcripto cod.
14 *Difficile facturus mihi viderer.* Ms. *facilè facturus videretur.*
15 *Pulcerrimo atque copioſo.* Fortè melius, *pulcerrimè atq. copioſè.*
17 *Proludium.* Ms. *ad proludium,*
18 *Metu.* Idem, *meatu.*
22 *Ambroſio rore.* Ms. idem, *ab roſeo rore.* Fortè, *ac roſeo rore.* Sic Paulus Silentiarius:

Χείλει σῷ ῥοδέων ἀβροτέρῳ καλύκων.

24 *Ex vnguiculis perpruriſcens.* Plautinum. Sticho:

Lepidam & ſuauem cantionem aliquam occipito cinædicam,
Vbi perpruriſcamus vſque ex vnguiculis.

25 *Qui dirupta.* Ms. *quid dirupta.*
28 *Commorſicantibus oculis, iterabat.* Vulg. *cum morſicantibus oculis iterauerat.*
29 *Teneo te, inquit.* Petronius: *Et, teneo te, inquit, qualem ſperaram. tu deſiderium meum, tu voluptas mea. Numquam finies hunc gam, niſi ſanguine extinxeris:*
32 *Complexa, tum me prorſus, ſed totum.* Ms. *complexato tum me,*

prorſus

prorſus & totum recipit. Fortaſſis etiam ſcripta lectio ferri poteſt. nam ſimilem loquendi modum in hoc noſtro infrà notamus ad lib. XI.

33 *Ei parcens.* Ms. ꝑ omẽs & poſt, *niſu rapido.*

Pag. 186. verſ. *Appliciore nexu.* Putauit reſcribendum Beroaldus, *applicatiore nexu.* Sed bene vulgatũ & ſcriptum, *appliciore n.* tamquam diceretur Applex, applicis: vt Complex, complicis. Et Complices, vt nos dicimus, **Complicen.** Quæ poſterioris æui ſcriptoribus dumtaxat vſitata vocabula. Sidonius Apollin. Epiſtol. lib. VIII. ad Lupum: *Sed protinus facto, qui fuerat ipſius factionis fomes, incentor, anteſignanus, ceteriſq; complicibus oppreſſis.*

Pag. 186. verſ. 5. *Peruigili.* Ms. *peruigil.*

6 *Condicto.* Idem, *condito.*

9 *Libidinis noſtræ.* Vulg. *libid. meæ.*

13 *Queritur.* Iidem libri vulg. *acquiritur.* Num, *anquiritur?*

18 *Quod enim.* Ms. *quod ei.* Et *enim*, quod ſequitur, in eodem libro non eſt.

20 *Per abſentiam.* Ms. cod. & Ven. *præ abſtinentia.*

23 *Puellam.* Hoc addidimus ex cod. vet. lib.

27 *Iuuenilis.* Idem vet. *iuuenili.*

30 *Cuſtodiam.* Vulg. *cuſtodiæ.* quod iam non ſperno.

31 *Sic neceſſarium.* Ms. *Sȝ neceſſ.*

Pag. 187. verſ. 1. *Ac mox.* Editi cod. antè, *at mox.*

3 *Hæc bene.* Iidem, *hic bene.*

5 *Scænarinalitas.* Hîc quoque vulgò, *ſæna rin.*

10 *Rus profecta.* Bene Beroaldus. Ms. *reus profecto.*

14 *Quàm maturiſſimè.* Vet. *quàm maturimè.* *Maturimè* alibi lectum.

17 *Mandato.* Idem, *mandatis.*

20 *Decipula.* Sic Ms. ſic Baſ. I. editio. Alij, *decipulo.* Decipulum & decipula: vt Acetabulum, acetabula: Mandibulum, mandibula. Quorum alterum feliciter reſtituit Varroni lib. III. de re Ruſt. maximus Criticorum.

22 *Vberrimè.* Vulg. *vltimè.*

24 *Bulliret.* Vet. cod. *bulliens.*

26 *Femina.* Idem, *femora.*

27 *Exciti nuntiis.* Idem, *extinctis nuptiis.* al. *extinctis nuntiis.*

Pag. 188. verſ. 4. *Vt ille.* Ms. itidem, *vn̄ ille.* quod eſt, *unde ille.*

6 *Quo confecto.* Emendatum ita nobis è libro ſcripto. Vulg. *Quò conſpectu.*

8 *Sacram.* Ms. *ſacra.*

Ibid. *Sed in eius vice ſubditur alia, Proſerpinæ ſacra ſaluti.* Hæc non leguntur in Ms. cod.

9 *Et nonnullis.* Vulg. *& inde nonnullis.*

19 *Affero.* Ms. *offero.*

20 *Deſperatione.* Idem, *depperatione.*

24 *Guſtauit.* Vulg. *guſtat.*

31 *Probatus.* Abeſt à libro ſcripto. Poſt pro *ægrè*, idem *lenga:* Beroald. *ægrã.*

33 *Interdum.* Et hic repoſuerat Beroaldus, *Interim.*

Pag. 189. verſ. 2. *Demerſus.* Codex ſcriptus, *depreſſus.*

9 *Mortuis.* Idem, *mõtis.*

11 *Suæ ſimulatæ fidei.* Vulg. minus rectè, *ſui ſimilis fidei.*

14 *Pauxillum.* Ms. *pauſillum.*

15 *Ob incepti.* Vulg. *ad incepti.*

19 *Materiam.* Ms. *materia.*

20 *Filiam ſuam paruulam.* Vulg. dumtaxat, *filiam paruulam.*

24 *Certa defunctorum liberorum matres ſceleratas hereditates excipere.* Cod. Ms. *cet'a def. lib. mater ſcelerata, hered. eripere.*

26 *Exhibuerat.* Idem, *habuerat.*

32 *Pererrat.* Idem, *pererrant.*

Pag. 190. verſ. 8. *Veneficæ.* Idem, *Venenatæ.*

9 *Cubicularis.* Non bene hic locus de mendo ſuſpicitur. Cubicularij enim ſerui plurimum contra dominum tenti, quod ſecretorum fortaſſis magis participes eſſe putarentur. Quintilianus Declamat. CCCXXVIII: *Seruum meum cubicularium eius, qui occiſus eſt.*

12 *Certè beſtiis.* Idem, *& certè beſtiis.*

13 *Mortem mihi mea volens manu.* Vulg. *meum mortẽ mihi volens.*

14 *Priori me.* Ibid. *me priori meo.*

25 *Aderat ad conſeptum.* Ms. *erat ad conſpectum.*

26 *Deducor.* Idem, *deducebant.*

32 *Inceſſu geſtuoſi, Græcanicam.* Idem, *inceſſu geſtuoſi Græcanico.*

Ibid.

Ibid. *Pyrricham.* Ms. *ipirrica.* Adhibe Cuiac. Obſeruat. lib. XIII. cap. X.

Pag. 191. verſ. 3. *Multimodes.* Sic Ms. Nunc magis placet vulgata lectio, *multinodes.*

3 *Terminalis.* Vet. *terminales.*

5 *Paridis ſcena.* Paridis, non erat in vulgatis.

7 *Viretis.* Ms. *virentis.*

11 *Barbaricis amiculis.* Vulg. *in barbar. amicul.* Et poſt: *pulc-pulcrè induſ.*

14 *Chlamyda.* Ms. *chlamyde.*

18 *Bracteis.* Idem, *blacteis.*

20 *Gradus citule referens.* Idē, *gradum ſcitulè referens,* non malè.

22 *Diadema candida.* Non ſequor Ms. qui legit, *diadema candidum.* Pomponius Satyra: *Cuiuſuis leporis Liber diadema dedit.* Latius de his ſimilibus Priſcianus lib. VI.

24 *Caput contecta.* Ms. *capite cont.*

27 *Decore.* Idem, *de colore.*

31 *Nunc laſciuiens reſtabat.* Ms. cod. *miro laſciu. reſtebat.*

32 *Pateret.* Idem, *pareret.*

Pag. 192. verſ. 1. *Graphice laciniaret.* Idem, *gratificè lin.*

2 *Corpus candidum, quod cælo demeat; cærulum.* Emendatio huius loci manifeſtè vera. Vulg. *corpus cand. quod cælo dem. amictus cærulus, qui,* &c.

4 *Sui obibant.* Abſunt hæc à Ms. cod.

5 *Caßides æratæ.* Sic Ms. al. *,batæ.* Vulg. *orbatæ.* Alij legunt, *obbatæ.*

13 *Tibicen hormum canebat.* Vetus ſcriptura in membranis, *tcenorium canebant.* Ro. *tibicen orthyum.* Beroald. *orthium.* Pro vulgata lectione facit Lucianus de Saltatione: ὁ ὅρ-μος ὄρχησίς ἐστι κοινὴ ἐφήβων τε καὶ παρθένων, παρ' ἕνα χορευόντων, καὶ ὡς ἀληθῶς, ὅρμῳ ἐοικότων. καὶ ἡγεῖται μὲν ὁ, ἔφηβος τὰ νεανικὰ ὀρχούμενος, καὶ ὅσοις ὕστερον ἐν πολέμῳ χρήσεται. Sum etiam veriſimiliter tuetur hîc Philippus.

15 *Vigorem.* Ms. *vigore.*

16 *Inſpectu minacibus.* Apage iſtud. repone, *in aſpectum mi.* omnibus libris iubentibus.

Ibid. *Intorto genere.* Fortè, *intorto gradu.*

17 *Si ſibi.* Ms. *ſi ei.*

21 *Subridens,*

21 *Subridens, conſtitit amœnè.* Idem, *ſurridens conſtituta pone.*
22 *Et Cupidines.* Elegans hæc iteratio, quam nunc primum ex vet. lib. repoſuimus.
25 *Obituræ.* Vulg. *obituri.*
29 *Conſtruxerunt.* Ms. *conſtruxerant.* Et pòſt ex eodem ſcripſimus, *Veneris*, pro, *veris.*
30 *Tibiæ multiforabiles.* Malim, *tib. multiforatiles.* Nam Floridorum lib. I. *Nec tam pluriformi modo, nec tam multiforatili tibia.* Sidonius lib. VIII. Epiſtol. *Qui tibi ſolent per Muſicum ... concauum voce variata tinnientes, quaſi tibiis multiforatilibus effundi.*
32 *Contantique.* Ms. *cantantique.*
Pag. 193. verſ. 2. *Nunc mire.* Idem, *non mirè.*
3 *Pupillis.* Vulg. *pupulis.* vt ſæpius.
12 *Deos.* Ibid. *Deum.*
15 *Sic hercules.* Ms. *Sꝫ herc.*
16 *Aliud ſequens.* Lipſius ſcribit, *aliud ſequius.*
19 *Virtute Martia præpotenti præfertur Vlixes mendicus.* Idem lib. vet. *virtute præpollenti præſ. Anxies medicus.* Vulgo erat, *Vliſſes modicus.* Veterem ſcripturam ſecutus ſcripſi, *mendicus*, quod rectum probetur ex Homeri Odyſſ. Θ & Ρ. Plautus Bacchidibus:

Nam illic item audiui Vlixem, vt ego ſum, fuiſſe & audacem & malum.
Dolis ego deprenſus ſum: ille mendicans pæne inuentus interiit,
Dum ibi exquirit fata Iliorum.

26 *Maculam.* Ms. *maculas.*
35 *E ſcena redeunt.* Vulg. *ſcena redeunt.*
Pag. 194. verſ. 2. *Latinam ſuam.* τὸ *ſuam* deeſt Vulg.
4 *Fiſtulam.* Ms *friſtillam*, Seneca Epiſtola XC. *Qui inuenit quemadmodum in immenſam altitudinem crocum latentibus fiſtulis format.*
Ibid. *Vino crocus diluta.* Sic ſcribo cum amiciſſimo Lipſio. Vetus impreſſus, *imo croco*: ſcriptus, *iuno crocus.* Beroaldus correxerat, *vnda croco diluta.* Crocum vino miſceri ſolitum teſtis Plutarchus Sympoſ. lib. VI. Οὐκοῦν καὶ τὸν οἶνον ... ἄλλως χρωτίζοντες, ἢ κινναμώμοις ἢ κρόκοις ἐφηδύνοντες. Beroaldinæ correctioni fauere videtur idem Seneca

Natural. Quæſt. lib. II. *Numquid dubitas quin ſparſio illa, quæ ex fundamentis mediæ arenæ creſcens in ſummam altitudinẽ amphiteatri peruenit, quin intentione aquæ fiat?* Ceterùm Crocus, & crocum promiſcè veteribus. Arnobius lib. I. *Non item Filus, & filum? non item Crocus & crocum? non item Fretus & fretum?* De Sparſione hac theatrali ſcripſit latius lib. de Amphith. Clariſſimus Lipſius, & vir doctiſſimus Theodorus Marcilius noſter, amicuſque meus, ad lib. I. Epigrammat. Val. Martialis.

8 *Decepit.* Sic Ms. Ven. Ald. Alij, *decerpit.* Nobiſcum ſentit hîc Lipſius.

12 *Et iam.* Vulg. *Et,* τοῦ *iam* omiſſo.

13 *Deſternebatur.* Sic Ms. cod. Vulg. *diſcernebatur.* malim *diſternebatur.* vt ſuprà lib. II. *Humi quàm procul diſtratum fuerat.*

19 *Coëuntibus.* Vulg. *cohærentibus.*

21 *Vel artificio docta, vel abſtinentia frugi poſſet prouenire.* Deſunt hæc omnia Ms. codici.

26 *Attenta.* Vulg. *attonita.* excepto Ald.

30 *Potitus.* Ms. *petitus.*

31 *Cenchreas.* Idem vet. *Erycheas.* Ald. *Conchreas.* Bas. *Cenchras.* Adi Beroaldum.

Pag. 195. verſ. I. *Tutiſsimum.* Ms. cod. *tutiſsimus.*

6 *Oppreſſerat.* Vulg. *oppreſſit.* Ms. cod. *oppreſſerat.* Al. *obrepſerat.*

PETRI COLVI IN METAMORPHOSEON LIBRVM XI.

NOTÆ.

PAG. 195. verſ. 21. *Summatem deam.* Ms. lib. *ſummatam D.*

22 *Humanas.* Idem, *humana.*

27 *Decrementis.* Idem, *detrementis.*

31 *Méque protinus, purificandi ſtudio, marino lauacro trado.* Quia iam iam Deam precaturus. is enim ritus apud veteres,

vt totum

ut totum corpus lauarent Deos adituri. Tertullianus de Oratione: *Hæ ſunt veræ munditiæ, non quas plerique ſuperſtitioſè curant, ad omnem orationem, etiam cum lauacro totius corporis, aquam ſumentes.* Perſius Satyra II.

Hac ſanctè vt poſcas, Tiberino in gurgite mergis
Manè caput bis térque, & noctem flumine purgas.

32 *Religioni aptiſſimum.* Ms. *regionibus aptiſſ.* Et poſt: *diuinitus ille Pyth.*

Pag. 196. verſ. 4. *Eleuſiniam.* Vulg. *Eleuſinam.*

5 *Primis rerum.* Ms. *p'us rer.*

8 *Partu ferarum.* Omnino legendum cum Beroaldo, *partu ferarum.* Gloſſæ veteres: *Fœta*, Εγκύμων, Πλήρης. Varro: *Menſæ anteponebantur cum culigna & vino: quo, quæ veniebant ad fetam amicæ gratulatum, Diis mactabant.* Arnobius lib. III. *Puerperiis Iuno præpoſita eſt, & auxiliatur genitricibus fœtis.*

14 *Nudis ignibus.* Ms. *udis ignib.* al. *udis ignib.* Poſterius illud mauult Beroaldus: etiam nos.

23 *Miſeris lamentationibus.* *Miſeris* in nullo antè-vulgatorum erat.

25 *Compreſſeram.* Hæc lectio Beroaldi eſt. Antè cum editi, *compſeram*: Ms. cod. *,,ſſeram.* etiam quidam è vulg. *compſeram.* Tentaui olim, *conſopineram.* Lucret. lib. II.

——*Nidore offendit nares, conſopit ibidem.*

26 *Diis etiam.* Ms. *Dea etiam.*

27 *Ac dehinc.* Vulg. *at dehinc.*

29 *Eius mirandam.* Ver. cod. *q mirandam.*

31 *Eloquutilis.* Idem, *loquutilis.*

32 *Iámque primum.* Vulg. *Iam primum.*

35 *Paſsim diſperſi.* Neſcio quomodo hîc me fugerit reponere ex notæ melioris libris, *paſsiue diſperſi.* vt & in Ms. eſt.

Pag. 197. verſ. 7. *Lucida.* Abeſt à ſcripto libro.

5 *Palla nigerrima.* Ms. lib. *pelta nig.* Plutarchus de Iſide & Oſiride: Τὴν δὲ Ἶσιν οὐχ ἑτέραν τῆς σελήνης ἀποφαινόντες, ἐν δὲ ἀγαλμάτων αὐτῆς, τὰ μὲν κερασφόρα τοῦ μηνοειδοῦς γεγονέναι μιμήματα, τοῖς δὲ μελανοστόλοις ἐμφαίνεσθαι τὰς κρύψεις καὶ τὰς περιλαμψεις ἐν οἷς διώκει ποθοῦσα τὸν ἥλιον. Bene igitur vulgatum, *palla nigerrima.*

11 *Contubulatione.* Sic noſter Ms. & quidam Beroaldi.

Vulg. *contabulatione.* Contubulatione, id eſt tumore vndantis iſtius & fluctuantis pallæ. vt Beroaldus rectè quidem capit. Nam Tuber, Tubus, Tubulus à tumendo. Sic Tubulatio lib. III. Floridor. *Iuxtaq; honeſtam ſigilleculam, recta faſtigiatione clauſulæ, flexa tubulatione ligulæ.* Arnobius lib. III. *Hos diſploſis naribus, illos reſimis, nonnullos turgentibus malis, aut buccarum tumulatione acrinores.* Emendo, *buccarum tubulatione.* Audacior paullò fortè videar, ſi Propertium etiam emendandum putem:

Et Perſen proauo ſtimulantèm pectus Achille,

legendumque, *Et Perſ. proa. tubulantem p. Ach.* Tubulantem pectus, id eſt tumefacientem, erigentem, vt faſtuoſi ſolent. Sic Silius Italicus, de iſtius Perſæ patre:

Hic gente egregius, veteriſq; ab origine regni
Æacidum ſceptris, proauoque tumebat Achille.

qui locus coniecturam noſtram adiuuare videatur. Sed rectè etiam fortaſſis legi poſſit, *Contabulatione:* vt Tertulliano ſtriæ illæ & plicaturæ, quæ in Pallio. Tabulæ & Tabulata dicuntur, de Pallio: *Adeo nec artifice neceſſe eſt qui pridie rugas ab exordio formet, & inde deducat in tilias, totumq; contracti vmbonis figmentum cuſtodibus forcipibus aſſignet: dehinc diluculo, tunica prius cingulo correpta, quam præſtabat moderatiorem texuiſſe, recognito rurſus vmbone, & ſi quid exorbitauit, reformato, partem quidem de læua promittat: ambitum verò eius ex quo ſinus naſcitur, iam deficientibus tabulis retrahat à ſcapulis, & excluſa dextera, in læuam adhuc congerat, cum alio pari tabulato in tergo deuoto. atque ita hominem ſarcina veſtiat.* Tralatio hæc ducta eſt, à tabulis ædium. Quemadmodum enim illis earum tecta conſurgunt: ſic veſtes etiam, tamquam per gradus, contabulationibus quibuſdam dilatari videri poſſunt. Sed quidni addam alios eiuſdem Tertulliani, ad maiorem huiuſce rei lucem, duos locos? Ibidem, de eodem Pallio: *Humerum velans exponit, vel includit, cetero qua in humerum adhæret nihil circumfulcit, nihil circumſtringit, nihil de tabularum fide laborat.* Et ſuprà: *Et pallij iam teretem redundantiam tabulata congregatione fulcitis.*

14 *Intextam.* Ms. cod. *inteſtam.* Venet. *intectam.*

21 *Criſpante brachio tergeminos ictus.* Vulg. quid. *criſp. br. tractus.* Virgilius Copa:

Copa Syriſca, caput Graia redimita mitella,
Criſpum ſub crotalo docta mouere latus.

22 *Sonorem.* Vulg. *ſonum.* Florid. III. *Mutorum animalium immodulatos ſonores.*

Ibid. *Lana vero cymbium.* Situlam, Seruius in VIII. Æneid. *Iſis autem eſt Genius Aegypti, qui per ſiſtri motum, quod gerit in dextra Nili acceſſus & receſſus ſignificat: per ſitulam quam ſiniſtra retinet, oſtendit fluentiam omnium curarum.*

23 *Anſulæ.* Ms. cod. *anxulæ.*

25 *Tegebant ſoleæ palmæ victricis.* Idem, *tegebam ſole palmæ vi-* [*ctricibus.*

26 *Talis ac tanta, ſpirans Arabiæ felicis germina.* Pauciora in eodem vet. cod. *Talis tanta ſpirans felicia germina.*

27 *Voce.* Idem, *vocare.*

28 *Natura.* Idem, *nẽ.* Lego, *Naturæ.*

Ibid. *Elementorum omnium.* Idem, *elementorum & omnium.* Forte, *elementorum etiam omnium.*

30 *Manium.* Ms. *animum,* al. *annium.*

32 *Inferorum.* Idem, *iſtorum.* Vulg. *inferûm.*

Pag. 198. verſ. 1. *Me primigenij.* Vulg. *Inde primig.*

2 *Nominant.* Ms. al. *vocant.*

4 *Paphiam.* Idem, *Paphynam.* al. *Palaphiam.*

7 *Rhamnuſiam.* Idem, *Thrãniſiam.* al. *rahumuſiam.*

Ibid. *Naſcentis Dei Solis.* Sic rectè putaui eſſe in quibuſdam. Sol enim, ὁ θεός. Euripides: Λάμπτας ὄψεθ' θεῶ. At tamen etiam non ſpreuerim, *naſcentis diei.* vt Floridorum I. *Nec quod iiſdem ſitis ad naſcentem diem, tamen color noctis eſt.* Paulo ante, pro, *Et qui,* in Ms. eſt, *Illi quique.*

8 *Atique.* Ms. lib. *omnes.*

9 *Prorſus propriis.* *Prorſus,* iam primũ ex cod. Ms. additum.

11 *Mitte iam fletus, & lamentationes omitte.* Hæc non habet idem vetus codex.

13 *Illuceſcet.* Vulg. *illuceſcit.*

14 *Animum intende.* Ms. *animum impende.*

22 *Continuare pompam meam, volentia fretus.* Rectius legas, *continuare pompam, mea volentia fretus.*

25 *Exue.* Vulg. *exuo.* Vt vetus noſter, ſic etiam legendum coniecerat Beroaldus. [*conſeq.* &c.

27 *Simul & tibi præſens.* Scribo, *ſimul & ibi, præſens quæ ſunt*

28 *Conſequentia.* Ms. *ſequentia.*

33 *Conditum.* Idem, al. *cognitum.*

Pag. 199. verſ. 4. *Beatus.* Idem, *beatè.*

14 *Dein.* Idem, *deiñ*, id eſt, *deinde.*

17 *Monitionis eius. Eius*, non eſt in eodem vet. lib.

21 *Cuiuſcemodi.* Vulg. *huiuſcemodi.* Iam notauimus ſuprà ad lib. IX.

25 *Verno vapore.* Lucianus de Dea Syria: Ἑορτέων δὲ πασέων, τῶν οἶδα, μεγίστην τὴν εἴαρος ἀρχομένου ἐπιτελέουσι.

27 *Quid? quod arbores.* Ms. *Quid quod aures, arbores.* Quid. *quidquid arb.* Sic ſæpe, *Quid?* apud Plautum, & hunc noſtrum. Menæchmis reſtituendum:

Quot eras annos natus cùm te pater à patria auehit?
M. Septennis. nam tum dentes mihi cadebant primulum.
Neque patrem umquam poſtilla ego vidi. MES. *Quid voſtrū patri*
Filij quot eratis?

legendumque, *Quid? vos tum patri*, &c.

28 *Quæq; earum tantum umbra contentæ, ſteriles auſtrinis laxus flatib.* Ms. *quæq; ear. tant. umb. connecta eſt, heriles auſtr. laxareſe.*

31 *Obſibilabant.* Ms. idem, *obſibillabant.*

32 *Alluuies.* Idem, *adlubias.*

Pag. 200. verſ. 1. *Sudóque.* Idem, *ſuo déque.*

2 *Vocibus cuiuſque ſtudiis.* Non ſana hæc lectio. Fortè reponendum, *ōibus cuiuſque ſtud.* id eſt, *omnibus.* vnde natus error videri poſſit.

4 *Copides & venabula venatorem fecerant.* Quidam, *crepidas & venab.* Ms. Ven. Rom. *crepides.* Rectiſſima eſt, quam expreſſimus, ſcripti codicis Beroaldini lectio. Copidas venatori atribuit etiam Oppianus lib. 1. Q. Curtius lib. VIII. *Copides vocant gladios leniter curuatos, falcibus ſimiles, queis appetebant belluarum manus.*

12 *Induceret.* Legi aliquando, *indueret.*

13 *Cultu matronali.* Malè alij, *cul. matrimoniali.* Vide Briſſonium Selectar. Antiquit. lib. 1. cap. IV.

Ibid. *Crocotiſque.* Sic rectè ſcribi etiam cenſet Beroald. Non repeto quæ ſuprà ſcripſi.

20 *Deæ peculiaris pompa moliebatur.* Ms. *pompa molliebatur.* Terentius: *Dum molliuntur, dum comuntur.* Arbitror etiam rectè

rectè legi Plauti Truculento: —*Suam non enim ille meretriculis*
Molliendis rem coëgit.

etſi vir magnus malit, *molendis*. Eſt penes me vetus editio in qua, *muniendis*.

24 *Speculis pone tergum reuerſis*. Seneca Epiſtol. xcv: *Ve-mus lintea & ſtrigiles Ioui ferre, & ſpeculum tenere Iunoni*. Noſter Floridor. 11. de fano Iunonis locutus: *Plurima auri & argenti ratio in lancibus, ſpeculis*.

25 *Et quæ pectines eburneos ferentes*, &c. Seneca lib. contra Superſtitiones: *Sunt quæ Iunoni ac Mineruæ capillos diſſonant; longè à templo, non tantum à ſimulacro ſtantes, digitos mouent ornantium modo*.

30 *Facinus, lumine*. Vulg. *ficti luminis*.

31 *Perſonabant*. Ms. *perſonabata*.

33 *Catacliſta*. Fortè, *cataclita*. Tertullianus de Pallio: *Quamquam & pauo pluma veſtis, & quidem de cataclitis*. Necdum tamen definire nobis eſt, quid veſtis Cataclita.

Pag. 201. verſ. 3. *Interim maiorum antecantamina votorum*. Vulg. *antecantamenta*.

4 *Et dicati magno Serapi tibicines*. Ms. *edicati*. Num, *dedicati*? Sed parum refert vtro modo legas. Lucianus de Dea Syria: Ἔτι δὲ καὶ ἄλλο πλῆθος ἀνθρώπων ἱρῶν, αὐλητέων τε καὶ συριστέων, καὶ Γάλλων, &c.

7 *Plerique, qui*. Elegantiſſimus Douſa legendum putat, *præciæ, qui*. argutè & acutè. Feſtus: *Præcias dicebant qui à flaminibus præmittebantur, vt denuntiarent opificibus, manus abſtinerent ab opere; ne, ſi vidiſſet ſacerdos facientem opus, ſacra polluerentur*.

9 *Hi capillum deraſi*. Ms. *hic capill. deterſi*.

13 *Sed antiſtites*. Vulg. *Et antiſtites*.

17 *Præmicantem*. Ms. *prænitentem*.

21 *Auxilia*. Gloſſæ H. Steph. *Auxilia*, Ἱερέων λύτρα.

Ibid. *Nomen*. Ms. *nihilominus*.

28 *Rotundatum*. Idem, *rudundatum*.

33 *Canis ceruices arduas*. Ald. Vulg. *canes ceruices arduas Anubis*. Et certè τὸ *Anubis* gloſſematium videtur fuiſſe τοῦ *canis*.

Pag. 202. verſ. 2. *In rectum*. Liber vet. & Rom. *in erectum*. quod reponendum puto.

3 *Omniparentis.* Ms. & vulg. *omnia parentis.* Illud prius à Beroaldo eſt.

4 *Quod reſidens humeris ſuis proferebat,* &c. De hoc ſimulacro ſimiliter Claudianus Panegyr. de IV. conſul. Honor.

——— *Sic numina Memphis*
In vulgus proferre ſolet. penetralibus exit
Effigies, breuis illa quidem: ſed plurimus infrà
Liniger, impoſita ſuſpirans veſte ſacerdos
Teſtatur ſudore Deum. Nilotica ſiſtris
Ripa ſonat, varioſq; modos Ægyptia ducit
Tibia. ſubmiſſis admugit cornibus Apis.

9 *Conſimilem.* Vulg. quid. *conſimile.*

10 *Vtcunque.* Ms. & Baſ. 1. *vtrumque.*

16 *Recedens.* Idem Ms. *recens.*

Ibid. *Dilatione.* Sic ſcriptus cod. & veteres editi. Beroaldi correctio eſt, *dilatatione.*

18 *Squameæ ceruicis ſtriato tumore.* Eleganter hic locus reſtitutus, ope veteris libri. Vulg. *ſtricto tumore.* Striatus tumor, qui in ceruice varia ſerpentis & multis diuerſiſque coloribus tamquam ſtriis, diſtincta & diuiſa. Sic ſuprà *Senili triſtitie ſtriatam gerens frontem.* Sed adhibe quæ ſcribo infrà ad 11. Floridor.

22 *Etiam hercules coronam conſequenter.* Ms. *coronam & hercules coronam, ut*.

23 *Emerſis periculis.* Idem, *emſis pericul.* Quod eſſe poteſt, *emenſis.*

25 *Sæuiſſimam.* Idem, *ſæuiſſimè.*

26 *Inclementi me.* Idem, *inclementiſſimè.*

30 *Irrepo.* Idem, *irrepto.* & pro, *At, Ac.* quod ſequitur.

32 *Reſtitit.* Idem, *reſtituit.*

Pag. 203. verſ. 1. *Coronam, quæ roſis.* Idem, *coronamq; roſis.*

3 *Cupidus cupidiſſimè.* Idem al. *cupidus promiſſi.*

17 *Támque magnum.* Ms. *q;q;.*

18 *Quid potiſſimum.* Idem, *quòd potiſſ.* [pheta.

31 *Effatur.* Vulg. edit. *affatur.* Effatur vt diuinus, & Pro-

Pag. 204. ver. 2. *Dignitas.* Membranaceus liber, *dignitatis.*

6 *Habitudinem.* Vulg. *beatitudinem.*

7 *Eat nunc, & ſummo.* Ms. *Eat, & nummo.*

9 Vitas

9 *Vitas ſeruitium*. Sic ſcript. cod. & Ven. Alij, *vita ſerui-ium*. Vnde legebam, *ita ſeruitium*. Lipſius ex ſcriptura veteri, *vitas ſeruitio*.

15 *Candido iſto*. Vulgariter vulgati, *candido iſti*.

16 *Inouanti*. Sic ſcripſi, vna dictione. Vet. *inouandi*. Vulg. *in mani*. quod Beroaldi eſt.

17 *En ecce*. Ms. *Et ecce*.

18 *Iſidis magnæ prouidentia*. Ms. item, *Iſidiis magnæ prudentia*.

19 *Quo tibi tamen*. τὸ *tibi*, in nullo vulgatorum eſt.

21 *Rogaberis*. Ms. *rogabaris*, cum aliquot vulg.

28 *Fabulantur*. Antè vbique, *fabulabantur*.

30 *Ter beatus*. Vulg. *tibi beat*. Beroald. *ſibi beatus*.

32 *Deſponderetur*. Ms. cod. *reſponderetur*.

Pag. 205. verſ. 3. *Ritè*. Idem, cod. *ricte*.

4 *Circumſecus variegatum*. Ms. *circumſpectus variegræcam*. Vulg. emendante Beroaldo, *circumſeptus variegatam*. *Circumſecus* etiam correxit Elector. lib. II. Lipſius: id eſt, in ambitum & in orbem. Sic ſuprà lib. v. *Proximi coloni, quippe circumſecus venantur*. vbi hoc integrum manſit.

7 *Carbaſus, littore votum ingeſtans progerebat*. Emendo, inquit Beroaldus, *carbaſus lintea*. Nos ſcriptam lectionem expreſſimus. niſi quod pro *ingeſtans*, *ingeſtas* etiam ibi ſcribitur. Venetus cod. *littore votum ingeſt*. Scribebam ego, *littore votum, geſta progerebat*. Ipſa Carbaſus à ſacerdotibus geſta, gerebat votum.

8 *Ecce litteræ votum inſtaurabant*. Ms. *litæ vot. inſt*. Non placet hæc repetitio dictionis *votum*. Modo enim, *carbaſus littore votum ingeſtans*. Vbi fortaſſis aliud quid reponendum, quod iam non video. Colonæus ibi *notum*, excudit. Certè hoc loco *votum*, omnino putem retinendum, hoc ſenſu: Litteris votum in carbaſo notatum erat felicioris huius anni itus, reditus. Nam ſic ſolebat. Propertius lib. IV.

Solue metu patriam, quæ nunc, te indice freta,
Impoſuit proræ publica vota tuæ.

Proræ, in qua hæc carbaſus. quamuis alia ad eum locum notet vir magnus.

11 *Cheniſco*. Sic Ven. & Baſ. I. Ms. *chenaſco*. al. *theniſco*.

Beroaldus repoſuit, *cerucho*: Lipſius, *tæniis cum*. Sed poſteà etiam nihil verius lectione, quam vulgauimus, ſe anteferre indicauit. In puppi Tutela nauis erat, quæ ſæpius alicuius animalis effigies: vt notat Seruius in illud x. Æneid. ——*Maſſicus ærata princeps ſecat æquora tigri.* & v. *Velocem Mneſtheus agit agri remige Priſtin.* Sed ſæpiſſimè Anſer ibi depictus erat. Vnde Cheniſcus in ea parte nauis, pro ſigno & inſigni quolibet. Suidas: χηνίσκος, μέρος τι τοῦ πλοίου. Euſtathius, in Homerum: χηνίσκου τινὸς ἐν τῷ ἄκρῳ γλυφομένου. Lucianus de Nauigatione: ὡς δὲ ἡ πρύμνα μὲν ἐπανέστηκεν ἠρέμα καμπύλη, χρυσοῦν χηνίσκον ἐπικειμένη. Et, Veris narrationibus: Ὁ ἐν τῇ πρύμνῃ χηνίσκος ἄφνω ἐπτερύξατο καὶ ἀνεβόησε. Huc etiam fortè magis facit, quod Anſer Iſidi ſacer ales, iſque ei diuæ immolaretur. Ouidius:

Nec defenſa iuuant Capitolia, quo minus anſer
Det iecur in lances, Inachi lauta, tuas.

12 *Fulgebat.* Vulg. *fulgurabat.*

15 *Intritum lacte confectum.* Gloſſæ veteres: *Intrita*, Ἐμβροχή.

21 *Ac cum.* Vulg. *At cum.*

23 *Progerebant.* Ms. *Progerebat.*

25 *Grammatea.* Meminit γραμματέων Ægyptiorum Lucianus de Sacrificiis. Εἰ δ' ἐθέλοις καὶ ταῦτα διακρῖναι, ὅσοι εἰδῇς, ἀκούσῃ πολλῶν σοφιστῶν καὶ γραμματέων καὶ προφητῶν ἐξυρημένων, διηγουμένων. πρότερον δὲ φησὶν ὁ λόγος, Θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι. Vt in his ſacris γραμματεῖς, ſic etiam Pontifici Maximo Romæ ſuus erat Scriba. Lapis vetus:

AGRIÆ. TRYPHOSÆ. VES
TIFICÆ. LIVIVS. THEONA. AB
EPISTVLIS. GRÆC. SCRIBA.
A. LIB. PONTIFICALIBVS.
CONIVGI. SANCTISSIMÆ.
B. D. S. M.

32 ΛΑΟΙΣ ΑΦΕΣΙΣ. Vulgo additur interpretamentum, *Populis miſſio.* quod rectius à quibuſdam abeſſe mo-cauimus, quamuis Ms. id agnoſcat. Ceterùm hic ritus ad populum pronuntiandi ita etiã fuit in eccleſia veteri.

Alludit

Alludit Tertullianus, de Anima: *Poſt tranſacta ſolemnia dimiſſa plebe.* & multis aliis locis. Vbi hac de re latius Clariſſimus Pamelius noſter. *Salmaſius exerc. plin. ex MSS. legit* [illegible], *anny boum.*

Ibid. *Qua voce.* Vulg. *Quam vocem.*

33 *Signauit populi.* Ms. *ſignificauit.*

Pag. 206. verſ. 1. *Thallos.* Vulg. *talos.* Thallus eſt termes oliuæ, quo Deûm aras ſpargebant. Gloſſæ antiquæ: *ſegmina*, θαλλὸς, σπονδεῖα. Virgilius Ciri:

Pergit, Amyclæo ſpargens altaria thallo,
Regis Iolchiacis animum defigere votis.

Athenæus lib. VII. Ἠρώτησεν Ἀρσινόη τὸν φέροντα τοὺς θαλλοὺς, ποίαν ἡμέραν ἄγει, καὶ τίς ἐστὶν ἑορτή. Senes olim in Panathenaica pompa Mineruæ ſacros Thallos ferebant, qui θαλλοφόροι inde dicti. Iuncus, vetus ſcriptor apud Stobæum, libro de Senectute: Ὅτι νόμος αὐτοὺς ἐκείνους χλοηφορεῖν τῇ θεῷ, ὥς φησι Ξενοφῶν ὁ φιλόσοφος, θαλλοφόρους.

2 *Hærebant.* Vulg. *hærebat.*

3 *Diſcedunt.* Baſ. 1. *deſcendunt*: ſcilicet de gradibus templi, ad quod fortè per eos aſcendebatur. Certè tale deſcribit templum deæ Syriæ Lucianus, & Ruffinus Serapidis, Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 11. cap. XXIII.

4 *Vtque latius.* Ms. *vtique ne latius.*

Ibid. *Intentus Deæ ſpecimen.* Ms. *intentãs.* Fortè, *intuitans.*

10 *Quem de.* Idem cod. *quæ de.*

13 *Diuinum.* Venet. & Baſ. 1. Rom. *diurnum.* Colon. *diuinum*: Ms. *diurinum.*

Ibid. *Reducémque ab Inferis conſpectum.* Artemidorus: Τὸν παρὰ προσδοκίαν σωθέντα φασὶν ἐξ ᾅδου ἀναβεβηκέναι. Lib IV. Floridorum: *Atque ita viſpillonum manibus extortum, velut ab inferis poſtliminio, domum retulit.* Sidonius Apollinaris lib. V. Epiſtolarum. *Quod reſtat, orate vt operæpretium ſit, quod ab inferna propemodum ſede remeauimus: ne, ſi in præteritis criminibus manſerimus; incipiat ad animæ mortem pertinere quod viuimus.*

17 *Itaque.* Ms. *ita.*

20 *Intra conſeptum templi.* Vbi ſacerdotes, æditui, initiati habitabant. Ruffinus Eccleſiaſt. hiſt. lib. 11. cap. XXIII. in deſcriptione templi Dei Serapidis: *Iam verò in ſuperioribus extrema totius ambitus ſpatia occupant exhedræ & paſtophoria,*

domuſq;

domuſq; in excelſum porrectæ: in quibus vel æditui vel hi quos appellabant ἁγνεύοντας, id eſt, qui ſe caſtificant, commanere ſoliti erant. Et vocabantur Paſtophoria, à Paſtophoris ſacerdotibus ſcilicet. Gloſſæ antiquæ, citante Turnebo: *Paſtophorium, atrium templi, aut ſacraria pontificum vel gazophylacium. nam Græcum eſt: quod idem eſt quod cella domini.* D. Hieronymus in caput XXII. Eſaiæ accipit etiam Paſtophorium, prothalamo in quo habitabat præpoſitus templi.

22 *Indiuiduus.* Idem cod. *infixus.*

24 *Ieiuna.* idem, *ei vna.*

26 *Renitebar.* idem, *recreabar.*

28 *Abſtinentiam.* idem, *abſentiam.*

30 *Muniendam.* Ms. idem, *metuendam.* Baſ. 1. *veniendam.*

Pag. 207. verſ. 2. *Hac experrectus imagine.* Vulg. *Hanc exp. imaginem.*

7 *Partium.* Ms. lib. *patriam:* Ven *patrium.*

8 *Templi matutinas apertiones.* Porphyrius: Καὶ ἔτι τὰ ὑμνιῶντες ἐν τοῖς ἱεροῖς, ὥσπερ ἴδιον καὶ νῦν ἐν τῇ ἀνοίξει τοῦ ἁγίου ἐρήκιδος, ἥτε θεραπεία διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος γίνεται, λείβοντος τοῦ ὑμνῳδοῦ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ πῦρ φαίνοντος, ὁπηνίκα ἑστὼς ἐπὶ τοῦ οὐδοῦ τῇ πατρίῳ τῶν αἰγυπτίων φωνῇ ἐγείρει τὸν θεόν.

Ibid. *Velis candentibus reductis.* Malè vulgò, *valuis cand. vel.* Oppanſa olim vela aris & ſtatuis: quæ adducta à profanorū conſpectu eas tuebantur, reducta reuelabant. Noſter infrà, de ſe initiato: *Sic ad inſtar Solis exornato, & in vicem ſimulacri conſtituto, repente velis reductis, in adſpectum populi errabam.* Tertullianus Apologetico: *Solis enim ſacerdotibus adire licitum, & conſpectus ceterorum velo oppanſo interdicebatur.* Elegans locus Themiſtij Epitaphio ad hunc ritum alludens: Ὁπηνίκα ὁ προφήτης ἐκεῖνος ἀναπετάσειε τὰ προπύλαια τοῦ νεὼ καὶ τοὺς χιτῶνας περιστείλας τοῦ ἀγάλματος, καλλύνειε αὐτὸ καὶ ἀποσμήξας πανταχόθεν, ἐπεδείκνυ τῷ μυουμένῳ μαρμαρύσσοντι ἤδη καὶ αὐγῇ καταλαμπόμενον θεσπεσίᾳ, ἥτε ὁμίχλη ἐκείνη καὶ τὸ νέφος ἀθρόον ὑπερρήγνυτο, καὶ ἐξεφαίνετο ὁ νοῦς ἐκ τοῦ βάθους, φέγγους ἀνάπλεως καὶ ἀγλαΐας ἀντὶ τοῦ πρότερον σκότου. Ἀφροδίτη δὲ σὺν ἔρωτι δᾳδουχοῦσα καὶ χάριτες συνῳδίζουσαι τῆς τελετῆς. τὸ μὲν οὖν πρόσωπον καὶ τὸ σχῆμα ὅλον μόνον δῆθεν ἐστὶν Ἀριστοτέλους ἐν μυστηρίοις. Ἀπεικάσαι δὲ ὅμως συναναγκάζουσι τῶν σοφῶν τὰ ἀκέραια καὶ συνεπαποδύουσιν ἂν τὰ ἱερὰ, &c. In comœdia Querulo:

Iſti ſunt qui in fanis & in ſacellis obſeruant vela. Paullinus ad Cytherium:

> *Tunc & diſcuſſo nudata altaria velo*
> *Amiſere ſacri relligionem adyti.*

Nec aliter olim iudices ſeſe à conſpectu vulgi ſecernebant, cum cauſſa quæpiam maioris momenti, quæque ampliorem deliberationem requireret, incidiſſet. De quo poſt ad Florida.

11 *Et diſpoſitas.* Vulg. *& per diſpoſitas.*

15 *Spondeo libat.* Beroaldus mauult, *ſpondeon lib.* & bene explicat. Ad quem addiderim Athænei locum lib. XI. Σπονδεῖον, κύλιξ ὥς φησι Κλέαρχος καὶ Νίκανδρος ὁ Θυατειρηνὸς, ἐν ᾗ ἔλαιον ἐπισπένδουσι τοῖς ἱεροῖς σπονδεῖον ἢ ᾧ τὸν οἶνον. & Philonis Iudæi lib. III. de vita Moſi: τὴν τράπεζαν, τὰ σπονδεῖα, τὰς φιάλας, τἆλλ' ὅσα πρὸς θυσίας ἀναγκαῖα καὶ χρήσιμα.

Ibid. *Inchoatæ lucis ſalutationibus.* Ex hoc ritu intelligendus Seneca Epiſtola XCV: *Vetemus ſalutationibus matutinis fungi, & foribus aſſidere templorum. Humana ambitio iſtis officiis capitur: Deum colit, qui nouit.* Arnobius lib. VII. *Quid ſibi volunt excitationes illæ, quas canitis matutini, collatis ad tibiam vocibus? Obdormiſcunt enim ſuperi, remeare vt ad vigilias debeant? quid dormitiones illæ, quibus bene vt valeant auſpicabili ſalutatione mandatis? Somni enim quiete ſoluuntur: occuparíq; vt hoc poſſint, lenes audiendæ ſunt næniæ?* Tertullianus de Ieiuniis: *Vnde & qui in idolis comendis & in hac re ornandis, & ad ſingulas horas ſalutandis adulantur, Cultuinem facere dicuntur.*

16 *Famulos.* Vulg. *famuli.*

18 *Reducentibus.* Ms. cod. *reducentes.*

19 *Agitatione.* Vulg. *cognitione.*

21 *Lucroſæ.* Vet. *lucróſque.*

26 *Primarium ſacerdotem ſæpiſſimè conuenerani.* Tertullianus Apologetico: *Atqui volentibus initiari moris eſt opinor, prius patrem illum ſacrorum adire: quæ præparanda ſint deſcribere.*

27 *Noctis ſocietate.* Vulg. *noctis ſacræ.*

Pag. 208. verſ. 4. *Contumaciaq; ſummè.* Alij, *contumaciaq. ſummæ.*

8 *Iubente domina.* Fortè potius, *iubente Dea.* Compendio ſcriptum erat, *doña.*

9 *Sacri-*

9 *Sacrilegum.* Ms. *ſacrilegium.*

11 *Tutelam.* Idem, *tutela.*

16 *Felici miniſterio.* Vulg. *felicis miniſterio.*

20 *Cibis profanis ac nefariis iamnunc temperare.* Huc pertinet locus Tertulliani aduerſus Pſychicos: *Quales caſtimoniæ Apim, Iſidem, & magnam matrem certorum eduliorum exceptione purificant.*

22 *Nec impatientia corrumpebatur obſequium meum.* Reponere velim verbum vetus & probum, *nec impatientia corrump. obſeq. me.* quod etiam rectè reſtitutum ab elegantiſſimo Lipſio ſcriptori Noctium Atticarum lib. 1: *Nequaquam putauerint contra dictum eius eſſe faciendum; etiamſi repentinus aliquis caſus rem commodius agi poſſe polliceretur: ne, ſi ſpes fefelliſſet; culpa impatientiæ & pœna indeprecabilis ſubeunda eſſet.* Sic Patientiam accommodare, Cod. Iuſtin. reſtituit doctiſſimus Iuriſconſultorum, doctor meus, Iac. Cuiacius Obſeruation. lib. 1. cap. VI.

25 *Nec longi.* Ms. *vel longi.*

29 *Maximi voti compotiret.* Omnes libri, *max. vo. compo-ret.* Contra quorum omnium conſenſum iamdiu ſcribendum arbitratus ſum, *mat. vo. compotiret*: cum poſtea Elector. lib. II. ita etiam maximum virum vidi reſtituere. Sed & Dominicus Baudius iuuenis eruditiſſimus, mihique amiciſſimus idem ſibi ad hunc locum ante annos aliquot in mentem veniſſe affirmauit. Sic etiam non dubitauerim reſcribere lib. de Deo Socratis: *Præda quam ore geſtabat ſeductricem compotiuit.* Plauti verbum, Compotire, id eſt, compotem facere. Rudente:

——Quæ in mari fluctuoſo
Piſcatu nouo me uberi compotiuit.

Et Potire, Amphitruone:

Qui fuerim liber, eum nunc potiuit pater *Seruitute*

30 *Mithram.* Ms. cod. *Mitham.*

32 *Miniſtrum.* Idem, *miniſterium.*

Pag. 209. verſ. 6. *Mi quidem.* Aberant hæc duo à vulgatis editionibus.

8 *Teque ipſum demoraris.* Vulg. *atque ipſ. demor.* Vnde ante inſpectum veterem codicem legebam, *atq. ipſ. te moraris.*

Plautus

Plautus Menæchmis: *Te morare, mihi cum obloquere.*

Pſeudolo: *Me nunc commoror, cum has fores non ferio.*

14 *De opertis adyti profert quoſdam libros, &c.* De his iiſdem Martian. Capella lib. 11. *Erantq́; quidam libri ſacra nigredine colorati, quorum litteræ animantium credebantur effigies. Quáſque librorum notas Athanaſia conſpiciens, quibuſdam eminentibus ſaxis inſcit aſcribi, atque intra ſpecum per AEgyptiorum adyta collocari.*

15 *Cuiuſcemodi.* Vulg. *huiuſcemodi.*

17 *Et in modum.* Ms. *etiam in modum.*

Ibid. *Capreolatímque.* Idem. *capitulatímque.* Ro. *cāpolatímque.*

24 *Sueto lauacro.* Reſpicit huc Tertullianus lib. de Baptiſmo: *Nam & ſacris quibuſdam per lauacrum initiantur, Iſidis alicuius aut Mithræ.*

25 *Reductum.* Ms. cod. *deductum.*

28 *Idq́; planè.* Vulg. *illud planè.*

30 *Inuinius.* Ms. lib. *innius.* Vide Plutarch. lib. de Iſid. & Oſir.

31 *Quibus.* Vulg. *Queis.*

Pag. 210. verſ. 1. *Honorantes.* Idem, *onerantes.*

2 *Et rudi.* Iidem, *rudique.*

7 *Aures & lingua temerariæ curioſitatis.* Ms. lib. *& aures & lingua curioſæ temeritatis.*

14 *Ignores tamen neceſſe eſt.* Idem, *ignores tamen credere nec. eſt.*

16 *Solemnibus.* Idem, *ſolemnitatibus.* & poſt, *ſacratis.*

21 *Sed floridè.* Idem, q̄᷑. quod poteſt eſſe, *quaſi.*

24 *Inſignibar.* Idem, *inſignabatur.*

25 *Indici.* Idem, *Indicæ.*

27 *At manu dextera.* Vulg. *Ad manum dextram.*

Ibid. *Flammis adultam facem.* Eleganter. Sic legerim Nazarij Panegyrico: *Nam cum introitus vi, manu quæreretur, & portarum inflammatio ignem latè diſtuliſſet, cuius facilis per adiuncta contagio partu peſtifero valeſcebat; maxima benigniſsimi Imperatoris cura, non modò vt incendium non adultum ſeneſceret, ſed oppreſſum emori poſſet.* Vbi vulgo, *incendium non adiutum.*

28 *Decorè.* Ms. *decora.*

29 *Sic adinſtar Solis exornato.* Quidam, *Sic adin. Sol. exornatus.* Mira locutio, & forſitan multis noua, Adinſtar Solis me exornato, errabam: pro, ego exornatus. Sic ſuprà

emen-

emendauimus etiam lib. VII. *Méque protinus pernicifuga concitato, pérque prona non tantum pedibus, verumetiam toto prinsus corpore, properè deuolutus, immitto me campis ſubpatentibus.*

31 *Populi errabam.* Vulg. *populus errabat.* Vide quæ ſupra de Veiis.

Ibid. *Feſtiniſſimum.* Ms. cod. *feſtiſſimum.*

33 *Faceta.* Idem, *facete.*

Pag. 211. verſ. 14. *Momentum quidem.* τὸ *quidem* abeſt à ſcripto codice.

18 *Noxios meatus.* Vulg. *varios meatus.*

23 *Perhorreſcunt aues cælo meantes.* Hæc omnia non ſunt in membranis.

26 *Exiguus ingenio.* Vulg. *exilis ingenio.*

32 *Conditum.* Ms. lib. *condita.*

Pag. 212. verſ. 2. *Quod enm.* Idem, *quod deum.*

3 *Remunerari.* Vulg. *remunerare:* nec male Ms. *numerari.*

5 *Et recta.* Vulg. *& recta via.*

6 *Aliquammultum.* Ibidem, *aliquantulum.*

9 *Auguſti portum.* Ibidem, *hauſi portum.* Interpres vetus Iuuenalis in illud è Satyra XII.

Tandem intrat poſitas incluſa per æquora moles.

Portum Auguſti dicit, ſiue Traiani. Hic portus Oſtiæ, ad Tiberim. De quo nos monuit doctor noſter doctiſſimus Lipſius.

14 *Campenſis.* Ms. ,*pheſis.* al. ,*pēſis.*

25 *Ac magni.* Scriptus idem, *ad magni.*

31 *Linteis iniectum.* Vulg. *lint. intectum.* Vide ſuprà ad lib. IX.

Pag. 213. verſ. 4. *Deum.* Vbique editum antè, *domini.*

6 *Ecqui veſtigio ſimilis, vt ſomnium? Nec is defuit.* Vulg. *atque veſtigium ſimilis, vt ſomnium, nec fides abſuit.* In Ms. etiam pro *ſomnium, ſummum* legas.

9 *Aſinium.* Vet. cod. *aſinum.*

10 *Alienum nomen.* Nec ab edita olim, nec à ſcripta lectione diſcedere volui; quamuis Beroaldus, negandi copula addita, reponat, *non alienum no.* cuius ſententia vera videri poſſit.

15 *Audiſſe.* Ante impreſſum paſſim, *audiſſet.*

16 *Malo-*

16 *Madaurenſem*. Vet. *Maudorenſem*.

19 *Deſponſus ſacris*. Idem, *deſponſis ſacris*. Sed ſuprà: *Vt, renatus quodammodo, ſtatim ſacrorum obſequio deſponderetur*.

20 *Et viriculas*. Copula non erat in editis.

21 *Peregrinationis*. Ms. lib. *peregrinationes*.

Pag. 214. verſ. 8. *Imperiis Deûm*. Corrigit ita Beroald. Ante, *imp. domini*. Ego malim, *Dei*: id eſt Serapis.

11 *Exercitium*. Alij, *exercitus*. Illud maluimus.

21 *Et potius exulta, ter futurus*. Sic emendauimus, veſtigia antiquioris ſcripturæ ſecuti. Baſ. 1. *& pot. exultare, fut*. Ro. *exultater. fut*. Tu, inquit, iam lætare & exulta: nam ter iam eris ſacris his initiatus. quod multis aliis difficulter vel ſemel dumtaxat conceditur.

PETRI COLVI IN FLORIDORVM LIBRVM I. NOTÆ.

PAG. 217. verſ. 9. *Portum apponere*. Notatur aliis, aliàs legi, *pomum apponere*. Vnde Lipſio facere viſum, *donum apponere*. nam infrà, Apologia 1. *Si poſueris donum aliquod, ſi sanctificaueris, ſi verbenam ſumpſeris*.

Ibid. *Paulliſper aßidere*. Ritus adorationis, & eorum qui precabantur Deos. Tertullianus de Oratione: *Porrò cum proinde faciant nationes adoratis ſigillaribus ſuis reſidendo, vel propterea in nobis reprehendi meretur, quod apud idola celebratur*. Et: *quod, aßignata oratione, aßidendi mos eſt quibuſdam*. Propertius: lib. 11. *Ante tuoſq; pedes illa ipſa adoperta ſedebit*. Item ſupplicum, & eorum qui tutelæ ſui cauſa confugiebant ad Deûm aras. Lyſias Apologia: Ικετ᾽ ἐπὶ τ̃ βωμὸν ἐκαθέζοντο. Plautus Rudente: ——*I ſane in Veneris fanum huc intrò: Sedentem flentémque opprimes*.

Teles περὶ ἀυταρκείας, vetus ſcriptor apud Stobæum:

ὥσπερ οἰκέτης τὸν κύκλον ἐφ' ἱερὸν καθίσας, δικαιολογεῖται· τί μοι μάχῃ; μή τί σοι κέκλοφα; Parthenius Eroticor. cap. XVIII. Καὶ ἐπειδὴ αὐτὴν ἐδίζητο ὁ Ὑψικρέων ἱκέτης προσκαθίζει ἐπὶ τῆς ἑστίας τῆς ἐν τῷ πρυτανείῳ.

11 *Feſtine.* Fruterius noſter legebat, *feſtino*: Lipſius *feſtini*. Feſtinis, vt Declinis, Acclinis, & alia eiuſdem generis.

13 *Spelunca frondibus inumbrata.* Ms. cod. *floribus inumb.* Seneca Epiſtola XLI. *Et, ſi quis ſpecus ſaxis penitus exeſis mentem ſuſpenderit, non manufactus, ſed naturalibus cauſis in tantam laxitatem excauatus; animum tuum quadam religionis ſuſpicione percutiet.* Obſeruemus hinc etiam olim ſpecus & ſpeluncas antiquas, quemadmodum lucos, ſacras & Diis dicatas fuiſſe.

15 *Quercus cornibus onerata.* Ceruorum & id genus ferarum cornua de arboribus ſacris ſuſpenſa numinibus dedicabant, & Dianæ imprimis. Propertius lib. II.

Ipſe ego venabor. iam nunc me ſacra Dianæ
Suſcipere & Veneri ponere vota iuuat.
Incipiam captare feras, & reddere pinu
Cornua, & audaces ipſe monere canes.

Ouidius Metamorphoſ. ——*Teloque habet inſtar, in illa*
Quæ fuerant pinu votiui cornua cerui.

Mneſalcus, poëta vetus Epigr. Græc. lib. VI.

Τὰν ἔλαφον Κλεόλαος ὑπὸ κναμοῖσι λόχμαις,
Ἔκτανε Μαιάνδρου πὰρ πιέλικτον ὕδωρ
Θηκτοῦ σαυρωτῆρι· τὰ δ' ὀκτάρριζα μετώπων
Φράγμαθ' ὑπὲρ κεχνικὰν ἄλλος ἔπαξε πίτυν.

Scribit etiam Quæſtionibus Rom. Plutarchus, templis omnibus Dianæ cornua ceruorum adfigi moris fuiſſe. Scias & ad aliorum numinum fanorum limina idipſum factitatum. Quod indicat Symmachus lib. V. Epiſtol. LXIII. *Nam vt honori numinum datur cornua ſacrare ceruorum, & aprinos dentes liminibus affigere: ita amicorum cultui dedicantur inuenta ſiluarum.* Simmias:

Δέρμα καὶ ὀργυιαῖα κέρα βοὸς ἐκ βασιλῆος
Ἀμφιτρυωνιάδα κεῖμεθ' ἀνὰ πρόπυλον.

De Plutarchi Symmachique loco monuit amiciſſimus Lipſius, & benigniſſimè nobiſcum communicauit.

Ibid. *Fagus pellibus coronata.* Olim vt cornua, ſic etiam

pelles

pelles ferorum animalium quorumlibet ad arbores Dis ſuſpendebant venatores. Quod etiam ex iiſdem Epigrammatariis Græcis obſeruamus. Paullus Silentiarius:

> Σοὶ τόδε πενταίχμοισι ποδῶν ὡπλισμένον ἀκμαῖς
> Ἀκροχανὲς φονίῃ κρατὶ συνεξερύσας,
> Ἄνθετο δέρμα λέοντος ὑπὲρ πίτυν, αἰγίποδη Πὰν
> Τεῦκρος Ἀρκὰψ κάντιω ἀγρόθεν αἰγανέων.

Alius vetus ibidem Poëta, Zonas:

> Τοῦτό σοι ὑλειῶτα κάτ' ἀχιάδος πλατάνοιο
> Δέρμα λυκορραίστης ὠκρέμασεν Τελέσων.

Vbi hic Pani deo lupi in platano, ille leonis in pinu pellé dedicat conſecratque. Ab hac ſimiliue dedicatione arbores tales Sacræ erant, & ita dicebantur: ad quas in ea oblatas gradum ſiſtebant, vt noſter hîc indicat, & vota reddebant religioſi viatores. De his etiam ſenſit D. Auguſtinus de Tempore Serm. CCXLI. *Quicunque in agro ſuo aut villa, aut iuxta villam aliquas arbores aut aras vel qualibet ſana habuerit, vbi miſeri homines ſolent aliqua vota reddere; ſi non ea deſtruxerit vel ſucciderit, in illis ſacrilegiis quæ ibi facta fuerint ſine dubio particeps erit.* Sed aliis modis multis olim arbores fiebant Sacræ. De quibus pluribus agere hoc temporis ſuperſedebimus.

Ibid. *Vel etiam.* Vulgatum erat ante, *vel enim.* Vnde conjiciebat vir magnus etiam poſſe legi, *vel leni coll. ſepim. conſ.* id eſt *Colliculus ſepimine conſecratus.* Bidental, id eſt fulmine tactum locum intelligit, quem religioſo ſepimine à profanorum contactu & preſſu defendebant ſacerdotes, & Diis ita conſecrabant. Elegans locus, qui huc ſpectat, Apollinaris Sidonij Carm. IX. ad Felicem conſulem, ſed & hinc etiam, veterum tamen librorum fide, emendandus legenduſque ad hunc modum:

> *Nec quæ fulmine Thuſcus expiato*
> *Septum numina quærit ad bidental.*

non malè editus vulgò, *Sextum nu. qu. a. bid.* In hoc aræ extructæ, & hoſtiis omne genus factum. Memini me aliquando plura hanc in rem ad locum illum Sidonianum notaſſe, quæ iam non ad manum. Sed adi interim

Feſtũ, Bidental, & terſiſſimas Ioſ. Scaligeri Caſtigationes.

Ibid. *Truncus dolamine effigiatus.* Stipitem finalem intelligit, quem politè exaſciare, floribuſque ornare ſueuerant veteres. Prudentius:

> *Deaſciato ſupplicare ſtipiti.*
> *Verris cruore ſcripta ſaxa ſpargere.*

17 *Lapis vnguine delibutus.* Apologia I. *Negant vidiſſe qui ſuũ re vnum ſaltem in finibus eius aut lapidem vnctum, aut ramum coronatum.* Siculus Flaccus de Conditionibus agrorum: *Cum terminos diſponerent, ipſos quidem lapides in ſolidam terram collocabant proxime ea loca, quibus foſſis factis defixuri eos erant, & vnguento velaminibusq; & coronis eos coronabant.* Hinc prouerbialis ſermo apud D. Clementem Alexandr. lib. VII. Stromat. οἱ αὐτοὶ δ' οὗτοι πᾶν ξύλον καὶ πάντα λίθον, τὸ δὴ λεγόμενον, λιπαρὸν προσκυνοῦντες. Arnobius lib. I. *Si quando conſpexeram lubricatum lapidem, & ex oliui vnguine ordinatum.* Vbi putabam fortè ſcribendum, *ex ol. vnguine irrigatum.* B. Auguſtinus de Ciuit. Dei lib. XVI. cap. XXXVIII: *Nec, more idololatriæ, lapidem perfudit oleo Iacobi, velut faciens illum Deum. neque enim adorauit eumdem lapidem, vel ei ſacrificauit.* Vnde notandum lapides hos, id eſt terminos, non ſimulacra è lapide, quod alij volunt, oleo vngi moris fuiſſe. Et ex his omnibus palam eſt veterum ſuperſtitio, vt qui quodlibet in via temerè oblatum, ſacrum aliquò modo eſſet, id venerarentur: ſiue ara, ſeu lapis, ſeu ſtipes eſſet. Præter noſtrum, etiam eius rei index Xenophon: Καὶ τοὺς μὲν οὐδ' ἱερῶν, ἢ βωμῶν, οὔτε ἄλλων τῶν θείων οὐδὲν τιμᾶν, τοὺς δὲ καὶ λίθους, καὶ ξύλα τὰ τυχόντα, καὶ θηρία σέβεσθαι. Propertius lib. I.

> *Nullas illa ſuis contemnet fletibus aras,*
> *Et quicunque ſacer qualis vbique lapis.*

22 *Loquere.* Sic Ms. lib. vulg. *eloquere.*

25 *Plautino milite.* Stratophane, Truculento.

27 *Immo enimuero.* Vetus cod. *In vno enimu.*

Ibid. *Examinandos.* Vet & aliquot alij, *exanimandos.*

28 *Conuerterat.* Non eſt hoc in Ms. Fruterius ſcribit, *conuerterit*, vel, *conuerteretur*.

31 *Homines verò.* Vulg. *Homines enim.*

33 *Cæci ſumus.* Baſ. editio ſecunda, *cæcutimus.*

Ibid.

Ibid. *Ac ſi.* Scriptus lib. *At ſi.*

Pag. 218. verſ. 3. *Effuſam.* Baſ. II. *Offuſam.* Et poſt in quibuſdam, *non cernere.*

4 *Sublimauit.* Ms. lib. *ſublimabit.*

6 *Nutu elementi* Fortè melius, *nutu clementi*: vt, Inclementi curſu ſupra lib. XI. Metamorphoſ. *Nec tamen gaudio ſubitario commotus inclementi me curſu proripui.*

10 *Modico.* In veteri codice ſcriptum compendioſè, *mō.*

13 *In prædam ſupernè ſeſe ruat.* In eodem, *i predcé ſuperne ſe ruat.*

17 *Agnum incurioſum.* Scribit Beroaldus, *agn. curioſum.* Curioſus ille agnus, qui Curio Plauto, Aulularia.

18 *Animatum vel inanimatum.* Correctum ſic ex Ms. cod. Vulgatorum plerique, *animatum vel laniatum.* Vnde doctiſſimus Douſa cenſebat legendum, *quodcunque eſui animatum, vel laniatum fors obtulit.* In margine Baſil. II. adſcriptum legi alias, *lanatum.*

21 *Solus antè alios cantus canere.* In libris hîc nulla variatio: & tamen mendo carere non videtur hic locus. Reſtituebam, *ſolitus ante alios cant. can.* vel, *ſolus ante alios catus canere.* Catus canere: vt Bonus calamos inflare, apud Maronem.

22 *Infixa anima ſono.* Scriptam lectionem expreſſimus: quam etiam margo Baſil. I. agnoſcit. II. vero, *indefeſſa anima ſono,* & alias, *infexa an. ſ.* quod & in Romano cod. eſt. Vnde faciebam, *inflexa an. ſon.* Lipſius vero, *flexanimo ſono.*

25 *Antè eſt.* Codex ſcriptus, *tãte eſt.*

26 *Ante Hyagnim nihil aliud plerique callebant.* Idem, *ante Hyagnim nih. al. pl. canebant.*

29 *Miſerum.* Abeſt hoc ab eodem vet. cod.

Pag. 219. verſ. 1. *Acuto ſinitu.* Ex Ms. Vulg. *acuto tinnitu.*

2 *In artificio patriſſaret tibicinij.* Poſteriorem Baſil. edit. hic ſecuti ſumus. Aliæ, *in artif. patris foret tibicinus*: Ms. cod. *in art. patricaret tibic.* Tibicinium proba dictio, & obſeruanda, immò vſurpanda.

3 *Phryx cetera, & barbarus.* Ac ſi diceret, homo nihili, ſtupidus, ſordidus. Cum enim hominem ineptum, rudem & imperitum veteres indicare vellẽt, Myſum aut Phrygem dicebant. Cicero Oratore: *Quomodo igitur modo audire-*

tur Myſus aut Phryx Athenis, cùm etiam Demoſthenes agitetur putidus? Et ad Q. Fratrem: *Niſi fortè me Paconij, neſcio cuius hominis ne Græci quidem, at Myſi aut Phrygis potius querelis moueri putas, aut Tuſcenij hominis furioſi ac ſordidi vocibus.* Innominatus ſcriptor apud Suidam: φιλοσοφοῦντος οὐκ ἔστι μαντικὴν ἐπιγίγνεσθαι καὶ προφέρειν. οὐδὲ τὴν ἄλλην ἱερατικὴν ἐπιστήμην χρεὼς γὰρ τὰ τῶν φιλοσόφων καὶ τῶν ἱερέων διεστάναι, οὐδὲν ἧττον ἢ τὰ τῶν λεγομένων μυσῶν καὶ Φρυγῶν. Hi etiam olim funebri pompæ, ob vocem barbaram & aſperam luctui ciendo idoneam, adhibebantur. Æſchylus Perſis:

Καὶ στέρν' ἄρασσε κἀπιβόα τὸ μύσιον.

Vbi Scholiaſtes: Οἱ γὰρ μύσοι καὶ οἱ Φρύγες μάλιστα εἰσὶ θρηνητικοί. Et propriè de Phryge, barbarus. Phryges enim κατ' ἐξοχὴν Barbari dicti, & Phrygia, Barbaria. Barbarica amicula, id eſt Phrygia. Noſter ſupra lib x. Metamorph. *Et in modum Paridis Phrygij paſtoris, Barbaricis amiculis humeris defluentibus pulcrè induſiatus.* Horatius lib. I. Epiſtol. II.

Græcia Barbariæ lento commiſſa duello.

Et Epod. IX.

Sonante mixtum tibiis carmen lyra,
Hac Lydium, illis Barbarum.

Virgilius XI. Æneid.

Pictus acu tunicas, & Barbara tegmina crurum.

Sic apud Lucretium lib. II. *Barbaricæ veſtes.* A quarum cõfectione Barbaricarij dicti L. I. l. x. Cod. tit. lib. x. C. Donatus in Virgilium: *Barbaricarij dicuntur, qui ex auro exprimunt hominum formas & animalium, & aliarum ſpecierum imitatam ſubtilitate veritatem.* Phryges enim acu pingendarum veſtium arte celebres. quam etiam ibi repertam ſcribit in III. Æneid. Seruius. Vnde Phrygiones. Sed hæc iam inſtitutum Notarum modum excedere videantur.

4 *Illutibarbus.* Sic diſertim ſcriptum in veteri noſtro. Vulg. *multibarbus.* Legi aliquando, *ſqualliba rbus.* Infrà enim? *Laudans ſeſe, quod erat & coma relicinus, & barba ſqualidus.* Sed Illutibarbus, id eſt illuta & ſordida barba præditus. Sic Plauti Pœnulo, —— *Nam quæ elauta eſt, niſi*

Perculta eſt, meo quidem animo quaſi illauta eſt.

melior vetus ſcriptura, *quaſi illuta.* Ita quoque fortaſſis,

Odor

Odor illutibilis accipiendus Menæchmis:

Nam ex iſtoc loco ſpurcatur naſum odore illutibili.

3 *Therſites cum decoro.* Quidam, *turpis cum decoro.*

Ibid. *Conaniſſe.* Vet. al. *concaniſſe.* Si quid mutemus, ſcribendum erat, *concannuiſſe.* Seruius II. Georgicorum: *Etiam ab eo quod eſt Cano non cecini, ſed canui dicebant. Vnde Salluſtius: Cornua occanuerunt.* Priſcianus lib. x. *Quidam & Occano, occanui protulerunt; ut Salluſtius in* I. *Hiſtoriarum: Metelli cornicines occanuere.* Si in Apuleio hoc non cenſeamus reponendum; notemus ſaltem nouitatem in hoc verbo apud Salluſtium, non ſemper ad Grammaticorum regulas locutionem ſuam examinantem.

8 *Barbariem.* Vulg. *barbariam.*

9 *Sed Marſias.* Scriptus codex, *Sed Marſie.*

14 *Fortunæ egenus.* Idem, *Fort. genas.* Scribe, *Fortuna egenus.* Quantum ad conditionem Fortunæ qua ille præditus, pauper & egenus erat. Ibid. *Contra.* Ms. Ro. Ven. *Circa.*

16 *Et genis gratus, & corpore glabellus.* Fuit cùm mallem, & *genis raſus &c.* gl. Nota lex XII. Tabul. MVLIERES. GENAS. NE. RADONTO. Hoc calumniabatur in Apolline Marſias, non quod reuera ita eſſet, qui enim imberbem raſum dicamus? ſed quia videretur, & turpe ac indecorum olim, radi.

18 *Pramulſis antiis, & promulſis caproneis.* Copulam & ignorabant vulgati codices omnes. *Antiæ*, inquit Feſtus, *capilli muliebres demiſſi in frontē.* Gloſſæ veteres: *Antiæ, κόρυμβοι διὰ τ̃ κροτάφων κοσμούμενοι γυναικεῖοι.* Et aliæ: Κόρυμβοι τ̃ κροτάφων, *Antiæ.* Tertullianus de Pallio: *Hiatus crinibus infarſos, genuinos inter antias adumbratos, ne tota oris contumelia mugiret.* De leone ab Hercule domito. Legi commodius poſſe aliquando viſum, *præmiſſis antiis*, ſed abſtineo. *Capronæ*, verba Nonij, *comæ quæ ante frontem ſunt, quaſi à capite pronæ.* Lucillius ſatyrarum lib. VII.

Aptari caput, atque comas fluitare capronas
Altas, frontibus immiſſas, ut mos ſuit illis.

Ex his needum diſcriminare poſſis quid Antiæ, quid Capronæ. Non enim ſatis diligenter Grammatici illi notaſſe videntur.

23 *Ebore candicat.* Venet. Ald. *candidat.* Suprà lib. V. de Aſino aureo: *Per humeros volatilis Dei pinnæ roſcidæ micanti flore candicant.*

26 *Circa corporis ſui qualitatem.* Ms. *intra corporis ſui qual.*

28 *Obiectata.* Idem, *obtrectanda.* Fortè, *obiectanda.*

29 *Vrſum.* Idem, *rurſum.*

Pag. 220. verſ. I. *Æolium ſimplex.* Idem, *collimo ſimpl.*

Ibid. *Aſium varium.* Idem, *aſinarium.*

2 *Seu Lydium querulum.* τὸ *ſeu* ex eodem additum.

3 *Is igitur cum eſſet.* Plenius in Ms. *Is igitur Antigenidas cum eſſet.*

5 *Monumentarij ceraulæ.* Malè habitus, malè etiam intellectus vulgò hic locus. Quidam libri, *cæraulæ*: alij, *choraulæ*, Ms. *cenule.* Rectam lectionem ſuo tempore vidit maximus Italorum Angelus Politianus, dum ait in ſua Lamia: *Ferebat Antigenidas parum æquo animo, quod monumentarij ceraulæ tibicines dicerentur.* Ceraulæ, οἱ κεραῦλαι, κερατaῦλαι: Latinis, *Cornicines.* Reſtituendum hoc Oroſio, probo ſcriptori lib. VII. vbi de Nerone hunc in modum ſcribit: *Siquidem percitus petulantia omnia penè Italiæ ac Græciæ theatra perluſtrans, aſſumpto etiam varij veſtitus dedecore, ceritos, citharistas, tragœdos, & aurigas ſæpè ſibi ſuperaſſe viſus eſt.* Legendum enim etiam, *ceraulas, citharistas.* Immò iam ne dubitem vllo modo de veritate huius emendationis facit Io. Saliſberienſis, qui lib. VIII. cap. XVIII. de Nugis Curial. hunc ipſum locum Oroſij etiam laudat. vbi eſt: *Cericas, id eſt cornicines*: proculdubio interpretamentum germanæ lectionis, quam iam repoſuimus. Coniecturam noſtram iuuare etiam videatur Statius Thebaidos lib. VI.

Cum ſignum luctus cornu graue mugit adunco Tibia.

Porro quod hîc noſter de Antigenida, ferè idem Dio Chryſoſtomus de Hiſmenia refert. Cuius verba Latinè ponam, quandoquidem Græcè ea vnde deſcribam exemplar mihi nullum. Sententia eius igitur Oratione nona: *Dixit autem ante hæc tempora Philoſophorum quidam nonnullus, Iſmenium ob hoc maximè indignari ſolitum, quod Siticines appellarentur tibicines. At nequaquam res eſt indignatione digna, vt mihi*

quidem

quidem videtur. nihil enim mortuis detrimenti afferunt Siticines, neque illis ſunt moleſti. Sed Græca videto, quicunque potes. quam magis illa ad hunc locum facere noſtramque de eo coniecturam, non dubito.

9 *Illic quoque.* Ms. cod. *ille quoque.*

18 *Togam quoque paraui & voto & funeri.* Toga voto paratur, cum Virilis ſumitur: funeri, cum ea cadauer inuoluitur. qui ei proprius in Italia amictus. Iuuenalis:

Pars magnæ Italiæ eſt, ſi verum admittimus, in qua
Nemo togam ſumit niſi mortuus.

Et candida ea quidem, vt ex Plutarho & Artemidoro obſeruauit Elector. lib. I. Lipſius. Quod etiam notat Lucianus de Luctu: Λαμπρῶς ἀμφιέσαντες ἵνα μὴ ῥιγῷεν δῆθεν παρὰ τὴν ὁδὸν, μηδὲ γυμνοὶ βλέποιντο τῷ Κερβέρῳ. Et poſt: Ὁ δὲ ἀσχήμων καὶ καλὸς, καὶ καθ᾽ ὑπερβολὴν ἐστεφανωμένος, ὑψηλὸς πρόκειται καὶ μετέωρος, ὥσπερ ἐς πομπὴν κεκοσμένος. Hunc clara mens Paulli noſtri in L. XIX. D. de In rem verſo: *Filiusfamilias togam emit: mortuo deinde eo, pater ignorans, & putans ſuam eſſe dedicauit eam in funus eius.* Nam Togam in funus alicuius dedicare nihil aliud eſt, quam in id eam dare, vt ea mortuus inuoluatur.

11 *Pallio cadauera operiri.* Græcorum more.

13 *Locum auctoritatem derogare* Ms. cod. *lanit auctor. denegare.*

14 *Spectandum.* Ald. *ſpectaculum.*

16 *Comœdia eſt.* Legit Modius noſter, *comædus eſt.*

Ibid. *Didiceris. Indi gens.* Ms. *diceris. Ingens.*

21 *Ityræos.* Editiones antiquæ, *Scythicos*: Ms. cod. *Syrireos*: Baſ. II. margo, *Ityræos.* Auctor Strabo, Ityræos eſſe populos maleficos in Laodicea apud Libanum montem. Virgilius II. Georgic.

——*Ityræos taxi formantur in arcus.*

Lucanus lib. VII. ——*Et creta Cydonas*
Miſit. Ityræis curſus fuit inde ſagittis.

29 *Ad naſcentem.* Ms. *annaſcentem.*

32 *Concertant* Legit hic idem Modius, *conſertant*, vel, *concurrant*, ſeu potius, *corruant*. Ego nihil rear mutandum.

Ibid. *Indepti.* Fortè potius legendũ, *implexi.* Infra lib. III: *Adhuc manus volumini implexa, adhuc os recto libro impreſſum.*

33 *Nequientibus*. Membranaceus liber, *neque certantibus*.

Pag. 221. verſ. 2. *Sit*. Alias, *fit*.

Ibid. *Molis ſuæ*. Ms. lib. *molis ſui*.

3 *Sunt apud illos variæ colentium genera. Lubentius ego de miraculis hominum, quàm Naturæ diſſeruerim.* Hæc omnia abſunt ab antiquo noſtro cod.

5 *Eſt*. Ms. *ſunt*.

6 *Bubulcitare*. Idem, *balbutire*.

Ibid. *Ad cognomen*. Fortè, *adeo cognomen*.

7 *Et mutandis*. Ms. cod. *commutandis*.

8 *Obeundis prælìs*. Idem, *ad obeundas prælia*.

9 *Eſt præterea gens apud illos præſtabilis*. Baſ. 1. cum aliis, *Eſt pr. genus apud ill. præſtabile*. Sed locus hic ſic ſcribitur etiam in margarita Poëtica: *Eſt autem quoddam genus hominum præſtabile, quos Gymnoſophiſtas vocant*.

11 *Inoculandæ arboris*. Vetus, *inoculandas arbores*.

12 *Aurum colare*. Id eſt, purgare, nitidius reddere. Tertullianus de Anima: *Nec beryllis ideo aquoſa materia eſt, quod fluctuens colato nitore*. Paullo poſt: *Certiora & colatiora ſomnia affirmant ſub extimis noctibus*: id eſt, meliora, ſelectiora.

13 *Subiicere*. Veteris libri ſcripturam dedi. Vulg. *ſubigere*.

16 *Minores*. Vulg. *iuniores*. Minores, vt Maiores. Supra: *Maior meus Socrates*. & alibi.

Ibid. *Apud illos æquè laudo*. Alij, *penes illos æquè*. Verbum *laudo* in ſolo Romano codice erat.

20 *Magiſtri perrogant*. In Margarita poët. copula additur *& mag. perr.*

23 *Inde alius*. Vulg. *Itidem alius*.

24 *Quidpiam*. Ms. *quempiam*: Margarita Poët. *quidquam*.

25 *Reperiſſe*. Idem Ms. *repetiſſe*.

27 *Adſerre*. Etiam non diſplicet vulgata lectio, *ad offerendum*.

29 *Magno inditum eſt*. Vulgati plerique, *magnum ind. eſt*: Ald. *Magni ind. eſt*. Ceterum poſt illud, *inditum eſt*, libens poſuerim aſteriſcum, indicem ſententiæ imperfectæ. videtur enim deeſſe *placuit*, aut ſimile quid.

Ibid. *Ne niſi*. Vulg. *ne vir*.

30 *Vmquam*. Ms. lib. *numquam*.

33 *Ampliſſimos*. Idem, *ampliſſimo*.

Pag.

Pag. 222. verſ. 2. *Eius audeat vel ſperare virtutem, vel optare fortunam.* Sic correctè Baſileæ poſtremo editum. Ms. *eius audeat virtutem, vel ſp. fort. vel opt.* Veteres editiones, *audeat virtute eius vel ſperare fortunam vel optare.* 4 *Multa.* Ms. *multi.*

5 *Fatigaberis.* Ald. Alij, *fatigaueris.*

6 *Aggreſſus eſt.* Verbum *eſt* deeſt vulgò.

7 *Cumprimis.* Quidam, *imprimis.*

11 *Sæpe.* Scriptus cod. *ipſe.*

12 *Polycletus.* Error memoriæ. Lyſippus fuit. Plutarchus de Fortuna Alexandri: Διὸ καὶ μόνον Ἀλέξανδρος ἐκέλευε Λύσιππον εἰκόνα αὐτοῦ δημιουργεῖν. Horatius:

Edicto vetuit, ne quis ſe, præter Apellem,
Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum ſimulantia.

13 *Excuderet.* Malè quidam, *excluderet.*

15 *Sanctiſſimi.* Repone ex Ms. cod. *ſanctiſſima.*

18 *Vtique.* Corrige hic etiam, *vtque*, ſuadente eodē cod.

19 *Maximi honoris.* Num, *maximi herois?*

22 *Edictum.* Vulg. *dictum.* Præcedentia ſcriptam lectionem, quam expreſſimus, veram conuincunt.

24 *Contemplarent.* Vulg. *contemplarentur.*

29 *Alter.* Margarita poëtica duobus locis hîc legit, *alterum*, pro, *alter.*

33 *Qui vos arbitratur maledictis optimi cuiuſque gaudere.* Hæc omiſſa ſunt in veteri codice ſcripto.

Pag. 223. verſ. 2. *Rupiconibus.* Ms. *rupicoribus.*

3 *Tabernariis.* Nonius Marcellus: *Popinones, vel hi, quos nunc dicimus Tabernarios: vel luxurioſos, qui ſe popinis dedunt.* Tertullianus de Fuga in Perſecutione: *Neſcio dolendum an erubeſcendum ſit, cùm in matricibus beneficiariorum & curioſorum, inter tabernarios, & lanios, & fures balnearum*, &c. Hinc Tabernariæ blanditiæ, id eſt abſurdæ, triuiales, ſordidæ. Apologia II: *Cur autem tam abſurdis támque tabernariis blanditiis ſubagitarem, quem iidem aiunt verſibus amatoriis ſatis ſcitè laſciuiere?*

4 *Diſertius.* Sic vetus cod. Vulg. *diſertis.* quod iam malim. Paulo poſt pro *tibi* ſcripſerim, *ſibi.*

5 *Nec hæc.* τὸ *hæc* abeſt à vet. cod.

14 *Vti qui ſuo nomine obſcuri ſunt, meo.* Ms. *vt qui ſuo no. obſ. ſ. me.*

15 *Libitinis*

15 *Libitinis.* Repoſui olim, *linbidulis:* id eſt, *linnidulis.* Quædam editio vetus, *bitinis.* Vnde etiam faciebam, *Vatiniis.* Catullus: *Odiſſem te odio Vatiniano.* Sed neutiquam hoc iam probamus.

20 *Cum animo.* Ms. *ômi animo.*

25 *Neglegenter.* Vulg. *diligenter.*

26 *Ignouerit.* Non habet Ms. & poteſt abeſſe.

30 *Meritiſſimo.* Ms. cod. *inertiſſimo.*

31 *Penſiculatis.* Romani codicis ſcriptura, *preſenſiculatis.* Ex quo ſcribi poſſe videbatur, *perpendiculatis.*

32 *Iterum.* Ms. lib. *verùm.*

33 *Vilitas.* Baſ. II. *vtilitas.*

Pag. 224. verſ. 2. *Nec tamen.* Ms. cod. *Nec tã.*

4 *Cum proconſule.* Idem, *proconſul.*

7 *Contentiſſimè.* Idem, *contemptiſſimè.*

Ibid. *Ipſe proconſul.* Idem, *proceres ipſe.*

8 *De tabella legit.* Moris de tabella ſententiam legi, pronuntiari. Tertullianus Apologetico: *Quid de tabella recitatis illum Chriſtianum? cur non & homicidam?*

12 *Prouinciæ.* Scriptum exemplar, *prouinciis.*

15 *Nec antè mutare.* Malim ſcribere, *nec autem mutare.*

PETRI COLVI IN FLORIDORVM LIBRVM II. NOTÆ.

PAG. 224. verſ. 30. *Patria vel genus.* Scriptus codex, *patriæ genus.* Fortè potius, *patris genus.* nam patriam eius non ignorari, apertè arguit Cicero, cum Eleum dicit: cuius locum iam iam dabo. Certè ſi vulgata lectio germana eſt; parum cautè ſcripſiſſe auctor noſter cenſeri debet.

33 *Venit Hippias iſte quondam certamine Olympio Piſam.* De hoc eodem ſophiſta eadem ferè Cicero lib. III. de Oratore.

tore. cuius verba, quia iis hic vſus, adſcripſi: *Ex quibus Eleus Hippias, cum Olympiam veniſſet, maxima illa quinquennali celebritate ludorum; gloriatus eſt, cuncta penè audiente Græcia, nihil eſſe in vlla arte rerum omnium quod ipſe neſciret. nec ſolùm has artes quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ continerentur, Geometriam, Muſicam, Litterarum cognitionem, & Poëtarum, atque illam quæ de Naturis rerum, quæ de hominum Moribus, quæ de rebus Publicis dicerentur: ſed annulum quem haberet, pallium quo amictus, ſoccos quibus indutus eſſet, ſe ſua manu confeciſſe.* Adi & Platonem, Hippia minore. Celebrat & Lucianus Hippiam quemdam mechanicum, ſimul etiam & Sophiſtam.

Pag. 225. verſ. 4. *Quibus erat inductus.* Hæc poſtremæ editionis lectio. Veteres, *quib. er. inſutus.*

5 *Conſpicatus.* Malim recentiorem ſcripturam, *conſpicuus.* Ald. *Conſpicuas.*

10 *Variegatum.* Ms. cod. *varietatum.*

11 *Cooperatoris ipſius laborem fuiſſe.* Ms. idem, *coptoris ipſius laboraviſſe.* Vnde præſtaret ſcribere, *compertoris ipſius laborem fuiſſe.* Pallium ipſius Hippiæ, qui artem compertam habebat, laborem fuiſſe: ab ipſo textum. Si *cooperatoris* retinendum eſt; tum ſcribendum putem, *cooperatoris ipſius laborem fugiſſe*: hoc eſt, neminem eum in pallio conficiendo adiuuiſſe, cooperatorem nullum in hoc opere fuiſſe. Sic Lucianus contrà de Prometheo: Συνειργάζετο γὰρ αὐτῷ καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ἐμπνέουσα τὸν πηλὸν καὶ ἔμψυχα ποιοῦσα εἶναι τὰ πλάσματα.

12 *Compegerat.* Idem vet. *compleuerat.* poſt in Romano cod. *etiam annulum.*

13 *Signaculo.* Idem Ms. *figruculo.* Numquid, *figuraculo?*

14 *Palam.* Idem, *paliē.* Num legendum, *paletam*, vel aliud quid? Certè Gloſſæ veteres: *Paleta*, σφενδόνη δακτυλίου, ὡς τύπος ἐν τῷ. quæ fortè etiam ibi non ſine mendo. Nihildum certi diſpicere auſim.

16 *Etenim non.* Ex eodem reſcribendum, *Enim non.*

17 *In cœtu.* Priores editiones cum Ms. *inceptu.*

18 *Ampullam quoque oleariam.* Vet. *amp. quoque oleĉtriā.* Non eſt quod aliud quid latere ſuſpicemur ſub huius lectionis inuolucro, quam id quod palam eſt. Ampulla olearia, in qua oleum, quo ſe in balneis vngebant olim:

quæ

quæ eleganter & graphicè hic deſcribitur. Suprà monui de ea capiendum Plauti locum Mercatore:

——Tollo ampullam, atquè hinc eo.

Subiungitur Strigilis, qua ſe poſt vnctionem fricabant, vt ſuprà ad lib. IV. Metamorph. notauimus: quæ etiam eleganter nobis hîc deſcripta. Vnde Ampulla & Strigilis ſæpius coniuncta apud veteres. Ariſtophanes apud Suidam: Οὐ δ᾽ ἔστιν αὐτῇ στλεγγὶς, οὐδὲ λήκυθος. Plutarchus de Iniraſcentia: Οὕτω δὲ καὶ πρὸς ληκύθους ἔχουσι καὶ πρὸς στλεγγίδας, ἀγαπῶντες ἐκ πασῶν μίαν. Plautus Perſa:

Cynicam eſſe gentem oportet paraſitum probè.
Ampullam, ſtrigilem, ſcaphium, ſoccos, pallium,
Marſupium habeat.

Ad cuius loci lucem facit Pollux lib. IV: Τοῖς δὲ παρασίτοις πρόσεστι καὶ στλεγγὶς καὶ λήκυθος, ὡς τοῖς ἀγροίκοις λαγωβόλον. Putem ideo hæc balnearia, vt inſignia, paraſitis attributa, quod ſemper ad balnea, dein conuiuia obeunda parati eſſent. qui etiam inde αὐτολήκυθοι Græcis veteribus dicti. Plutarchus de Diſcernendo amico ab adulatore: Ἀλλ᾽ ὡς καθάπερ οἱ πολλοὶ τοὺς αὐτοληκύθους τούτους καὶ τραπεζέας καὶ τὸ κατὰ χειρῶν ὕδωρ ἀκουομένους, ὥς τις εἶπε, κόλακας νομίζομεν, οὕτως ἐν μιᾷ λοπάδι καὶ κύλικι μετὰ βωμολοχίας καὶ βδελυρίας ἡ ἀνελευθερία γίνεται καταδήλος. Lucianus Lexiphane: Ἔστι μὲν δὲ ἐς, ἐν τοῖς σκειρογραφείοις ἐγκαψικίδαλος ἄνθρωπος, τῶν αὐτοληκύθων, καὶ τῶν αὐτοκαβδάλων, ἀεὶ κυρκλῶν, ἐνδρομίδας ὑποδεδεμένος ἢ βαυκίδας, ἀμφιμάσχαλον ἔχων. Vnde etiam poſteà viliſſimorum genus hominum quodlibet, pauperes, nihili, αὐτοληκύθους iiſdem Græcis vocatos arbitror; quamuis paullò aliter Grammaticos eorum, Heſychium, Harpocrationem, Suidam ſentire ſciam. Sed fortaſſis inde etiam nominis huius origo, quod ipſimet inſtrumenta ſua balnearia ferre cogerentur, nullo eos ſeruo, vtpote pauperiores, qui ea adportaret, ſequente. Nam ita ſolebat. Supra noſter lib. III. Metamorph. *Et, iuſſis balnearibus adſequi, producit ad proximas balneas.* Horatius: *I puer, & ſtrigiles Criſpini ad balnea defer.* Hi Ampullam, Strigilē, Lintea, & id genus alia tenebāt, ſi quando dominis eis vſus eſſet. Petronius: *Video Gitona cum linteis & ſtrigilibus parieti applicitum, triſtem confuſumque. ſtra*

nun

qui libenter ſeruire. Seneca Epiſtolis: *Vetemus lintea & ſtrigiles Ioui ferre, & ſpeculum tenere Iunoni.* Hos opinor ϛλεγγιδοληκύθους eſſe, quorum mentio apud Iul. Pollucem ſub finem lib. III. Obſeruare etiam eſt, è ferro has Strigiles fuiſſe. Indicat id manifeſtè Plautus Sticho:

Rubiginoſam ſtrigilem, ampullam rubidam,
Paraſitum inanem, quo recondas reliquias.

Plutarchus Laconicis ſcribit, Lacedæmonios non ferreis ſed arundineis, καλαμίναις, ſi rectè memini, vſos: Ælianus Agrigentinos argenteis. eius verba Var. hiſtor. lib. XII. Λέγει δὲ ὁ Τιμαῖος καὶ ὅτι ἀργυραῖς ληκύθοις καὶ ϛλεγγίσιν ἐχρῶντο.

20 *Iuxtáque.* Ms. cod. *iuſtáque.*

Ibid. *Recta faſtigiatione clauſulæ.* Idem, *tecta fatigatione cylindi:* Baſ. I. cum aliis aliquot, *recta fatigat. clauſ.*

21 *Tubulatione.* Legunt quidam, *ſubulatione.* Sed ſcripſi de hoc loco ſuprà ad lib. XI. Metamorphoſ.

22 *Sudor ex ea.* Cui deſtringendo etiam ſeruiebat. Seneca Epiſtola CXXIII. *Vt ſudorem, quem mouerunt potionibus crebris & feruentibus, ſubinde deſtringant.* Lucianus: Ἐγὼ δὲ τὰ ὅπλα, τὰ δὲ ἀποδραμὼν οἴκαδε ἀπεϛλεγγισάμην.

25 *Quis autem.* Vulg. *Quis tum.*

26 *Ingenij.* Rectè poſtremò ita cuſum. Antè, *ingenti.* Dictionem *doctrinæ* rettulerim ad inſtrumentum. Inſtrumentum doctrinæ, vt Inſtrumentum ſupellectilis.

28 *Veſtem de texterna.* Ms. cod. *veſte de textrina.* Fortè ſcriptum fuit, *textrino.* Textrinum in L. VI. C. de Muril. & gynec. lib. XI. accipitur pro loco ad veſtes principis conficiendas conſtituto. Gloſſæ priſcæ: *Textrinum,* Κνεφεῖον. &: Ἱϛεῖον, *Textrinum.* Tertullianus de Anima: *Qualem habent, qui te ſolam habent illam ipſam de compito, de triuio, de textrino totam.* Sidonius Apollinaris Epiſtolarum lib. II. *Hinc egreſſis ſeſe triclinij matronalis offertur: cui continuatur vicinante textrino cella penuaria.* Iſidorus Origin. lib. XIV. *Naualia ſunt loca, vbi naues fabricantur. hoc & Textrinum dicitur.*

29 *Suterna.* Idem Ms. *ſutrina.* Legerim hîc etiam, *ſutrino.* Gloſſarium vetus: *Sutrinum,* Σκυτεῖον. Seneca Epiſtola XC. *Non multum abfuit quin ſutrinum quoque inuentū à ſapientibus diceret.*

33 *Ferra-*

33 *Ferramentis vti noſſe.* Idem, *ferramenti vt i' eſſe.*

Pag. 226. verſ. 2. *Poëmata omne genus: apta virgæ.* Olim poëmata Homeri, Heſiodi, aliorumque in theatris recitabantur ab actoribus lauri ramum ſeu virgam manu tenentibus: qui inde ῥαβδῳδοὶ ſeu ῥαψῳδοὶ dicti Græcis, & Homeri opus vtrumque, per Eminétiam, ῥαψῳδία. Euſtathius in 1. Iliados: Οὐ μὴν δὲ καὶ παρὰ τὴν ῥάβδον ἡ ῥαψῳδία εἴρηται, οἱονεὶ ῥαβδῳδία τις οὖσα, φασὶ καὶ οἱ παλαιοὶ ἀκολούθως Καλλιμάχῳ εἰποῦσι. —— Τὸν ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον. δαφνίνη δὲ ἦν ἡ ῥάβδος, ἣν κατέχοντες ἐποίουν τὰς τοιαύτας ᾠδάς. Verius Diomedes Grammatic. lib. III. *Ῥαψῳδία dicitur ποιήσεως aliqua particula diſcreta atque diuulſa, dicta παρὰ τὸ ῥάπτειν, quod verſus in vnum volumen velut conſuantur & comprehendantur: vel quod olim partes Homerici carminis in theatralibus circulis cum baculis, id est virga, pronunciabant. qui ab eodem dicti ſunt Homeristæ.* De his etiam videndus Athenæus Dipnoſophiſtar. lib. XIV. Lucianus Ioue tragœdo: Ναὶ, ἀλλ' ἐποποιῶν, ὦ Ζεῦ, καὶ ῥαψῳδῶν τὰ τοιαῦτα, ἐγὼ δὲ ἥκιστα ποιητικός εἰμι. Adhibe Suidam, & Heſychium.

3 Griphos. Ms. & vulgati plerique, *geryppos*: Baſ. II. *gryphos*. Γρῖφος eſt naſſa piſcatoria, id eſt vas vimineũ multis nodis, multis laqueis textũ & flexũ, ad piſces capiendos, claudendos. Hinc perplexa & flexuoſa dicta, ænigmata γρῖφοι vocata antiquis: ſimilitudine inflexæ illius & implexæ viminum texuræ. Suidas: Γρῖφος τὸ δίκτυον. λέγεται δὲ καὶ ὁ δύσκολος, καὶ ὁ συμπεπλεγμένος λόγος, ὁ ἔχων τὸ λανθάνον ἐν ἑαυτῷ μὴ φαινόμενον. Gellius Noct. Atticar. lib. I. cap. II. Κυρτῶν τὰς σκαζούσας θεωρίας, *alióſque id genus griphos neminem poſſe dicens niſi ſe diſſoluere.* Lucianus: τὰ αἰνίγματα καὶ τοὺς γρίφους ἀκούσας. Paraſitus in lapide antiquo: VIATORES OPTIMI, HIS NVGIS, GRIPHIS, AMBAGIBVSQVE MEIS CONDONATE POSCIMVS. Hi Griphi ſæpius etiam verſibus conſtabant, vt indicat lib. X. Athenæus. Vnde poëmati Auſoniano index, GRIPHVS.

4 *Orationes.* Sic Baſ. II. Reliqui, *rationes.*

7 *Poſſem equidem.* Baſ. I. *Poſt ſe me quidem*: Ms. cod. *poſſum me quidem.*

Ibid. *Sigillatim.* Vulg. *ſingulatim.* Singulatim, Singillatim, Sigillatim, eadem ſunt, & oppoſita Cunctim, idque genus aliis. Emendaui infrà lib. de Deo Socratis: *Sigillatim mortales, cunctim tamen vniuerſo genere perpetui.* Sidonius Apollinar. lib. VIII. Epiſtolar. *Qui non ſenſim ſingulátimque, ſed tumultuatim petiuis & cunctim.* Noſter lib. VII. Mileſiarum: *Pedéſque meos ſigillatim alligans.* Et de Dogmate Platonis: *Veluti ſigillatim exæquatum cunctis partibus dimiditur.* Apologia I. *Singillatim apprehendens omnem calumniæ* ... Plautus Trinummo:

Sin vnum quidquid ſingillatim & placidè percontabere.

Gellius lib. I. *Non de vnoquoque facto ſingillatim exiſtimat, neque certis exemplorum documentis; ſed generibus rerum ſummatim vniuerſimque vtitur.* Sed hæc fortaſſis nimia, in re tenuiori.

1 *Cunctim & coacervatim.* Sic rectè vltima editio. ante erat, *cunctim & concertatim.* Ms. *cuncti mea concertatim.*

12 *Quam quem.* Scripta hæc & poſtremùm edita lectio. In aliis, *quamquam.*

13 *Enim ſic.* Malè in Baſil. II. *Sic enim.* Notaui ſuprà.

14 *Porrò.* Ms. vet. *põ.*

1 *Etiam laudari te ab illo velis.* Trunca lectio quæ vulgata antè, *laudari ab illo velis.*

16 *Omni publicitus.* Vetus lib. *cũ publ.*

18 *Non tantum.* Rom. cod. *neque tantum.*

19 *Magíſque indicio.* Vulgati omnes, excepto Baſ. II. *magnóque indicio.* Sed ſcripſerim, *magíſque indicio.*

21 *Quod mihi.* Ms. *quod nihil.*

22 *Id quod facere.* Omnes antè editi, *Idq́ fac.*

Ibid. *Adorſus ſum.* Scriptus liber, *adortus ſum.*

2 *Dum modo rationem tuam in prouincialium negotiis contem*... *qua efflictim.* Vulgatum antè, *dum moderationem tu. in pr*... *quam effectim.* Qua ratione, id eſt quam ob rationem: Qua re, quam ob rem.

28 *Gratia, vita iucunda.* Lipſio placet ſcribere, *grauitas iucunda.*

29 *Blandíſque vigor.* Ms. *blandúmque rigorem.* Veriſimilis valdè coniectura maximæ ſpei adoleſcentis I. Douſæ filii, *blandíſque rigor.*

30 *Magis reuerita.* Vulg. *magna reuerita.*

Pag. 227. verſ. 2. *Prouincias.* Ms. ſcriptura, *prouincias.*

3 *Honorino.* Idem, *Honōē.*

Ibid. *Quàm vt te magis deſideraremus.* τὸ *vt* in Ms. cod. non eſt. Fortè, *Qua te magis deſid.* Qua, id eſt, ob quam. Sed magis placet Lipſiana lectio, *quamquam te mag. deſid.*

4 *Senilis.* Vet. *ſenis.*

6 *Effingit.* Idem, *effigit.* Num, *effigiat*? Sed bona vulgaris ſcriptura.

7 *In te.* Idem, *vite.*

8 *Dediſſes.* Sic Ven. & Ms. Alij, *dediſſe.*

10 *Celeres.* Vetus cod. *celer.*

12 *Deſideramus.* Idem, *deſideranimus.*

15 *Carthagines.* Idem, *Karthaginis.* ſic etiam lapides, & plerique codices priſci.

18 *Sol qui micantem.* Verſus ſunt ex L. Attij Phœniſſis: quos ita vt expreſſos iam vides, ſcriptos repperi, & rectius quam apud hunc noſtrum, meo animo, in Priſciani libello de Metris. Vulgarij, *Sol qui candentem feruido curſu*, &c. Ms. ita:

Sol q cadentē
Feruido curſu
atque equis flammam citatis feruido
ardore explicas.

Similis huic locus veteris Poëtæ Theodectis apud Io. Stobæum:

Ω καλλιφεγγῆ λαμπάδα εἱλίσσων φλογὸς
Ηλιε ποθεινὸν πᾶσιν ἀνθρώποις σέλας
Ειδες τιν' ἄλλων, &c.

Cui non diſſimile Cn. Mattij Mimiambis:

Iam iam albicaſcit Phœbus, & recentatur
Commune lumen hominibus voluptáſque.

20 *Itémque.* Ms. *Itérque.*

21 *Ceteræ vagantium.* Idem, *cetera euagantium.*

25 *Inuiſitata.* Sic ſcripſi ex illa veteri lectione quæ in ſcripto exemplari, *Vuſitate.* Vulg. *non viſitata.* Supra lib. VIII. Metamorphoſ. *Aper immanis atque inuiſitatus.*

30 *Pariter.* Ms. cod. *patitur.*

Ibid. *Herediolum ſterilem.* Scribo, aliter quàm God. Stewechius, *hered. ſterile.* Gellius lib. XIX. cap. VII. *In agro Vaticano Iulius Paulus, Poëta, vir bonus, & rerum litterarúmque veterum impenſè doctus, herediolum tenue poßidebat.* Heredium, apud Varronem, Plinium, Columellam, Feſtum, & noſtrum Apologia II.

Pag. 228. verſ. 4. *Pſittacus Indiæ auis eſt.* Vulgò, *Pſit. auis Ind. auis eſt.* Ceterùm antè illa, *inſtar illi*, &c. videtur quid deeſſe. Itaque notam aſteriſci adfixerim.

6 *Sed nec colorum columbarum.* Hæc cum paucis quæ præceſſerunt minimè integra aut emendata ſunt: ſed deſiderari, abundare quædam videntur. Aldini cod. & poſterioris Baſileenſis lectio eſt quam expreſſimus. Ms. *Sed nec columbarum.* Legerim, *ſed nec color vt columbarum.* Pſittaco non idem color qui columbis, rationem ſubiungit: *Non enim lacteus ille*, &c. Extricaui me quoquomodo ex hoc loco. quod minimè ſperaueram.

Ibid. *Non enim.* Ms. lib. *non ẽ.*

8 *Palmulis.* Elegantius Lipſio viſum, *parmulis.* Parmulæ rectè dici videantur turgidiores illæ in Pſittaco plumulæ, & in modum parmularum tumentes.

11 *Quæ roſtri. Cum ſermonem.* Malè plerisque in editionibus, *quæ ruſticum ſermon.* Ex qua legerat Lipſius, *Quare cum ſermonem.*

17 *Vti conformetur.* Ms. cod. *confirmetur vti.*

18 *Capiu & indocilis.* Idem, *capitis & ind.* Aliud quid ſubſtituendum puto, quod iam non ſuccurrit.

23 *Quo eis.* Vulgati plerique, & Ms. *quod eis.* Et poſt in ceteri etiam, *lingua latior eſt.*

26 *Videas.* Ms. *audias.*

27 *Conari non eloqui.* Idem, *conatẽ non loqui.* Lipſius, *tonare non loqui.*

Pag. 229. verſ. 1. *Id genus orationis.* Reſcribe, *id genus orationem.* iubent enim codex Ms. & Romana editio. de Deo Socratis: *Gignamus omnino id genus corpus.* De Mundo: *Quas ſapiens genus homo communibus vſibus fabricauit.* Ecquando non ſic noſter, cumque eo melioris Latinitatis magiſtri reliqui?

10 *Modo omnicana.* Lectio hæc Romani codicis: Ms. & alij, *modo omni cana.* Legi aliquando vna dictione, *modomnicana*: id eſt, omni modo canens. Vel potius fortè ſcribere velis, *modò omnicanax*, aut etiã, *modomnicanax.* Modomnicanax, vel omnicanax dumtaxat, quæ modos omnes, vel omnia canit. Sic Canacius infra lib. III. *Plenius gratias canaciúſque libro mandabo.* Sed quod antè legimus, *tempore ingi*: idem ſcriptus liber pro eo habet, *tempore lucis.*

11 *Hoc genus.* Membranæ, *hec g̃.* id eſt, *hæc ergo.*

12 *Diogene Crates.* Idem, *odio Cenocrates.*

Ibid. *Ipſe ſuggereret.* Idem, *ſuggereretur.*

17 *Adeóque is cupiebatur.* Idem vberius: *Adeoque eius cupib. imago.*

Ibid. *Virgo nobilis, ſpretis iunioribus ac ditioribus procis.* Hanc Hipparchiam vocat Diog. Laërtius lib. VI. noſter Hipparchem. Sed Laërtij verba ad hunc locum: Οὐδενὸς μνωμένων ἐπιστρεφομένη, οὐ πλούτου, οὐκ εὐγενείας, οὐ κάλλους. Ex quo etiã aliàs ſæpè in hiſce Philoſophicis ſcriptis verbatim multa noſter tranſtuliſſe huc videri poteſt; vt, ſi autem id ferre certò ſciremus, id certò affirmare non dubitaremus: aut certè illum à noſtro quædam mutuatum, quod minus veriſimile. Pluribus locis infrà id probabimus.

18 *Vltro eum.* Vulg. *vltroneum.*

19 *Interſcapulum.* Sunt qui malint, *interſcapilium*, teſte Beroaldo in III. de Aſino aureo. Gloſſarius liber: *Interſcapulum*, Μετάφρενον.

20 *Eámque ſupellectilem.* Laërtius: Καὶ ἀποθέμενος τὴν ἑαυτοῦ σκευὴν ἄντικρυς αὐτῆς, ἔφη, ὁ μὲν νυμφίος, οὗτος. ἡ δὲ κτῆσις, αὕτη· πρὸς ταῦτα βουλεύου.

22 *Querela eam caperet.* Ms. *querela cam̃. cap.* Contenderim ſcripturam genuinam eſſe, *querelæ cauſſam cap.* Querela propriè de animi offenſa coniugiali amori interueniente. Hinc in veteribus monumentis: CVM QVA VIXIT SINE VLLA QVERELA.

23 *Hipparche.* Ms. *in partem.*

Ibid. *Conditionem accipit.* Dio genes; Εἵλεθ᾽ ἡ παῖς. Terentius Andria: —— *Ita vt ingenium eſt omnium Hominum*

Hominum ab labore procline ad libidinem;
Accepit conditionem.

Sic ſemper Conditio, vbi de nuptiis & matrimonio ſermo: apud Plautum centies. Aulularia:

——*Tu conditionem hanc accipe, auſculta mihi,*
Atque eam deſponde mihi. Sticho:
Nam me quidem hæc conditio nunc non pænitet.
Neque eſt cur nunc ſtudeam has nuptias mutarier.

Trinummo: ——*Habeo dotem, vnde dem*
Vt eam in ſe dignam conditionem collocem.

Vnde in ſponſalibus diſcutiendis formula ſolemnis: CONDITIONE TVA NON VTOR. L. II. D. de Diuort. & Repud.

16 *Dux Cynicus in porticum.* Sic omnes libri, non bene tamen. emendo, *Duxit Cynicus in port.* Paulo aliter hæc cum paucis quæ ſequuntur narrat Diogenes, qui ait: Καὶ ταυτὸν ἀναλαβοῦσα σχῆμα συμπεριῄει τ' ἀνδρὶ, καὶ ἐν τῷ φανερῷ συνεγίνετο, καὶ ἐπὶ τὰ δεῖπνα ἀπῄει.

18 *Virginem imminuiſſet.* Ms. *virg. cum immi.* Et ex eodem paulò poſt, *paratam pari conſtantia*; cùm nuſquam antè τὸ pari eſſet.

19 *Ni Zeno.* Hæc non ſcribuntur Laërtio. Quod facit vt ſuſpicer ex alio quopiam veterum hauſiſſe hæc noſtrum, è quo fortè etiam multa in Vitas ſuas deriuauit ille Græcus.

30 *Magiſtrum.* Ms. cod. *magiſtri.*

31 *Exaduerſum.* Idem, *exaduerſo.* vt & ſequenti libro: *Seſe quiſque ex aduerſo quam proximè collocat.* Sed vtrumque rectum.

32 *Diſpeſcitur.* Editum antè paſſim, *diſpicitur.* Infrà lib. de Deo Socratis: *Cùm & habitacula ſumma ab infimis tanta intercapedine faſtigij diſpeſcant.* Plinius lib. V. *Inde Africam ab Æthiopia diſpeſcens.* Etiam corrigendus Martianus Capella lib. VI. *Nam ab Europa Calpe, Africa Abyla monte diſpeſcitur.* ibi enim vulgò legitur, *deſpicitur.*

Ibid. *Vtrumuis.* Ms. lib. *Verumuis.*

Pag. 230. verſ. 1. *Olitori.* Idem, *oleri.* Sed fortè potius legendum, *oliuitori.* Scio Olitorem alibi pro olerario à Lucio noſtro etiam poni. Sed coniuncta hæc ſæpius

obſeruaui, Vinitor, & Oliuitor: aut, Olиueta & Vineta. Sidonius lib. II. Epiſtolar. *Colles ædibus ſuperiores exercentur vinitori & oliuitori.* Vlpianus Fragment. tit. VI. *Veluti ſi vineta & olineta fecerit.* Syneſius Epiſtola LXVII. Διατείνει τοῦ κτήματος ἐγγύτατα πρὸς τῷ λόφῳ καὶ τῶν ἀμπελώνων ἐκ τῶν ἐλαιῶν.

2 *Omnis.* Ms. cod. *omnes.*

3 *Magis.* Idem, *magni.*

5 *Semiruta mœnium.* Idem, *ſemirupta*, expuncto τῷ mœnii.

7 *Secundo litore.* Fortaſſis rectè legas, *ſecundum litora.*

8 *Stadia.* Vet. cod. *Stadiis.*

9 *Auri & argenti.* Idem, *auri eſt & arg.*

10 *Lancibus.* In quibus exta, quæ aris Deorum impoſita. Virgilius lib. II. Georgicor.

Lancibus aut pandis fumantia reddimus exta.

Vbi Seruius: *Sacerdotum vſus eſt verbo. Reddi enim dicebantur exta, cum probata & elixa aræ ſuperponebantur.* Ouidius:

Nec defenſa iuuent Capitolia, quo minus anſer
Det iecur in lances, Inachi lauta, tuas.

De Speculis ſcripſi ad XI. Metamorphoſ.

12 *Vel inde.* Vulg. *Vel tamen.*

13 *Videor effectius.* Ms. lib. *video efficacius.* Num, *effigiatius*? Sed nihil mutem.

15 *Parili ſeparata.* Amplector ſcriptam lectionem, *parili ſeparatu.*

18 *Ac modico.* Rom. ed. *at modico.*

19 *Laculatur.* Hæc eiuſdem Romanæ editionis ſcriptura, & Ven. item Ald. Alij, *iaculatur.* Nihil dum certi de hoc conſtituere auſim. Iſidorus equidem Originum lib. XIX. cap. XXII. *Veſtis laculata eſt, quæ lacus quadratos quoſdam cum pictura habet intextos, aut additos acu.* Quod quomodo ad mentum trahi poſſit, necdum capio.

20 *Canenti ſimilis.* Ms. cod. *canenti ſimul.*

21 *Chlamyda.* Paſſim antè, *chlamyde.*

22 *Decoris inſtrumentis dependent.* Vetus liber, *decoris liliis.* Putem ſcribendum, *cetera decoris ſtriis.* Striæ id eſt, caturæ, ſulci, lacunæ, quæ in columnis. Sic etiam Varro lib. I. de re Ruſtica: *Qua aratrum vomere lacunam, striam facit, ſulcus vocatur.* Sidonius lib. IV. Epiſtolarum: *Quod ipſe*

apud

quari conchæ capacit: quæ per anſarum latus vtrumque in extremum gyri acta, fundi ſenis cauatur ſtriaturis. Hinc lib. x. Metamorphoſ. *ſimul triſtitiæ ſtriatam gerens frontem*: & XI. *Serpens ſtriato tumore ſiblimis.* Hæc ita ſcripſeram: cum magis probare ſeſe mihi cœpit Lipſij noſtri coniectura, *cetera decoris hiſtrici.* Inſtrumenta muſica ad decorem hiſtricum, ſeu hiſtrionium pertinere ait. Adſentitur Arnobius lib. VI. *Cum plectro & fidibus Delius cithariſtæ geſtus ſeruans cantaturi, & nænias hiſtrionis.*

23 *Structim.* Ms. *ſtrictim.*

25 *Suo ſabulum.* Lectio hæc veteris noſtri cod. & Rom. item omnium reliquarum editionum. Sabulum inſtrumentum muſicum fuiſſe arbitratur Varronianis Coniectaneis litteratiſſimus I. Scaliger. Lipſij coniectura, *ſuum ſibulum*, vel, *pulſabulum*: vt legi poſſe notatum etiam ad oram editionis Germanicæ poſterioris. Ego prima frõte ſcribendum putaui, *ſuſcitabulum*, & non malè ſic plectrum ipſum appellari: vt Phonaſcus dicitur, vocis Suſcitabulum Varroni, Ὄνος λύρας:

Phonaſcus adſum vocis ſuſcitabulum,
Cantantiumque gallus gallinaceus.

Sed venit nunc etiam in mentem ſcribi poſſe, ſi non eſſet remotius à veteri ſcriptura, *geſtu ſuo tinnulũm.* nam Gloſſæ Latinogræcæ: Tinnulum, πλῆκτρον. Quid ſi etiam, *Fibulam*, legamus, vt Iul. Pollux Græcis ἐπιπόρπημα Citharœdi inſtrumentum appellatum ſcribit lib. x. Ἐπιπόρπημα δὲ κιθαρῳδοῦ σκεῦος, ὡς Πλάτων, Δότω τὶς ἔνδοθεν καὶ ἐπιπόρπημα. Et certè Fibula hæc à ſimilitudine quæ illi cum fibula veſtium dicta videri poſſit. Quomodo ſæpius ab eodem fonte petita vocabula Latinos pariter vt Græcos iiſdem rebus indere videmus.

27 *Interquieuit.* Ms lib. *interquietum quod.*

29 *Cuiuſpiam puberum, qui Polycrati tyranno dilectus, Anacreonta Teium amicitiæ gratia cantillat.* Hæc recentioris editionis ſcriptura. aliarum fuit, *Anacreonteum amicitiæ gratia cant.* Ms. *Anacreonte vel am. gr. c.* Scribo ex fide hiſtorica, *quem, Polycrati tyranno dilectum, Anacreon Teius amic. gr. cant.* Anacreon Teius Smerdiam, puerum amatum Polycrati Sami tyranno, verſibus ſuis in cælum tulerat: quod non tam amoris

quàm amicitiæ gratia faciebat; magiſque indolem ingenij eius, quàm corporis formam eximiam prædicabat. Hæc ita apud Ælianum Variæ hiſtoriæ lib. IX. quem conſule. Innuit noſter plures adoleſcentulos ab Anacreonte laudatos, inter quos etiam fuit quidam Bathyllus nomine. Horatius Epod.

Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo
Anacreonta Teium.

Cuius etiam meminit ipſe, ſi ego ipſe rectè memini, in ſuis Poëmatiis, quæ paſſim leguntur.

31 *Pythagoræ Philoſophi ſtatuam eſſe*. Ms. cod. *Philoſophiſſa Pythagore tuam ẽẽ.*

33 *Multo doctiſsimus*. Deeſt *fuit*, aut ſimile. Antè in veteri libro, *natus Samius.*

Ibid. *Ac fermè*. Ms. cod. *at ferme.*

Pag. 231. verſ. 1. *Samo*. Vulg. *Samum.*

Ibid. *Sed haud quaquam Philoſophus tyranno dilectus fuit*. Eum tamen per epiſtolã Amaſidi, cum in Ægyptum proficiſceretur, commendauit. Auctor Diog. Laërt. lib. VIII.

3 *Mneſarcho*. Vulg. *Meſarco*. Ms. *Veſarco*. Laërtius Μνήσαρχον vocat.

4 *Comperio*. Vulg. *comperior.*

5 *Gemmis faberrimè ſculpendis*. Δακτυλιόγλυφον appellat Diogenes.

7 *Doctores*. Sic vulgati. Ms. *ductores*. probo.

10 *A quodam Gillo Crotonienſium principe*. Qui hic Gillus dicitur, mendosè fortaſſis, Γύλων vocatur à Themiſtio Euphrada, qui hanc hiſtoriam attingit, Oratione IV. Ἀνὴρ γὰρ ὁ Μνησάρχου τοσοῦτον ἄρα ἀπέλαυσε τῆς πολυμαθοῦς σοφίας ὥστε μετασκευάσης ἀεὶ διαβίω διὰ τοὺς βασκαίνοντας καὶ κολάζοντας ἐκ Σάμου μὲν εἰς Κρότωνα διὰ Πολυκράτην, ἐκ Κρότωνος δὲ εἰς Λοκροὺς διὰ Γύλωνα.

13 *Vices*. Fortè, *vires.*

14 *Nec his artibus*. Poſtrema editio, *ſed nec his art.*

15 *Brachmanas*. Ms. al. *Barcinanos.*

16 *Indiæ gens eſt*. Fortè gloſſematiũ marginale hoc fuit.

19 *Nec non*. Ms. cod. *ne tñ.*

20 *Terra*. Idem, *grã.*

21 Brachmanæ

21 *Brachmanæ.* Idem, *Bracinani.*

22 *Corporúmque.* Vulg. *quàm corporum.*

25 *Syro.* Non eſt hoc in vet. cod. Baſ. II. *Syria.* Inſula Syria, vt Terra Gallia.

25 *Paßis verbis.* Priores editiones cum Ms. *paßim verbis.* Vnde ſuprà ſcripſi, *paßinis verbis.* Sed illud Paſſis verbis iam non adeo diſplicet.

Ibid. *Loquutis.* Ms. cod. *loculo.*

28 *Infandi morbi putredine.* Plinius lib. VII. cap. LI. *Vt Pherecydes Syrius copia ſerpentium ex corpore eius erumpente expirauerit.* Sed qui iſti Serpentes? Nota nouitatem ſignificationis: pediculi ſunt. Heraclides Περὶ πολιτειῶν libro: Φερεκύδης ἴδιος ὑπὸ φθειρῶν καταβρωθεὶς ἐν Σάμῳ ἐτελεύτησεν. Idem Ælianus Var. hiſtor. lib. IV. & Plutarchus in vita Sullæ de huius Pythagorici præceptoris morte narrant.

Ibid. *Scabrem.* Sic correxi è libro ſcripto. Vulgò vbique, *ſcabiem.* Varro Manio: *Ager derelinqueretur, ac periret ſquale ſcabréque, illuuie, & vaſtitudine.* Virgilius Ciri:

——Quam te tam triſtibus illis
Sordibus, & ſcabre patiar tabeſcere tali.

32 *Leodamantem.* Si Diogenem ſequeris; ſcribes, *Hermodamantem.* Verba eius iam notabo.

Ibid. *Creophyli diſcipulum.* Ms. *erropoli:* Baſ. I. marg. *Creopili:* aliæ editiones, *Creophili.* Diogenes, Κρεοφύλου. Sed ſcribendum Creophyli: vt ibi bene notatum ab Iſaaco Hortibono diligentiæ doctrinæque magnæ viro, & laudatus locus Callimachi: ——Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι

Γράμμα Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε τοῦτο μέγα.

Noſter Leodamantem Creophyli diſcipulum facit: Laërtius Hermodamantem eiuſdem nepotem. Verba eius ad hunc & præcedentem locum: Καὶ ἤκουσεν Ἑρμοδάμαντος τοῦ ἀπογόνου Κρεωφύλου.

Pag. 232. verſ. 2. *Comitibus diſciplinarum toto orbe hauſtis.* Fortè rectius, *fontibus diſ. t. o. h.* vel vt Lipſio placet, *ſomitibus diſc.*

5 *Conditor.* Vulg. *creditor.*

7 *Verbáque.* Ms. *verba.*

11 *Deſueſcebant.* Idem, *deſueſcebat.*

 14 Velut

14 *Velut.* Idem, *tum.*

15 *Exilio vocis puniebantur.* In Margarita Poëtica legitur, *in exilium vocis punieb.* bene: id eſt, in modum exilij cuiuſdam. qualem locutionem notauimus latius ſuprà ad lib. II. Metamorphoſ.

17 *Adoptatus.* Ms. cod *adoptaret.*

PETRI COLVI IN FLORIDORVM LIBRVM III. NOTÆ.

PAG. 233. verſ. 6. *Principes A. V.* Sic diſertim in membranaceo noſtro. Vulgati, *Principes Auguſti.* Non mihi Lipſius, *principes Af.* id eſt, *Africæ.* quæ lectio Tertulliani ipſiuſque Apuleij auctoritate nititur. Sed notas, quæ in veteri libro, legerim, *Principes Auguſtæ vrbis:* vel, *ampliſſimæ vrbis.* Nam coloniæ ſæpius Auguſtæ vocatæ. Principes vrbis, vt Principes ciuitatis. Quintilianus Declamatione CCCI: *Quomodo hanc inuidiam potuiſſet ferre pauperias, ſuccidere filia mea voluiſſet inter principes ciuitatis?* Annæus Cornutus ad Italium de Virgilio lib. IV. *Iámque exemplo tuo ciuium principes ciuitatium & Poëtæ incipient ſimilia fingere.* apud Soſip. Chariſium. Gellius lib. XVIII. *Et illuſtre Lacedæmonium conſilium dediſſe dicit virum indidem ciuitatis eiuſdem principem.* Noſter ſupra Metamorphoſ. lib. II. *Caue diligenter, principum ciuitatis huius filij cadauer à malis Harpyis probè cuſtodias.*

Ibid. *Obſtatuam.* Idem, *obſtituam.*

11 *Abſuerim, contulerim.* Idem, *affuerim.* Scriptum olim, *aſuerim.*

15 *Nihil tantum.* Hæc nunc primùm è veteri noſtro addidimus: in nullo vulgatorum erant. Et ſic certè elegantior hic locus multò, quàm vt antè.

24 *Etiam vicit.* Vulg. *& vicit.*

25 Pudet.

25 *Pudet dicere.* Gellius Noct. Atticar. lib. XVII. cap. IV. *Menander à Philemone, nequaquam pari ſcriptore, in certaminibus comœdiarum ambitu gratiáque, & factionibus ſæpenumero vincebatur. Eum cum fortè habuiſſet obuiam, Quæſo, inquit, Philemo, bona venia, dic mihi, cum me vincis, non erubeſcis?*

26 *Agnatos lucide explicatos.* Ms. *adgnatos.* Conieci antè annos aliquot, legendum videri, *ac nodos luc expl.* vt apud Horatium, in hac eadem re:

Néue minor, neu ſit quinto productior actu
Fabula quæ poſci vult & ſpectata reponi.
Nec Deus interſit niſi dignus vindice nodus
Inciderit.

Vbi bene notatum ab Achille Statio hunc Nodum ab Ariſtotele libro de Poëtica arte, *δέσιν* ſeu *πλοκὴν* dici. Sed iam vulgatam ſcripturam ferendam putem; ſi per Agnatos lucidè explicatos intelligamus affines, conſanguineos ſeſe mutuo recognoſcentes, agnoſcentes. quod in comœdiis ſæpius accidere, teſtes nobis Plautus & Terentius: in quibus huiuſce rei plurima exempla.

33 *Et miles prœliator.* Deſunt hæc veteri libro.

Pag. 234. verſ. 3. *Actu* Nec hoc agnoſcit idem liber.

5 *Ad vos venit vſus nuperrimè.* Melius, *apud vos venit vſui nup.* Et ſic etiam coniecerat legendum elegantiſſimus adoleſcens I. Douſa, magni patris magna proles.

6 *Reliquum autem.* Vulgati plerique, *Reliquum tam.* Rom. verò, *Reliquum tamen.*

7 *Variis poſtulantibus.* Sic Ms. cod. Vulg. *vanis poſtul.* Vnde Fruterio cõiectura nata, *comenis poſtul.* mihi, *amicis poſtul.*

Ibid. *Deincipiti die.* Ms. *de ancipite die:* Vulg. *deincipiti.* V. N. Ianus Douſa reponit, *deincipe:* vt Principe dicimus. Malui ego, *deincipite die:* vt Ancipite, non Ancipe.

9 *Exaduerſum.* Ms. idem, *ex aduerſo.* Vide ad librum præcedentem.

11 *Seſſui.* Idem, *ſexui.*

12 *Fartu toto theatro.* Idem vetus, *arto toto theatro.* quod non probo. Vulgatam enim lectionem aſſerit Seneca Epiſt. LXXVI: *Quoties ſcholam intraui præter ipſum theatrum Neapolitanorum, vt ſcis, tranſeundum eſt Metronactis petentibus domum. Illud*

quidem

quidem fartū eſt: & hoc ingenti ſtudio, quis ſit Pithaules bonus iudicatur.

13 *Qui affuerant recordari audita.* Hæc non ſunt in Ms. cod.

15 *Condictum.* Sic Ms. Rom. & Baſ. 11. Reliqui, *condienm.*

18 *Accirent.* Repoſui ita, licet omnibus libris reclamantibus legentibuſque, *acciperent.* Varro Rhetoricorū lib. xx. *Vt conſules ac prætores qui ſequuntur in caſtra, Accenſi dicti: quod ad neceſſarias res ſæpius accianttur, veluti accerſiti.* Sic enim ibi apud Nonium legendum, non, *accenſiti.* Apud eumdem pariter emendandus Attius, Armorum iudicio:

—— *Bene facis.*

Sed quid nunc ſubiti mihi febris acciuit mali?

& M. Varro, Sexageſi: *Acciti ſumus, vt depontaremur. murmur fit verum.* Hæc tanti mihi non fuiſſet in medium adducere, niſi vt de locorum illorum lectione veriore conſtaret etiam non doctiſſimis.

21 *Adhuc os recto libro impreſſum.* Dictio, *os*, abeſt à veteri. Sed fortè verius legamus, *adhuc os lecto libro imp.* Aut ſi ſcriptum codicem ſequeris; *adhuc recto*, vel potius, *lecto libro impreſſa.* & ad manum referatur.

23 *Perculſi.* Ms. noſter, *percuſſi.*

30 *Funebrem facem.* Rom. Ven. *fun. facere.* De cereis, facibus funebribus dictum latè lectiſſimo Lipſio ad Annal. Taciti. Sed illud adhuc dignum nota, quod Iſidorus ſcribit, *Funus dictum à funibus accenſis, quos ante feretrum papyris circundatos ferebant.* quia etiam de eodem genere facis ſeu cerei locus Antipatri lib. VI. Epigrammat. Græcorum:

Λαμπάδα κηροχίτωνα, κρῆνη πυφήρεα λύχνον,

Σχοίνῳ καὶ λεπτῇ σφιγξάμενον παπύρῳ.

33 *Exequias eumdum.* Minus rectè Ms. *ad exequias eundem.* Terentius Phormione:

Exſequias Chremeti, quibus commodum ire, iam tempus eſt.

Sic Exequias venire, infrà lib. IV.

Pag. 235. verſ. 5. *Paniſſimè.* Vulg. *pleniſſimè.* Notaui ſuprà.

7 *Deſringerem.* Baſil. 11. ſcriptura. Vetus cod. *deſregerem*, vulgati alij, *deſtringerem.*

8 *Etiamdum.* Aliàs, *etiam dum.* Iamdum, vt Primumdum, & id genus alia. Exempla forſitan mihi colligentur infrà ad Apologiam I.

9 Sudor

9 *Sudoro affatim corpore.* Id eſt ſudanti, ſudore vndanti. Vulg. *ſudore affat. corp.* Notetur nouitas dictionis, Sudorus.

10 *Diutile.* Ms. cod. *diutinè.*

12 *Letum abire.* Sic idem vet. cod. Vulg. *letum abiret.* Quidni rectè dictum, *letum abire, quam lectum?*

18 *Redditum.* Benè ita vetus. Vulg. *reditum.*

19 *Dempſiſtis.* Quidam, *depreßiſtis.*

22 *Quin magnitudo.* Vulg. *quia magnitudo.*

25 *Id eſt.* Ms. cod. *idem &.*

27 *Paruum pretium.* Idem Ms. *pa'uum*: Ald. Rom. *paruum pretium.* Rectè, & ad Plauti imitationem. qui alibi: *Si pergo parum fidem mihi eſſe arbitrarier.*

28 *Emere velis.* Vulg. *emere potius velis.*

29 *Quem qui.* Ms. cod. *quod q.*

30 *Vnam gratiam quod.* Ms. idem, *vna grã.*

Ibid. *Quod impetrarit.* Margarita poëtica legit, *quàm impetr.*

33 *Ergo gratiam.* Vulg *igitur gratiam.*

Ibid. *Immò enimuero.* Vetus lib. *Vno enimu.*

Pag. 236. verſ. 3. *Certa eſt.* Verbum, *eſt* non erat in vulgatis.

4 *Quæ debeat Philoſopho.* Scribo, *qua debeat Philoſophus. Sibi,* quod ſequitur, non eſt in Ms.

5 *Liber.* Membranaceus codex, *liberè.*

7 *Scitis eum hodie nobiſcum probare.* Hæc non ſine ſenſu commodo leguntur: tamen melius putauimus, *ſi ſcitis eum ho. nob. pr.* vel, *ſi is eum hodie vobiſcum probarit.*

8 *Tantus, ut prænobilior ſit proprio ingenio.* Priores editiones, *tantus prænob. ſic proprio ing.*

11 *Numantiæ.* Nomen hoc non eſt in Ms. lib.

14 *Commemoratu meo.* Ms. cod. *commemaũ cũ.*

17 *Nondum.* Idem, *audum.*

Ibid. *Sed quæram ſedulò.* Sic ſcriptus liber, ſic etiam vltima editio. Antè, *Sed ſedulò & commentabor.*

25 *Mereor.* Quidam, *vereor.*

26 *Honore.* Omnes editi ante, *teſtimonio.*

30 *Adſtitit* Margo editionis poſtremæ hanc lectionem habet. Alij omnes, *extitit.* Sed *adſtitit*, tamquam patronus clienti.

31 Libello

31 *Libello miſſo, per quem poſtulabat locum celebrem ſtatuæ meæ.* Locus enim ſtatuæ ponendæ olim peti, impetrari à municipibus ſolebat: vt indicant aliquotiens Iuriſconſulti noſtri. L. XIV. D. de Condit. & demon. L. II. D. de Loco publ. fru. ex decreto autem ordinis decernebatur: id indicat Inſcriptio vetus Exone:

P. F. MAR. F. MARAN FILIO CALPVRNIANO OR. RET. DEFVNCTO AN. XVIII. MAR. MARANVS COMMVNI AFFECTIONE CALPVRNIAE VXORIS ET MATRIS RECEPTO IN CLIENTELAM CIVIVM AESONES. ET LIBERALIBVS STVDIIS ERVDITO IMPETRATO LOCO EXD. ORD. STATVA FOVENS MEMORIAM PIETATIS HONORAVIT DATISQ. SPORTVLIS DEDICAVIT.

Innumeri alij lapides priſci è quibus idem obſerues. Noſter hoc ipſo libro infrà: *Qui in illa ſanctiſſima curia adeunt, tam libenter decreuerunt omnes locum ſtatuæ.* Non aliter accipiendus Vlpianus L. XIII. § IV. de Iniuriis: *Si quis de honoribus decernendis alicuius paſſus non ſit decerni, vt puta imaginem alii, vel quid aliud tale.*

33 *A commilitio ſtudiorum.* Vulg. *ac commilitiæ ſtud.* Commilitij dictione etiam vſus Triphoninus IC. l. XIX. de Caſtr. pecul. Sidonius lib. I. Epiſtol. *Cùm ſemper mihi, tum præcipuè commilitio recenti familiaris.* Ita legendum illud ex lib. I. Manilij eleganter arbitratur Lipſius noſter:

Et commilitio volucris Coruinus adeptus
Et ſpolia, & nomen, qui geſtat in alite Phœbum.

Vbi in correctiori etiam editione legas, *Et cum militia.* Vnde fortè etiam poteſt ſcribi, *Et commilitia.* Nam & Commilitium, & Commilitia indifferenter quin dicatur, nihil prohibet.

Pag. 237. verſ. 1. *Honeſtè.* Non agnoſcit hoc Ms. cod. Ibid. *Tunc.* Idem, *tū.*

7 *Adhoc.* Antè vbique, *& hoc.*

11 *Suffragio.* Vetus cod. Ald. *naufragio.*

12 *Carthagini.* Vulg. *Carthaginem.*

13 *Quadringes & ſeinges currus.* Arnobius lib I. *Admirantes, plaudentes,*

plaudentes ad cæli ſuſtollitis ſidera, bibliothecarum reponitis in arcanis, quadrigis & ſtatuis muneramini.

14 *Ponere.* Vetus, *panere.*

15 *Culmen.* Ms. cod. *columen.* nec malè.

17 *Votis omnium* Sic repoſui; quod in veteri eſſet, *vatis om.* Evulgatis quidam, *vocis om.* quidam, *voce omn.*

18 *Curia Carthaginienſium.* Amplius in Ms. lib. *curia ea Carthagin.*

26 *Id eſt, vt.* Idem vet. *idem vbique.*

29 *Id ego neſcirem? haud prædicarem?* Veteres edit. *Id ego neſ. ac præd.* Fortè etiam, *id ego ni ſcirem, ac prædicarem.*

30 *Ordini veſtro.* Antè, *ord. noſtro.*

33 *Honor eſt.* Ald. *honorum.*

Pag. 238. verſ. 2. *Nobis.* Scriptus liber, *nõ.*

3 *Præfiſcinè.* Sic ſcribendum fuit, vel, *præfiſcini.* Vtrumque enim Grammaticis idem. Vulg. *præſuſiuè:* Ms. *p̄faſinè.* Correxit hunc locum ante nos Variar. lection. lib. x. Muretus. Adde Gellium lib. x. cap xxiv.

5 *Artificis.* Vulgo cum copula, *& artificis.* quæ rectius abeſt à libro ſcripto.

9 *Tum ego.* Rom. Ven. Baſ. 1. *tamen ego.*

12 *Canaciúſque.* Scriptus codex, *canentique:* Baſil. poſter. *canacique.* Bap. Pius teſtatur quoſdam legere, *canſatiúſque:* & ipſe reponit, *capaciúſque.*

15 *Oggerere.* Ms. *gerere.*

16 *Se & otioſis.* Legendum puto, *ſemet otioſis.*

18 *Enim à me.* Vulg *eius à me.*

29 *Concupiſcenda.* Ald. *cupiſcenda:* Rom. *inconcupiſcenda.* Inconcupiſcere, vt infrà lib. IV. Incognoſcere: *Vt incognoſceret, more ingenij humani, quiſnam eſſet.* Hac verborum compoſitione gaudet noſter. Ad eum modum lib. VIII. Metamorphoſ *Incoactum lac dixit.* Et ideo rectè ſcriptum infrà de Deo Socratis: *Atque ideo intemperare & regere ea, quorum curam fuerit, diligentiámque ſecuta.* Sic Intribuere apud Plinium. vbi Traianus ad illum: *Poſſumus eorum deſiderio indulgere, modò ne quid ideo intribuant, aut minus illis in poſterum ſit ad neceſſarias erogationes:* id eſt, contribuant; vt Intributiones in iure noſtro non ſemel, pro contributionibus.

30 Rarenter

30 *Rarenter adeundi.* Locus hic totus non bene ſanus eſt. Legebam, interpungebam ita: *Quippe non promptè veniam impertire rarenter adeunti, aſſiduitatem eius requirentis eſt,* &c.

33 *Quoniam neceſſe eſt eiuſdem.* Notandus hic locus, vt mutilus: qui forſitan ita ſupplendus, *Quoniam neceſſe eſt eiuſdem gratam eſſe præſentiam, cuius angat abſentia.*

Pag. 239. verſ. 1. *Cuius angat.* Ms *cuius agant.*

2 *Vſu iuerit.* Fortè, *vſui fuerit.* Sed Iuerit, id eſt, iuuerit. Catullus:

Non, ita me Diui, vera gemunt, iuerint.

Sic legimus infra Apologia 1. ductu veteris libri: *Quippe illa terra alumna multum ad meliorem ſaporem iuerit.*

4 *Coartentur.* Vetus lib. *carcerentur,* nouo verbo.

10 *Arteriæ.* Potius, *arteriis,* vt in aliis.

11 *Ipſius vocis hominis exercendi caſus labor.* Ms. *vobis hom.* Fortè legendum, *Ipſius vocis hominis exercendi caſſus labor ſupernacaneo ſtudio plurifariam ſuperatur.*

16 *Dicere.* Sic vetus cod. Rom. *dicem̄*: Baſ. 1. cum ceteris, *decem.* Statim, *immeditatos ſonores,* potius ſcribendum putaui, quàm *immediatos.* Virgilius:

Silueſtrem tenui meditatur arundine muſam.

20 *Fremores: ceteraq́; id genus voces animalium.* Nihil horum in ſcripto exemplari.

25 *Auditorio.* Sic Romana editio. Ms. *in auditorio*: Vulgati alij, *adiutorio.*

28 *Non niſi confertos homines conſectarer.* Scripta lectio, *non niſi inter confertos homines conſecrarer.*

Pag. 240. verſ. 2. *Nitebantur.* Eadem, *videbantur.*

3 *Auibus hæc ſecretaria, vt.* Ms. cod. *auibus hæc ſecretari aut.* Sic Terræ ſecretariæ, infrà lib. de Mundo: *Illi etiam ignes, qui terræ ſecretariis continentur.* In cod. Theodoſiano & Iuſtin. Secretarium locus eſt ſecretus à vulgo, in quo iudices ſedebant, cauſas examinabant. L. III. de Offic. diuerſor. iud. l. vlt. Vbi ſenatores vel Clariſs. L. V. de prox. ſacr. ſcrin. lib. X. Cod. & alibi. Hunc intelligit Saluianus lib. III. de Gubernat. Dei: *Intra ianuas non modo illuſtrium poteſtatum, ſed etiam præſidum aut præpoſitorum non omnes paſſim intrare præſumunt: niſi quos aut iudex vocauerit, aut negotium traxerit,*

aut ipſa

ut ipſa honoris proprij dignitas introire permiſerit. Σηκρῆτον appellat Euſebius Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. VII. cap. XXXI. σηκρῆτον δὲ, ὥσπερ οἱ τοῦ κόσμου ἄρχοντες ἔχοντες καὶ ὀνομάζων. de Ducenario, qui iudicem agebat. quem locum nobis humaniſſimus Lipſius indicauit. Sed ita etiam Imp. Zeno iudicantis Secretum accipit. L. Nullum. XIII. C. de Teſtib. Et fortaſſis, hinc Secretum, ſeu Secretarium hic locus dictus, quòd velis obtentis & oppanſis, cùm quidem grauioribus de cauſis & præcipuè criminalibus, quæque ampliorem deliberationem requirerent agerentur, ibi iudices à conſpectu litigantium reorum, reliquique vulgi ſecernerentur & ſepararentur. Vnde & Secretarij hodie dicũtur, vulgari & trita iam paſſim ſignificatione. Sed ad Vela hæc iudicum pertinet elegans locus D. Baſilij Magni Epiſtola ad Euſebium, qui dignus omnus hîc legi: Εἰ γὰρ οἱ τοῦ κόσμου τούτου ἄρχοντες ὅτ' ἂν ἐπὶ τῷ πρέπειν θανάτῳ καταδικάζειν μέλλωσιν, ἐφέλκονται τὰ παραπετάσματα· καλοῦσι δὲ τοὺς ἐμπειροτάτους πρὸς τὴν ὑπὲρ τοῦ ὑποκειμένου σκέψιν. καὶ πολλὴν ἀναχολάζουσι χρόνον, νῦν μὲν τοῦ νόμου τὸ ἀπότομον ὁρῶντες, νῦν δὲ τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως δυσωπούμενοι. καὶ πολλὰ στενάξαντες καὶ τὴν ἀνάγκην ἀπολοφυρόμενοι δῆλοι πᾶσι γίνονται πρὸς ἀνάγκην ὑπηρετοῦντες τῷ νόμῳ οὐ κατ' οἰκείαν ἡδονὴν ἐπάγοντες τὴν κατάκρισιν. Hinc intelligenda lex Imp. Conſtantini: *Non ſit venale iudicis velum, non ingreſſus redemptus, non infame licitationibus ſecretarium.* L. I. Cod. Theod. de Offic. rect. prou. nec de alio etiam Velo ſenſerunt Imp. Honorius & Theodoſius: *De ſubmerſis nauibus decernimus, ut leuato velo cauſæ iſtæ cognoſcantur.* L. V. C. de Naufrag. lib. XI. L. VI. Cod. Theod. eod. Cognoſcitur de ſubmerſis nauibus leuato velo, vtpote cauſis leuioribus; cum in grauioribus id ſemper adduceretur. Notemus igitur hunc morem, & leges has hinc intelligamus. quas non ſatis aptè vel apertè noſtri æui Iuriſconſulti maximi nobis explicaſſe videri poſſint.

f *Garriunt.* Scripturam hanc veterem non ſpreui, præ vulgari, *garriunt.* Et certè neſcio quomodo Gurriendi verbum aptius fictum videtur, quàm ipſum Garriendi, ad exprimendum garritum iſtum minurritionemque

vernantium iſtarum auicularum.

8 *Pueris, adoleſcentibus.* Copula in vulgatis, *pueris & adoleſ.*

9 *Canat.* Vulg. *cantat.*

12 *Iuuenibus.* Ms. liber, *viuentibus.*

13 *Omnium.* Rom. Venet. *hominum.*

18 *Meritiſſimò.* Vulg. *mitiſſimo:* Ms. *merentiſſimo.* Sic ſuprà lib. 1. & infrà de deo Socratis: *Falſum meritiſſimò dixeris.* Cæcilius Aſoto:

Meritiſſimò hic me deiecit ex hac decuria.

Plautus Aſinaria Epidico, & alibi: item Terentius.

PETRI COLVI IN FLORIDORVM LIBRVM IV. NOTÆ.

PAG. 240. verſ. 33. *Delectus eſt.* Ms. cod. *deiectus eſt.*
Pag. 241. verſ. 5. *Comœdus.* Idem, *comœdis.*

9 *Spectari.* Idem, *ſpectare.* Et poſt, vbi, *oratio, õroné.* ideſt, *orationem.*

11 *In theatro dici facit.* Romæ ita editum. In aliis omnibus, *in theatro dici ſolet.* Vnde alij, *dicere ſolet.*

15 *Perparuam partem.* Verſus è Plautinæ Truculenti Prologo numeris hic ſuis reddidimus, ita vt in Camerariana editione leguntur.

Perparuam. Vulgò, *paruam.*

16 *De veſtris magnis atque.* Ibidem, *de noſtris mag. at.* Lipſius Antiquis lectionibus, *De muris magnu atq.*

17 *Athenas quo ſine architectis conſerat.* Vulgò, *Athen. quo in archit. conſ.* Mira varietas lectionis huius verſiculi in veteribus libris Plautinis, tam cuſis quàm ſcriptis. Aldus olim impreſſit,

Athenas quo ſine arcu peltis conſerat.

Lipſius monuit, in Vaticanis legi, *ſine arcuſpletis conſeramik,* *arcuſpetis.* Vidi ego ſcriptum etiam, in quo erat, *arcuſpetis.*

Olim,

Olim, ante has omnes lectiones viſas, rebar ſcribendum,

Athenas quo ſe in arcem tutùs conſerat,

Nota arx Athenis.

18 *Liceat.* Vulg. *licet*.

23 *Auditorij, prolixa.* Ms. cod. *auditorij prolixi.*

24 *Clauderet.* Vulg. *clauderetur.* Claudere, pro Claudicare. Priſcianus lib. x. Verbum hoc eleganter repoſitum à maximo Lipſio, in Terentio, Liuio, Gellio: Variis, Epiſtolicis, Electis.

25 *Nihil quidquam.* Plautus Amphitruone:

——*Ita quoque comparatum*

Eſt in ætate hominum,

Ita Diis placitum; Voluptati vt Mæror comes conſequatur.

Quæ ſententia ſumpta videri poteſt à Comico Græco veteri, Antiphane: ——Αἱ γὰρ ἡδοναὶ

Οὐκ ἐπὶ σφῶν αὐτῶν ἐμπορεύονται, ἀλλ' ἀκολουθοῦσ' αὐτὰς

λῦπαι καὶ πόνοι.

26 *Proſperum.* Ms. cod. *proſperè.*

30 *Etiam alias.* Vulgatum vbique, *in aliàs.* & poſt: *tum etiam nunc.*

33 *Extrarios.* Vulg. *extraneos.* Haud tanti vt diſcriminem verum melius. Et hoc & illud paſſim obuium, tam in noſtro, quàm aliis priſcis ſcriptoribus.

Pag. 242. verſ. 2. *Stimulis refrenor.* Vulg. *etſi multis refrenor.*

3 *Cohibeor.* Ms. lib. *cohibebor.* poſt, pro *An non*, vulgo, *At non.*

5 *Inuiſitatus.* Vulg. *inuſitatus.*

7 *Parua in concilio Africe.* Fortè potius, *in conſinio Africæ.*

Ibid. *Enimuero.* Vulg. *id eſt veſtro.*

17 *Semper adeo. Et vbique.* Vulg. *ſemper adeo, & vbique.*

19 *Rependo.* Romæ, *impendo.*

22 *Protagoras quidem.* Vulg. *Protagoras qui.* Adi Quintilianum lib. III. Inſtitut. Gellium lib. V. cap. X.

23 *Cum primis.* Malim, *in primis*: id eſt, inter primos.

25 *Eum.* Vulgati quidam, *Hunc.*

26 *Euathlo.* Ms. *Euado.* Sed nomen idem in Gellio.

29 *Decipula aduerſantium.* Abſunt hæc à veteri: Num legendum potius, *dicibula aduerſ.* Sic Dicibula puerilia, apud

Tertullianum aduerſus Valentinianos cap. XI. *Satis meminerat Ptolemæus puerilium dicibulorum, In mari poma naſci, & in arbore piſces*

30 *Alioquin.* In veteri libro, *alio qieti.*

31 *Ingeniatus.* Ald. *ingenatus.* Scribendum Plauti Milite:

Itidem diuos diſpertiſſe vitam humanam æquum fuit,
Qui lepidè ingeniatus eſſet, vitam longinquam darent:
Qui improbi eſſent, &c.

Vbi, dum vulgatam lectionem, *Qui lepidè ingenuatus,* explicare nititur Lambinus; nihil minus quàm boni Commentatoris officio functus videri poteſt. Nam etiam Gellius XII. cap. I. *Corpuſq; & animum bene ingeniatis primordiis inchoatum, inſitiuo degeneriq; alimento, lactis alieni corrumpere.*

32 *Nectendis.* Ald. Ven. *nectendi.*

33 *Aſſerere velle.* Idem vetus, *à ſe reuellere.*

Pag. 243. verſ. 2. *Quam in docendum.* Sic expreſſe idem Ms. vulg. *qua docendum.* Quam in, in quam. Sic ſcribendum ſemper putaui Plauti Caſina:

Nec qua in plura ſunt, mihi quæ ego velim.

maleque edi, *Nec quacum.* Sed hoc iam ſuprà monui, ni memoria fallit.

4 *Vt condemnatus: ſeu tu viceris, nihilominus reddere debebis, vt pactus.* Omnia hæc abſunt à Ms libro.

7 *Si vinceris.* Liber ſcriptus, *& ſi vinceris.*

8 *Quid quæris?* Vulg. *quod quæris.*

17 *Inter ſe terere.* Elegans è veteri codice hæc lectio. Vulgant, *inter ſe coërcere.* Paulò ante pro, *obuerſa,* Ms. idem, *abuerſa.*

19 *Senticoſa.* Ms. *ſententioſa.*

20 *Cui ſcilicet.* Vulg. *cui ſed.* Simile ſuprà ad lib. X. Metamorphoſeon.

28 *Idem Lunæ.* Malim ſcribere, *item Lunæ.*

29 *Delinquentis.* Rom. Ven. *deliquentis.* Ms. cod. *deliquantis.* Ab Obliquus, Obliquare, à Reliquus, Reliquare verbum componitur: quídni etiam à Deliquus, Deliquare? At veritatem cuſæ ſcripturæ adſtruit Paulus Feſti epitomator: *Deliquium Solis à delinquendo dictum, quod delinquat in curſu ſuo.* Sed Pompeius ſcripſerat, *à deliquando dictum, quòd deliquet in curſu ſuo.* Ergo iam audacter reponamus, *Lunæ deli-*

quentis: notemus Deliquium Lunæ, vt Deliquium Solis. Venit etiam nunc in mentem Varronis locus lib. VI. de Lingua Lat. qui ſic vulgatur: *Deliquium dictum ab eo quod deliquatur: vt turbida quæ ſunt deliquantur, vt liquida fiant. Aurelius ſcribit, Deliquium eſſe à liquido, Claudius ab eliquato.* Sed correxerim *Claud. à deliquato*, ſeu, *deliquando*. enim potior hæc huiuſce dictionis etymologia. Deliquium dixerat Plautus Caſina: *Quando nil tibi domi delignum eſt*, id eſt, nil tibi deeſt, nullus eges. Ibid. *Obſtacula.* Idem vetus, *obſtiticula.*

33 *A ſe.* Idem, *ad ſe.*

Pag. 244 verſ. 7. *Prorſum.* Ms. *prorſus.*

9 *Thali ea.* Idem, *Thalica.*

11 *Carthaginienſis.* Idem, *Karthaginienſibus.*

Ibid. *Dependo.* Idem, *rependo.* Sed nihil mutaui. Supra lib. VII. de Aſino aur. *Nonnihil vobis, cum lupanari ſeruierit, vindictæ depenſuram.*

16 *Nunc quoque.* Editum antè, *Et nunc quoque.*

18 *Propitius reſpicit.* Sic Romana editio. Ms. *ꝓpius ſtrepit*: aliarum, *propitius ſtrepit.* Fortè etiam, *repit*: tamquam de ſerpente.

20 *Illius agricola.* Ms. cod. *illis agricola.* Gulielmius noſter non malè, *illius ſacricola.*

21 *Sanidius Seuerus, & Iulius Perſius.* Idem Ms. *Saſidius Seuerus, & Iulius Perſeus.*

28 *An honoribus.* Idem, *ac honoribus.*

31 *Diligat.* Idem, *deligatus.*

33 *Et mihi compoſitè congruentem: & dedicatur religio ſummo in principio libri ratio, quemdam ex his, &c.* Peſſimè habitus locus. Scribo cum Lipſio, *& mihi compoſitu congruentem, & dedicatu religioſum, in principio libri facio quemdam, &c.* Certa emendatio & manifeſta, cuiuſque ratio pluribus non reddenda.

Pag. 245. verſ. 6. *Atticiſſabit.* Ms. *Atticiſſauit.*

3 *Primus etiam vino opitulari ægris repperit.* De hoc eodem principe medico Scribonius Largus præfat. lib. de Compoſit. medicam. *Ille enim febricitantibus, vitiiſque præcipitibus corporis, quæ* ὀξέα πάθη *Græci dicunt, negauit medicamenta danda. quia vino vinoque aptè interdum dato remediari tutius eos exiſtimauit.*

10 *Vt qui.* Vulg. *& qui.*

13 *Funus ingens locatum.* Efferundum, deferundum ad ſepulturam. Seneca Epiſtola XCIX. *Quam multis cum maximè funus locatur: quam multis vitalia eruuntur: quam multi poſt luctum tuum lugent.* Plauti iocus eſt, qui folium Sibyllæ, ni hinc explicetur, Aulularia:

Cædundum illum ego conduxi. EV. *Tum quidem optumum eſt,*
Loces efferundum. nam iam credo mortuus eſt.

Valerius Antias lib. LXXV. Hiſtoriarum: *Deinde, funere locato, ad forum deſcendidit.*

15 *Obſoletiſſimos.* Vetus cod. *obſolentiſſimos.*

16 *Etiam cognoſceret.* Vulg. *incognoſceret.* quod probaui ſuprà ad lib. III.

18 *At vero vt ipſe aliquid in illo ex arte reprehenderet.* Ms. at verò vt ipſe vir aliquid in il. e. ar. deprehenderet. Reiecto illo at, quod ex præcedenti dictione repetitum fuiſſe videtur, lego, *venit, vt ipſe aliquid in illo ex ar. deprehend.*

20 *Membra omnia aromatis perſperſa.* Pro *perſperſa, ſparſa* habet vetus liber, Apuleio opinor nolente. nam ſupra lib. IX. de Aſino aur. *Hinc reſultantes vberrimè guttæ menſam ore perſpergunt.* Cadauera olim odoribus & aromatis omne genus ſparſa, ad putorem illum letalem abigendum. Noſter Apologia priore: *Si thus & caſiam, & myrrham cæteráque id genus odores funeri tantum emptos arbitreris.* Tertullianus de Reſurrectione carnis: *Proinde enim & corpora medicata condimentis ſepulturæ, mauſoleis & monumentis ſequeſtrantur.* Perſius:

——*Tandémque beatulus alto*
Compoſitus lecto, craſſiſque lutatus amomis.

Lactantius Diuinar. inſtitut. lib. II. cap. IV. *Parientiore tione defunctorum corpora odoribus & pretioſis veſtibus illita, ac con-luta humi condunt, quæ deos honorant.*

21 *Ipſius* Ms. *illius.*

Ibid. *Vnguine odoro delibutum.* Eadem de cauſa, qua ſupra aromatis perſperſa diximus, cadauera etiam veteres vngebant. Ennius:

Tarquinij corpus bona femina lauit & vnxit.

Vnde Virgilius: ——*Corpúſq. lauant frigentis, & vngunt.*

Horatius: *Vnxere matres Iliæ addictum feris*
Alitibus atque canibus homicidam Hectorem.

Hæc

Hinc iocus Martiali:

Qui non cœnat, & vngitur Fabulle,
Is vero mihi mortuus videtur.

Arnobius lib. v. *Ac ne nuda in gremio diffluerent ſic ſoli, priuſ-quam veſte velaret ac tegeret, lauit vtique balſamis, atque vnxit.* Lucianus: Καὶ μύρῳ τῷ καλλίστῳ χρίσαντες τὸ σῶμα, πρὸς δυσωδίαν ἤδη βιαζόμενον. Hoc Pollingere dictum, & qui id faciebant, Pollinctores. Hîc: *Iam cum pollinctum, iam cœnæ pa-ratum.* Plautus Pœnulo:

Nam mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.

Apuleius Hermagora: *Pollinctor eius funeri dum vnctionem pa-*ti. Varro: *Itaque plures dies inter medici diſceſſum, & aduentum pollinctoris interfuerunt.* Vlpianus: *Si libitinarius, quem Græci νεκροθάπτην vocant, ſeruum pollinctorem habuerit.*

21 *Contemplatus enim diligentiſſimè,* &c. Mirum in modum corrupta hæc omnia, & cum ſenſu ſcripta nullo. quem efficere conabar, legens: *contemplatus eſt diligentiſſimè. quibuſ-dam ſignis animaduertit, & etiam atque etiam pertractauit corpus ho-minis: & inuenit in illo vitam latentem.*

23 *Procul ergo.* Vulg. *procul igitur.*

26 *Abigerent.* Bene noſter Modius: *Abiicerent,* ſeu more antiquo, *abicerent.*

30 *Hereditatem habebant.* Id eſt, Hauebant, auebant. Olim Habere & Auere, ſeu Hauere, & Habitus, pro Auitus ſcriptum indiſcriminatim. Seneca lib. vi. de Beneficiis: *Huic peruenire vſque ad diſtringuendam libertatem licet, cum vulgare & publicum verbum, & promiſcuum ignotis* HABE *non niſi ſuo ordine emittitur.* Sic enim in ſcripto meo libro ibi etiam ſcriptum. Poſt vidi C. V. Iac. Cuiacium Obſer. lib. i. idem de hoc Senecæ loco ſentire, quod ita etiam in Eraſmi veteribus libris exaratus fuiſſet. Eamdem huiuſce verbi ſcripturam idem maximus doctor ſæpius Codici tam Theodoſiano quàm Iuſtinianico reſtituit, nixus exemplis ſcriptorum aliquot veterum. quæ apud eum vide, lib. quem dixi cap. xv. & ad lib. iii. Tit. iv. Sententiarum Iul. Pauli. Auguſtinus lib. de Muſica: *Habeo prorſus audire quid adferant:* id eſt, Aueo, deſidero.

33 *Viſpillonum.* Sic ſcriptum in veteri libro: vulgò verò, *veſpillonum*

veſpillonum. Accuratè de huius nominis varia ſcriptura, & notione v. c. B. Briſſonius lib. XIX. de Verbor. ſignif. & lib. I. De Solut. & liberat. A quo qui aliter ſentiunt, nihil ſentiunt.

Pag. 246. verſ. 8. *Litteratoris ruditatem eximit.* Lectio hæc Baſil. II. Aliarum eſt, *litteratoris rudato eximit*: Ms. cod. *litteratores ruato eximit*. Fortè, *litteratoris ruditate exuit*. Sed amplius deliberandum.

9 *Doctrina*. Scriptus liber, *doctrinam*.

10 *Rhetoris*. Idem, *rhetores*.

Ibid. *Alias crateras*. Idem, *aliam crateram*.

11 *Commentam*. Idem, *commentum*. Fortè, *homectam*: id eſt, *humectam*. Sed aliud adhuc quæro commodius huic loco, nam non dubium mihi de corruptela.

12 *Auſterulam*. Quidam, *amarulam*.

Ibid. *Enim vero vniuerſas Philoſophiæ, inexplebilem*, &c. Ms. cod. cum pleriſque vulgatorum, *Iam verò vniuerſitas philo. expleb. ſcilicet & nectaream*. Putabam concinnius, *enim vero vniuerſæ Philoſophiæ inexplebilem ſcilicet, & nectaream*.

16 *Veſter*. Vulgò antè, *noſter*.

21 *Vindicantur*. Sic Baſ. II. Ms. cum aliis, *indicantur*.

27 *Africæ Muſa cæleſtis*. Scripſerim potius, *Africæ Muſa, Cæleſtis*. De Cæleſti Africæ numine multa vir doctiſſimus P. Pithœus Aduerſar. lib. I. cuius nomen latuit magnum ſuo æuo virum Lud. Viuem apud Auguſtinum lib. II. cap. VII. de Ciuit. Dei, vbi legimus: *Veniebamus nos etiam adoleſcentes ad ſpectacula ludibriaq; ſacrilegiorum. ſpectabamus arreptitios, audiebamus ſymphoniacos ludis turpiſſimis qui Diis Deabuſq; exhibebantur, oblectabantur, Cæleſti virgini, & Berecynthiæ matri Deorum.* Hæc Οὐρανία Græcis veteribus dicta. Herodotus: Ἐπιμεμαθήκασι δὲ καὶ τῇ Οὐρανίῃ θύειν, παρά τε Ἀσσυρίων μαθόντες καὶ Ἀραβίων. καλέουσι δὲ Ἀσσύριοι τὴν Ἀφροδίτην Μύλιττα, Ἀράβιοι δὲ Ἀλίττα, Πέρσαι δὲ Μίτραν. Adi etiam Lipſij Epiſtol. Quæſt. lib. V. cap. XXII.

29 *Honeſtas moras*. Baſ. I. *honeſtatis mores*.

Ibid. *Vti malis*. Fortè, *ut in aliis*.

31 *Vt præoptent*. Ms. cod. *utique præoptent*.

Pag. 249. verſ. 2. *Hiſce igitur*. Idem, *Hiſce g.*

3 Deuitari,

3 *Deuitari, aduectorem.* Idem, *deuitari, ac victorem.* Scribo, *deuitari, atque vectorem.* Lucillius:

Ipſe equus non formoſus, gradarius, optimus vector.

Semper noſter, *Vector meus*; cum de equo ei ſermo. Illud *deuitari*, vel, *deuitare*, non ſatis mihi placet.

4 *Idem & ferre validum & ire rapidum.* Ms. lib. *idem & f. valide & ire rapidè.* Legò, *item & ferre validum & ire rapidum*: vel, vt etiam doctiſſimus Douſa, *eumdem & f. r.* &c.

6 *Qui campos colléſque*, &c. Peſſimè vulgatus hic ante locus, *qui campos colleſq; gradu perlabitur. Immo, vt ait Lucillius.* E ſcripto codice noſtra emendatio eſt. Sed & Lucas Fruterius, patriæ noſtræ ſpes magna, olim in Veriſimilibus ſuis non aliter hunc verſum Lucillianũ ſcribendum arbitratus eſt. Videtur autem Lucillius lib. XIV. ſeu XV. vt apud Gellium eſt, deſcripſiſſe virtutes equi præſtantioris. cuius eam in rem locos aliquot, ſingulatim Grammaticis veteribus laudatos, hunc in modum continuatim ſcriptos fuiſſe fortaſſis veriſimiliter arbitror:

Ipſe equus non formoſus, gradarius, optimus vector,
Qui colles campóſque gradu perlabitur vno.
Quem neque Lucanis oriundi montibus Tauri
Ducere protelo validis ceruicibus poſſunt.
Hunc milli paſſûm qui vicerit atque duobus,
Campanus ſonipes ſubcurſor nullus ſequetur
Maiore ſpacio; ac diuerſus videbitur ire.

7 *Concito.* Ms. lib. *concitato.*

11 *Relenant gradum.* Idem vetus & alij vulgati, *renelant gradum.* Fortè, *renetant gradum*, ſeu, *rebetant.* Reuitare, ſeu reuitere: & Rebitare, ſeu rebitere. Rebitant gradum, id eſt reflectunt equum, vt ſiſtat: gradum repetunt. Gloſſæ veteres: *Reuitere*, ἀνακάμψαι. Elegans lectio Ioſ. Scaligeri in Feſto: *Reuitant, repetant.* Ennius: ——*Riuos campoſq; reuitant.* Rebitare pro redire poſuit ter vna comœdia Plautus, Captiuis. Alij hîc legunt, *repedant*: quidam, *relentant*: quidam, *reſecant.*

12 *In pedes deſiliunt.* Honor olim, inter alios etiam, obuio facto magiſtratui exhibitus, equo aut curru deſcendere. de quo ſtudioſè & eruditè Elector. lib. 1. Lipſius. Fugit

tamen illum notare locum illuſtrem hanc in rem Arnobij lib. VII. *Vt ſi quiſpiam, viſo potentiſſimi nominis atque auctoritatis viro, via decedat, aſſurgat, caput renelet, vehiculóque deſiliat: tum deinde ſubitet, acclinus ancillæ aut ſerui pauibundas trepidationes imitans.*

14 *Ac ſalutant.* Omnes vulgati codices, excepto Baſ. II. *auſcultant.* Vnde Stewechius legit, *auſculantur*, id eſt, oſculantur. Arnobius Salutandi verbum hîc probat, loco quem iam modo laudaui.

15 *Percontetur.* Vulg. *percertetur.*

18 *Nulla domus ei vmquam clauſa erat.* τὸ ei non eſt in vet. cod. Diogenes Laërtius de hoc ipſo Philoſopho: Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Θυρεπανοίκτης, διὰ τὸ εἰς πᾶσαν εἰσιέναι οἰκίαν, καὶ νουθετεῖν.

21 *Quod Herculem.* Sic Antiſthenes multa ſe ad exemplum Herculis facere perſuadebat, vt ſcribit Diogenes: & familiæ Cynicæ ſectatores, Herculis ſeſe imitatores iactant apud Lucianum, Βίων πρᾶσις.

30 *Inter proceres Thebanos numeratus.* Vt qui ab Alexandro Magno genus ducere diceretur. auctor Laërtius.

33 *In re familiari.* Vulgati libri omnes, *vita ſamulare.*

Pag. 248. verſ. 3. *Sicuti.* Ms. cod. *ſecuti.*

4 *Extrinſecus.* Vulgò cum copula, *& extrinſecus.*

19 *Panem non accipit.* Ms. *non accepit panem.*

Ibid. *Totum eius ſeruitium hilares ſunt.* Fortè erat ſcribendum, *totum eius ſeruitium hilareſcunt.*

PETRI COLVI IN LIB. DE DOGMATE PLATONIS NOTÆ.

PAG. 249. verſ. 10. *Glauci filia.* Diogenes Laërtius: Καὶ Γλαύκωνα, οὗ Χαρμίδης καὶ Περικτιόνη, ἧς καὶ Ἀρίστωνος Πλάτων. Glaucus vocatur noſtro, qui Diogeni Γλαύκων: & Electrius Plauto, qui Ἠλεκτρύων. Amphitruone:

Quicum Alcumena eſt nupta, Electri filia.

16 Men-

16 *Menſe etiam, qui apud Græcos Thargelion,* &c. Plutarchus Sympoſiac. lib. VIII. τῇ ἕκτῃ τοῦ Θαργηλιῶνος ἱσταμένου τὴν Σωκράτους ἀγάγοντες γενέθλιον τῇ ἑβδόμῃ τὴν τοῦ Πλάτωνος ἤγομεν.

17 *Die, qua apud Delum,* &c. Idem tradit Laërtius: qui tamen Socratem etiam eodem die menſis quo Apollinem, natum ſcribit, id eſt ſexto Thargelionis. Quæ pugna non video quomodo componi poſſit: vtpote Laërtio etiam inteſtina. nam is non ſolum à noſtro, verum etiam à ſemetipſo diſſentit.

19 *Somnium etiam,* &c. Non omnino ad eum modum Diogenes: Λέγεται δ' ὅτι Σωκράτης ὄναρ εἶδεν κύκνου νεοττὸν ἐν τοῖς γόνασιν ἔχειν, ὃν καὶ παραχρῆμα πτεροφυήσαντα ἀναπτῆναι, ἡδὺ κλάγξαντα. Tertullianus de Anima: *Cygnus de ſinu Socratis demulcens homines diſcipulus Plato.* Vide etiam Pauſaniam Atticis.

24 *Ariſto, Platonem,* &c. De hoc nihil Diogenes. Vnde ſuſpicari eſt etiam alios habuiſſe noſtrum, cùm hæc ſcriberet, quorum fide & auctoritate niteretur, ante oculos ſcriptores. Græcus ille ſolummodo: Καὶ μεθ' ἡμέραν Πλάτωνα αὐτῷ συστῆναι. τὸν δὲ εἰπεῖν εἶναι τὸν ὄρνιν.

30 *Poteſtatibus.* Ioan. Saliſberienſis Nugar. curial. lib. VIII. cap. VI. qui multa de Platone ſcripta è noſtro hoc verbatim pænè tranſcripſit, legit, *æquiparauit Diuinis poteſtates.*

Ibid. *Speuſippus, domeſticis inſtructus documentis.* Vtpote eius è ſorore nepos. Laërtius.

31 *Acre in percipiendo ingenium.* Sic hic locus correctus nobis è fide exſcriptoris Saliſberienſis. Vulgò paſſim, *in aëre percipiendo ingenium.* quod rectum fatebor & non tollendum; ſi quis me eius rei ex aliquo veterum documento inſtruxerit. Sed etiam non aliter quàm vt correximus, legendum arbitratus eſt Th. Canterus vir humaniſſimus Variar. lect. lib. I. cap. XIII.

32 *Admirandæ verecundiæ.* Diogenes: Φησὶ δ' Ἡρακλείδης ὅτι νέος ὢν οὕτως ἦν αἰδήμων καὶ κόσμιος, ὥστε μηδέποτ' ὀφθῆναι γελῶν ὑπεράγαν.

Pag. 250. verſ. 5. *Vt Pythia & Iſthmia de lucta certauerit.* Saliſberienſis. *Vt Pythia luctando certamina vicerit.* Sed eleganter

ganter, Pythia & Iſthmia certauerit. Græciſmus eſt. Antipater: —— ἄνδρας ἐνίκα.

Πυγμὴν ἐνίκα Νικοφῶν ὀλύμπια.

5 *Picturæ nō aſpernatus artem.* Καὶ γραφικῆς ἐπιμεληθῆναι. Diog.

7 *Tragœdis & dithyrambis.* Idem, Καὶ ποιήματα γράψαι, πρῶτον μὲν διθυράμβους, ἔπειτα καὶ μέλη καὶ τραγῳδίας.

8 *Certatorem.* Polycratico, *actorem.* quomodo etiam in veteri quodam libro Deſloratorum Louanij ſe legiſſe, indicauit nobis amiciſſimus Th. Canterus. Quod facit, vt ferè hanc lectionem germanam putem. Vilitas & humilitas animi Platone indigna, actorem ſeſe in ſcena profiteri.

9 *Ex eius mentibus.* Eodem, *ab eius animo.* Scribendum potius fortè, *mente penitus,* pro, *mentibus:* quod compendioſè *m̄e petus.* vnde nata, quæ vulgata, ſcriptura.

11 *Heracliti ſecta.* Hauſta à Cratylo, Heracliti diſcipulo. Laërtius.

14 *Sapientiam ab eo ſibi traditam labore, &c.* Salisberienſis: *Sed etiam labore & elegantia Sapientiam illuſtrauit: eiq. recta aſſertione ſenſuum & maieſtate verborum plurimum adhibuit dignitatis.*

15 *Elegantia perquam venuſtate.* Scribo, *eleganti perq. venuſt.*

19 *Magnifica.* Id eſt, præſtanti, excellenti. Sic fortè Magnificum in Petronio: *Quod ſi paterentur laborum gradus fieri, & ſtudioſi iuuenes lectione ſeuera irrigarentur: vt Sapientiæ præceptis animos componerent: vt verba atroci ſtilo effoderent; vt quod vellent imitari diu auderent; ſibi nihil eſſet magnificum, quod pueris placeret.* Non eſt ergo, quod hic ſubſtituendum cenſeamus, *magnidica.*

22 *Theodorum Cyrenas.* Aldina editio, *Theodorum Cyrenis:* fortè vt, *Hoſpes Zacyntho,* apud Plautum. Sed Diogenes: Ἔπειτα εἰς Κυρήνην ἀπῆλθε πρὸς Θεόδωρον τὸν μαθηματικόν. Videndus Cicero lib. v. de Finibus.

25 *Eurytum.* Vulgò, *Euritum.* Sed in Romana editione *Euritatum.* Diogenes: Κἀκεῖθεν εἰς Ἰταλίαν πρὸς τοὺς Πυθαγορικοὺς Φιλόλαον, καὶ Εὔρυτον.

27 *Niſi cum bella tunc vetuiſſent Aſiatica.* Polycratici ſcriptor: *Niſi eum procedere vetuiſſent bella Caletica.* Laërt: Λέγεται δὲ ὁ Πλάτων καὶ τρὶς μάχαις συμμῖξαι· διά γε τοὺς τῆς Ἀσίας πολέμους ἀπει-

λῆς,

Pag. 351. verſ. 1. *Heracliticis*. Baſ. 11. *Heracliteis*. Repone, vt in Aldina, *Heracliteis*, τοῖς Ἡρακλειτείοις, Platoni in Theæteto. Sed etiam Diogenes: Μίξιν τε ἐποιήσατο τῶν τε Ἡρακλειτείων λόγων, καὶ Πυθαγορικῶν καὶ Σωκρατικῶν. τὰ μὲν γὰρ αἰσθητά, καθ' Ἡράκλειτον· τὰ δὲ νοητά, κατὰ Πυθαγόραν· τὰ δὲ πολιτικὰ κατὰ Σωκράτην ἐφιλοσόφει.

12 *Quantum puer nobilitatis inſigne in auricula geſtauit*. Notandus hic Græciæ mos, quem paullo aliter tradidit, ſi bene, Iſidorus Originum lib. XIX. cap. XXXI. *Inaures*, inquit, *ab aurium foraminibus nuncupatæ, quibus pretioſa genera lapidum dependuntur. Harum vſus in Græcia. puellæ vtraque aure: pueri tantum dextra gerebant*.

13 *Tres eius ad Siciliam aduentus*. Themiſtius Oratione IV. Πλάτωνος δὲ οὐ μέχρι νῦν καταβοῶσιν ὡς τρὶς πλεύσαντος εἰς Σικελίαν ἐπὶ χρήμασι ἢ τραπέζῃ. Idem Diogenes.

14 *Hiſtoriæ gratia, vt naturam Aetnæ*, &c. Laërt. Πρῶτον μὲν κατὰ θέαν τῆς νήσου καὶ κρατήρων. Hiſtoriæ gratia, ita dictum accipio tamquam ſi de ea regione commentaturus, hiſtoriam ſcripturus eſſet. Non abſimile Plautinum Menæchmis:

> *In ſcirpo nodum quæris. quin nos hinc domum*
> *Redimus? niſi ſi hiſtoriam ſcripturi ſumus.*

Erat ſeruus cum domino ſuo peregri, in Sicilia. Quid hic, inquit, tam diu moramur, more illorum qui ideo regiones exteras viſunt, vt earum ſitum, naturam deſcribant: de iis hiſtorias ſcribant. Non videtur hunc locum percepiſſe Saliſberienſis, dum ſcribit: *Sed primò vt hiſtoriam Naturæ cerneret in Aetna, & incendiorum intelligeret rationem*: nec, vir alioquin doctus, Iſaacius Hortibonus ad Diogenem.

15 *Obtinuit*. Quid ſi legas, *ſobſtinuit*, id eſt, *ſuſtinuit*?

16 *Quas Ideas idem vocat*. De quibus illi inſtituta diſſertatio dialogo cui index, Parmenides.

18 *Sed hæc de Deo*. Vide ibidem. Verba hic Platonis non promo, quia ea nimis multa; etſi id in aliis locis facere inſtituerim, non omnibus tamen. quæ Platonicæ Philoſophiæ ſtudioſis aliis indaganda reliquimus: nec, niſi vbi noſtri ſcriptores vel loci difficultas vel corruptio id requirere viſa, Diuum illum Philoſophum in medium

adduci

adduci neceſſarium duximus. Sed & aliquando ea conferre voluimus quæ verbatim pæne huc illinc tranſlata, vt id quod ſequitur.

32 *Cuius naturam inuenire.* Timæo: Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα, εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν.

Pag. 252. verſ. 3. *Materiam verò, &c.* Ibidem, Διὸ τὴν τοῦ γεγονότος ὁρατοῦ καὶ παντὸς αἰσθητοῦ μητέρα καὶ ὑποδοχὴν, μήτε γῆν, μήτε ἀέρα, μήτε πῦρ, μήτε ὕδωρ λέγωμεν, μήτε ὅσα ἐκ τούτων, μήτε ἐξ ὧν ταῦτα γέγονεν, ἀλλ᾽ ἀόρατον εἶδός τι καὶ ἄμορφον, πανδεχὲς &c.

8 *Vuiuerſam.* Quidam libri & pauciores, *vniuerſa.*

Pag. 254. verſ. 11. *In conſtanti ſunt diſciplina.* Modius noſter, *inconſtantis ſunt diſciplinæ.*

15 *Neque ad inſtar ſyllabarum.* Plato: Προσήκειν αὐτὰ οὐδ᾽ ὡς ἐν συλλαβῆς εἴδεσι μόνον εἰκότως ὑπὸ τοῦ καὶ βραχὺ φρονοῦντος ἀπεικασθῆναι.

17 *Commixtione.* Baſ. 1. *comitione.* Vnde legit Modius, *coitione.*

19 *Numeris & menſuris.* Pleraque huius libri ex præſtantiſſimo illo opere & auguſtiſſimo Timæo petita ſunt. Vbi etiam: Οὕτω δὲ τότε πεφυκότα ταῦτα, πρῶτον διεσχηματίσατο εἴδεσι καὶ ἀριθμοῖς.

24 *Vigeſies angulam.* Venet. Baſ. 11. ad marginem, *vigin angulam.*

26 *Et prioris quidem formæ, &c.* Ad quid hæc repetita? ante eadem dicta ſemel, ſufficiebat. Itaque totum illud induxerim: *Et prioris quidem formæ tres ſpecies exiſtere, Pyramidem octangulam, & viginti angulam.*

31 *Cubum, quæ Terræ.* Plato: Γῇ μὲν τὸ κυβικὸν εἶδος δῶμεν.

32 *Pyramidis formam Igni.* Ibidem: Τὸ μὲν τῆς πυραμίδος στερεὸν γεγονὸς εἶδος, πυρὸς στοιχεῖον καὶ σπέρμα.

Pag. 254. verſ. 7. *Et illa conſtare.* Fortè, *& illis*: vel potius, *ex illis.*

10 *Nullam horum partem extra orbem relinqui.* Plato: Μέρος οὐδὲν οὐδενὸς οὐδὲ δύναμιν ἔξωθεν ὑπολείπων.

14 *Situs.* Fortè potius, *ſitum*, Mundum ſcilicet.

15 *Iungatur.* Fortè melius, *iugatur.* Gellius lib. XVII.

Cum

Cum verò præterito iunguntur, vim temporis ſui amittunt.

Ibid. *Hinc vnum eſſe Mundum.* Plato: Πρὸς δὲ τούτοις, ἓν ἅτε οὐχ ὑπολελειμμένων ἐξ ὧν ἄλλο τοιοῦτ' ἂν γένοιτο.

17 *Perpetua iuuentus.* Ibidem: Ἔτι δὲ ἵνα ἀγήρων ᾖ καὶ ἄνοσον ᾖ.

22 *Contraria naturæ.* Sic Rom. Ald. Alij, *contrariæ naturæ.*

26 *Contineat.* Plerique alij, *continua.* Baſileenſem poſtremam editionem ſecuti fuimus.

30 *Sapientia & prudentia.* Rom. Ven. Ald. *ſapientiæ & prudentiæ.*

Pag. 255. verſ. 1. *Ideo quod.* Sic Baſ. 11. Aliæ omnes, *idcque.*

Ibid. *Natiuum verò videri.* Plato: Γέγονεν. ὁρατὸς γὰρ ἁπτός τ' ἐστὶ καὶ σῶμα ἔχων.

1 *Imperare.* Ita poſtremò Baſileæ cuſum. Antè erat vbique, *intemperare.* nec malè quidem: vt notaui ſuprà ad lib. IV. Floridor.

9 *Diligentiamque ſecuta.* Num potius, *ſortita?*

17 *Muſica.* Veteres editiones, *Muſicè,* vel, *Muſicæ.*

24 *Mutabilem eſſe, ac facilem contueri.* Fortè emendandum, *mutab. eſſe. ac facilem conuerti.*

Pag. 256. verſ. 10. *Perituram eſſe obſeruationem,* &c. Plato: Χρόνος δ' οὖν μετ' οὐρανοῦ γέγονεν, ἵνα ἅμα γεννηθέντες, ἅμα καὶ λυθῶσιν, ἄν ποτε λύσις τις αὐτῶν γίνηται.

11 *Namque vt menſuræ,* &c. Ibidem, Ἵνα ὅτι μάλιστα εἰς ἅπαντα φαίνοι τὸν οὐρανὸν μετάσχοιτε ἀριθμοῦ τὰ ζῶα, ὅσοις ἦν προσῆκον, μαθόντα παρὰ τῆς ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾶς.

16 *Menſesque effici cum Luna circuli ſui completo curriculo, ad eundem locum reuertatur: Anni verò,* &c. Ibid. Μεὶς δὲ ἐπειδὰν Σελήνη περιελθοῦσα τὸν ἑαυτῆς κύκλον Ηλιον ἐπικαταλάβοι. ἐνιαυτὸς δὲ ὁπόταν Ηλιος τὸν ἑαυτοῦ περιέλθοι κύκλον.

21 *Eſſe autem ſtellarum,* &c. Ibidem, Τῶν δ' ἄλλων τὰς περιόδους οὐκ ἐννενοηκότες ἄνθρωποι, πλὴν ὀλίγοι τῶν πολλῶν οὔτε ὀνομάζουσι, &c.

25 *Vnde ſit, vt & Magnus ille,* &c. Ibidem, Ἔστι δ' ὅμως οὐδὲν ἧττον κατανοῆσαι δυνατὸν ὡς ὅ γε τέλεος ἀριθμὸς χρόνου τὸν τέλεον ἐνιαυτὸν πληροῖ τότε ὅταν ἁπασῶν τῶν ὀκτὼ περιόδων τὰ πρὸς ἄλληλα ξυμπερανθέντα τάχη σχῇ κεφαλὴν τῷ τοῦ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίως ἰόντος ἀναμετρηθέντα κύκλῳ.

30 Ἀπλανῆ. Ald. ἀπλανεῖς. Sed Plato ipſe: Ἐξ ἧς δὲ τῆς

αἰτίας

αἰτίας γέγονεν ὅσα ἀπλανῆ τῶν ἄστρων ζῶα, θεῖα ὄντα, κὴ διὰ ταῦτα ἐν ταὐτῷ στρεφόμενα ἀεὶ μένει.

Pag. 257. verſ. 7. *Animantium genera in tres ſpecies.* Plato quatuor conſtituit, hoc modo: Εἰσὶ δὲ τέτταρες. μία μὲν οὐράνιον θεῶν γένος. ἄλλη δὲ πτηνὸν κὴ ἀεροπόρον. τρίτη δὲ ἔνυδρον εἶδος. πεζὸν δὲ καὶ χερσαῖον τέταρτον.

12 *Χοικὰ cenſuit nominanda.* Margo Baſil. II. *Χερσικὰ cenſuit nom.* Ald. χερσικὰ. Reſcribo è Platone, *χερσαῖα cenſuit nominanda.* Animantum genus quod Plato χερσαῖον vocat, ego Terreſtre Latinè, ſiue Terrenum nominandũ cenſui.

16 *Vltramundanus.* Mart. Capella lib. II.

Vltramundanum fas eſt cui cernere patrem,
Et magnum ſpectare Deum.

25 *Hæc omnia.* Margo Baſ. II. *nec omnia.*

32 *Exuperantiſſimique.* Sic Ald. & Baſ. II. Aliæ, *exuperantiſſimique.* Gellius lib. VI. *Quam eſſe audiebat exuperanti forma.* Eumdem emendandum putem lib. III. cap. IX. de equo Seiano loquentem: *Haud credibili pulcritudine vigoréque, & colore exuperantiſſimo.* vbi editum paſſim, *exuberantiſſimo.*

Pag. 258. verſ. 7. *Grauiter retinent.* Fortè legendum, *gnauiter retinent.* & ſic etiam coniecerat eruditus adoleſcens I. Douſa F.

17 *Cum impedimentum.* Vulgatum antè, *tum imp.*

20 *Præſtantius.* In Margarita Poëtica legitur, *præſtabilius.*

33 *Non alias.* Lego, *non alia.*

Pag. 259. verſ. 2. *Vectare vt in ſublime poſſit.* Lucem huic loco neceſſariò facere debent verba Platonis: Ἵν᾽ οὖν μὴ κυλινδούμενον ἐπὶ γῆς ὕψη τε καὶ βάθη παντοδαπὰ ἐχούσης, ἀπορῇ τὰ μὲν ὑπερβαίνειν ἔνθεν δὲ ἐκβαίνειν, ὄχημ᾽ αὐτῷ τοῦτο κὴ εὐπορίαν ἔδοσαν. Loquitur de Capite. Similiter poſt: Παραλαβόντες ἀρχὴν ψυχῆς ἀθάνατον τὸ μετὰ τοῦτο, θνητὸν σῶμα αὐτῇ περιετόρνευσαν ὄχημά τε πᾶν τὸ σῶμα ἔδοσαν. Nihil igitur hic aliter legendum: niſi fortè pro, *vt dominum, ſuum dominum.*

9 *Et primò oculorum acies gemellas.* Veteres editi, *Ac oculorum acies,* vel, *At ocul. ac.* Saniorem & integriorem lectionem è Baſil II. expreſſimus.

20 *Vel madeſcentibus vel madefactis.* Inepta eiuſdem pene verbi iteratio. In margine Baſilienſis poſterioris editionis ad-

nis adſcriptum, *vel miteſcentibus*. Vnde ſcripſerim, *vel muceſcentibus, vel madeſ*. Coniecturam noſtram probare videtur Plato: cuius verba facientia ad hunc locum: Διὸ τούτων οὐδεὶς οὐδενὸς ὀσμῆς πώποτε ᾔσθετό τινος, ἀλλ' ἀεὶ βρεχομένων, ἢ σηπομένων, ἢ τηκομένων ἢ θυμιωμένων γίγνονται. Locus Plauti eſt quem è veſtigiis membranaceæ ſcripturæ etiam dum emendandum putabam Menæchmis:

> *Summum me olfactare oportet veſtimentum muliebre,*
> *Nam ex iſtac loco ſpurcare naſum odore mucido.*

nam vulgatum ibi, *odore illuuibili*. quod ſupra etſi explicare conatus ſim; tamen veterem ſcripturam ſequebar, *intuide* faciebamque inde, *mucido*, vt iam poſui.

17 *Oculus namq; meritus eſt cælum*, &c. Plato: Νῦν δ' ἡμέρα τε καὶ νὺξ ὀφθεῖσαι, μῆνές τε ἐνιαυτῶν περίοδοι μεμηχάνηνται μὲν ἀριθμὸν, χρόνου δὲ ἔννοιαν, περί τε τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ζήτησιν ἔδοσαν. ἐξ ὧν ἐπορισάμεθα φιλοσοφίας γένος.

18 *Significantibus*. Reponendum ex Romana edit. *ſignificantibus*. De Deo Socratis: *Nam quodam ſignificatu & animus humanus etiamnunc in corpore ſitus, Dæmon nuncupatur*. Gellius lib. v. *Verrius in libro de Significatu verborum*.

Pag. 260. verſ. 1. *Lingua*. Margar. poët. *linguæ*.

1 *Copias*. Id eſt, alimenta, cibos. Valerius Max. lib. II. *Conſtituque vt domus ei Romæ quamoptima conduceretur, & copiæ non ſolum ipſi, ſed etiam comitibus eius publicè præberentur*. Plinius Laudatione Traiani: *Refudimus Nilo ſuas copias; recepit alimenta quæ miſerat*. Sic accipiendus Papinianus in L. XXI. de Compenſationib.

1 *Suauiſſimæ Orationis hoc datum eſt*. Vet. edit. *rationis & ſuauiſſimæ datum eſt*.

8 *Alia longè*. Rom. & Baſ. II. Reliquæ. *atque longè*.

10 *Superciliorum ſepes*. In Platone eſt: Σωτηρίαν γὰρ ἣν οἱ θεοὶ ἕνεκα τῆς ὄψεως ἐμηχανήσαντο τὴν τῶν βλεφάρων φύσιν.

1 *Pulmones*, &c. Ibidem: Τῇ δὲ δὴ πηδήσει τῆς καρδίας, ἐν τῇ τῶν δεινῶν προσδοκίᾳ καὶ τῇ τοῦ θυμοῦ ἐγέρσει, προγιγνώσκοντες ὅτι διὰ πυρὸς ἡ τοιαύτη πᾶσα ἔμελλεν οἴδησις γίγνεσθαι τῶν θυμουμένων, ἐπικουρίαν αὐτῇ μηχανώμενοι, τὴν τοῦ πνεύμονος ἰδέαν ἐνεφύτευσαν.

15 *Splenem vero &*. Ibid. Διὸ δὴ καὶ ὅταν τινὲς ἀκαθαρσίαι γίγνονται διὰ νόσων σώματος περὶ τὸ ἧπαρ, πάντα ἡ σπληνὸς καθαίρουσα, &c.

19 *Ventrem.* Ibidem: Τῇ δ᾽ περιγινησομένῃ πώματος ἰδεσ-τοῦ ἕξει τὴν ὠνομασμένην κάτω κοιλίαν ὑποδοχὴν ἔθεσαν εἵλι-ξάν τε πέριξ τὴν τῶν ἐντέρων γένεσιν· ὅπως μὴ ταχὺ διεκπερῶσα ἡ τροφὴ, ταχὺ πάλιν τροφῆς ἑτέρας δεῖσθαι τὸ σῶμα ἀναγκάζοι.

Pag. 261. verſ. 2. *Manentia.* Verum, *manantia.*

13 *Seminium.* Veteres editi, *ſemen.* inter quos etiam Venetus, *Seminium.* Ita libro ſequenti: *Puerperiáque ipſa morum diſsimili ſeminio concepta.* Plautus Amphitruone, Milite. Notat Priſcianus lib. V. Lucretius lib. III.

> *Denique cur acris violentia triſte leonum*
> *Seminium ſequitur.*

Sed hoc totum ita puto legi debere, *ſeminium humanitati excire.*: id eſt, excitare. quod de Venis aptè dicatur. Nec pluribus hic philoſophari nobis viſum. Res eſt, quam Natura ipſa omnes docet.

Pag. 262. verſ. 2. *Dixerit Ratio.* Malim, *duxerit Ratio.*

9 *Stultitiam dicit eſſe, eámque in partes,* &c. Plato: Νόσον μὲν δὴ ψυχῆς, ἄνοιαν συγχωρητέον. Δύο δ᾽ ἀνοίας γένη· τὸ μὲν, μανίαν, τὸ δ᾽ ἀμαθίαν.

17 *Cum Anima & Corpus.* Ibidem, Μία δὲ σωτηρία πρὸς ἄμφω μήτε τὴν ψυχὴν ἄνευ σώματος κινεῖν, μήτε σῶμα ἄνευ ψυχῆς, ἵνα ἀμυνομένα γίγνωνται ἰσόῤῥοπα καὶ ὑγιᾶ.

PETRI COLVI IN LIB. DE PHILOSOPHIA NOTÆ.

PAG. 263. verſ. 5. *Philoſophiæ.* Sic ſolummodo Romana editio. in aliis omnibus, *Philoſophia.*

12 *Perceptionem.* Venet. Ro. *præceptionem.* Pleraque huius libri è Platonis libris de Legibus, & de Republica deſumpta ſunt: è quibus pauca hîc à nobis deſcribentur, ratis ſufficere digito indicaſſe fontem; vt vnicuique cæterorum collatio in mundo ſit. Sed & quædam ex aliis libris: quemadmodum interdum notabimus.

21 *Omnium*. Rectè Rom. & Baſil. II. Reliquæ, *omnia*.
24 *Sapientibus, & cum ratione viuentibus*. Lib. II. de Legib. ...ῃ ᾗ καὶ ἐγὼ πού τάδε λέγομεν, ὡς ταῦτα ἐστὶ ξύμπαντα, δικαίοις μὲν ὁσίοις ἀνδράσιν ἄριστα κτήματα, ἀδίκοις δὲ, κάκιστα ξύμπαντα, ἀρξάμενα ἀπὸ τῆς ὑγιείας.
27 *Bonorum primum*. Editiones vet. *Bonum primum*.
29 *Inſtinctæ eadem ad eius ardorem*. Eædem, *inſtructæ eadem eius* odore. Vnde legendum putaui, *inſtrictæ eadem ad eius ard*. vt ſcripſi ſuprà ad lib. VIII. Metamorphoſ.

Pag. 264. verſ. 6. *Illum quidem*. Eædem, *aliquando quidem*.
9 *Acceptum eſſe*. Eſt qui ſcribat, *aptum eſſe*.
16 *Ad id prorſus imbibere*. Deleuerim τὸ *ad*, legerimque cum antecedentibus ſic, *quàm amatores virtutum, vel inter ſe moribus vel inſtitutis ſimiles id prorſus imbibere*. Scriptum olim, *ſiēs*, vnde facile factum, *eos*. Sed melius fortaſſe Lipſius, *vel inſtitutis iiſdem*. Vt Imbibere hîc, ſic Perbibere apud Senecam Epiſtola XXXVI. *Perſeueres modo colere virtutem, perbibere liberalia ſtudia: non illa quibus perfundi ſatis eſt, ſed hæc quibus tingendus eſt animus*. Horatius:

——*Nunc pectore puro*
Perbibe verba puer: nunc te melioribus offer.

Et Imbibere etiam Lucretius lib. III.

Qui petere à populo faſces, ſæuáſque ſecures
Imbibit.

Liuius lib. II. *Neque memor eius quod initio conſulatus imbiberat, conciliandi animos plebis*. Etiam aliquando putaui hîc legendum, *ad id prorſus imbuere*. enim ſic initio huiuſce libelli: *Qui natura imbutus eſt ad ſequendum bonum*. Cicero pro Milone: *Ad quam non docti ſed facti; non inſtituti, ſed imbuti ſumus*.
27 *Commodum ac venuſtum*. Fortè, *comem modò ac venuſtum*.
28 *Intercedere*. Ald. Reliquæ editiones, *intercidere*.

Pag. 265. verſ. 2. *Et intemperata, ſed hinc*. Potius ſcribam, *vel intemperata, & hinc*.
Ducatrices. Vulg. *doctrices*. Emendatio hæc debetur Ioſ. Scaligero, qui ita in veteri libro ſcriptum notat ad lib. V. Manilij. Ducator apud Tertullianum eſt, aduerſus Iudæos cap. XIII. & Ducatio, de Corona militis cap. III. Sic Ducatus lib. VII. Metamorphoſ. *Sed calculationibus ducatum ei latrones vnanimes deferunt*. Quò pertinent

Gloſſæ illæ: *Ducatus*, ἡ ἡγεμονία. *Ducatus latronum*, ἀρχιληστεία. Sed & lib. x.

9 *Ἀναλγησία* In marg. Baſ. 11. ἀναισθησία. Ἀναλγησία, quam *Indolentiam* Cicero dixit, teſte Sid. Apollinare.

21 *Deficit*. Semper legendum putaui, *deſigit*, vt & Suwechius noſter.

25 *Immoderatius fundendo*. Potiúſne, *imm. viuendo*?

Pag. 266, verſ. 9. *Confidentiæ*. Pleræque edit. *confidentia*.

10 *Vitium*. Scribo, *vitio*.

27 *Sedem eſſe*. Veteres, *ſedes eſſe*.

Pag. 267. verſ. 2. *Quos cauſam*. Plerique editi, *quæ cau*

3 *Potiorem ratione*. Forte, *potior in ratione*: vel, *potiore ratio*: vel, *potiori rationi ac modo*.

16 *Eorum quæ pacta ſunt ſymbolæ*. Sic Romana editio, & Aldina. aliæ, *ſymbola*. Etiam συμβολαὶ apud Ariſtotelem Rhetoricorum lib. I. Καὶ τίνων ἐξαγωγῆς δέονται ϗ τίνων εἰσαγωγῆς, ἵνα πρὸς τούτους ϗ συνθῆκαι ϗ συμβολαὶ γίγνωνται. id eſt, pacta, conuentiones, contractus. Eodem genere poſuit Tertullianus lib. aduerſus Valentinianos: *Vt nauta ad ſymbolam ſemper exultant*.

31 *Hinc Rhetoricæ, &c.* Hæc & quædam quæ ſequuntur, petita ſunt ex dialogo eiuſdem maximi Philoſophorum, cui nomen, Gorgias.

33 *Politicus*. Rectè ita ſcriptum in Romano libro. Veteres *pollicitus*: alij omnes, *publicitus*. Verba Platonis ad hanc ſcripturam firmandam, Gorgia. Πῶς λέγεις πολιτικῆς μορίου εἴδωλον εἶναι τὴν ῥητορικήν. Vide etiam ſub finem Dialogi.

23 *Quaſi ea quæ agit*. Plato ibidem: Ὑπὸ μὲν οὖν τὴν ἰατρικὴν ἡ ὀψοποιητικὴ ὑποδέδυκε, καὶ προσποιεῖται τὰ βέλτιστα σιτία τῷ σώματι εἰδέναι.

32 *Virtutes eas doceri*. At in Menone fusè diſſeret, Virtutem doceri non poſſe.

Pag. 269. verſ. 21. *Beatitas*. Romana editio cum aliquot alij, *Beatitudinitas*: Baſilienſis vtraque, ita vt cuſa.

28 *Appetenda*. Malim, *appetendam*

Pag. 270. verſ. 1. *Qui poteſt*. Veteres impreſſi, *Qui poſ.*

28 *Voluptatem*. Vide dialogum nomine Philebum, item Gorgiam, & alibi.

Pag.

Pag. 271. verſ. 11. *Amicitiam ait*. In Lyſide, ſeu περὶ φιλίας dialogo.

13 *Reclamat*. Scripſerim cum Modio noſtro, *redamat*.

30 *Societate ac pænitentia*. Scribo ex Ro. edit. *ſatietate ac pæn.*

31 *Plato tres Amores hoc genere dinumerat*. In Sympoſio.

32 *Quod ſit*. Ven. Ald. *quod ſit*.

Pag. 272. verſ. 20. *Tyrannicæ dominationis*. Quidam editi, *Tyr. damnationis*. Vide ſub libri finem.

28 *Lucricupidinem*. φιλοκέρδειαν, Hipparcho: cui etiam titulus, Φιλοκερδής.

29 *Laborata*. Aliud quid ſubſtituendum hic videtur: vt *ſiberata*, vel ſimile. quod magis placiturũ adhuc quæro.

33 *Eſt luxurioſa*. Veteres, *ex luxurioſa*.

Pag. 273. verſ. 2. *Non peſſimum* Iidem, *vt peſſ.*

10 *Excedere*. Venet. *expedire*.

17 *Vt eſt*. Sic Venet. & Baſil. 11. alij, *nec eſt*.

18 *Quæ Natura non reſpuit*. Negandi particulam ignorant omnes editiones, excepta Baſil. 11.

21 *Proruerit*. Baſ. 1. *proripuerit*.

24 *Inexplicabili ſiti*. Fortè legas rectius, *inexplebili ſiti*, vel, *inexpleabili*.

28 *Coloratos Sole*. In Sole olim eſſe ſoliti veteres, quo corpori ſiccitatem conciliarent & colorem. Seneca Epiſtola CVIII. *Qui in Solem venit, licet non in hoc venerit, colorabitur*. Arnobius lib. 1. *Quod ſi Sole aliquis torrere ſe ſuetus, & acquirere corpori ſiccitatem, ratione conſimili conqueratur*. Ideo etiam ad Solem ſeſe lauabant. Ariſtophanes apud Pollucem:

Λούσασθαι καὶ κτενίσασθαι πρὸς τὸν ἥλιον

Item vngebant. Vetus interpres Perſij è Satyra IV.

— *Et aſsiduo curata cuticula Sole.*

Curata, inquit, *ſcilicet à Chromatiariis. Nam Chromatiarij dicuntur colorarij: vel qui toto die in arena ſunt, vel in Sole. Antiqui enim vngebant ſe, & in Sole erant, vt oleum corpus imbiberet; vt Iuuenalis:*

Noſtra bibat vernum contracta cuticula Solem,
Effingátque togam.

Hoc etiã notare eſt itidẽ ex Ariſtoph. Concionantibus:

Ἀλειψαμένη τὸ σῶμα ὅλον δι' ἡμέρας
Ἐχλιαινόμην ἑστῶσα πρὸς τὸν ἥλιον.

& Tertulliano lib. III. aduerſus Marcionem: *Aliud eſt, ſi penes Ponticos, Barbariæ gentis infantes in prælium erumpunt, credo ad Solem uncti prius, dehinc pannis armati.*

Pag. 274. verſ. 13. *Habeat impune.* Veteres cuſi, *abeat impune*.

23 *Vita exiſtimat Plato eſſe pellendũ.* Iidem, *vita æſtimare populo eſſe pellendum.* Vnde coniectura mea fuit, *ita exiſtimare, populo eſſe pellendum.* Populo pellendum, id eſt, ablegandum, relegandum.

28 *Aliorum adiici poteſtati.* Modius, *aliorumq. addici poteſtati.*

30 *Additione vitiorum.* Fortè melius, *addictione vitiorum.*

Pag. 275. verſ. 1. *Floréſque.* Num, *fluoréſque*, vel, *linoréſque*. Sed nihil tale mihi dum ſatisfacit.

6 *Numerabiles.* Ro. Baſ. I. *innumerabiles*: Ven. *innumerabiles.*

8 *Morati, plures eſſe.* Hæc lectio Baſil. II. in alijs omnibus, *morigerati.*

22 *Purgata & effœta animi voluptate.* Diuinaui olim, ſcribendum, *purgata & defæcata an. volup.*

24 *Rerum ſcientia.* Ven. *eorum ſcientia.*

28 *Intemporalem.* Lectio Baſilienſis vltimæ editionis. Ante erat, *in tempora letum.*

Pag. 276. verſ. 11. *Diem mortis ſuæ,* &c. Operæpretium, cui opera eſt, in Phædone hanc in rem multa præclare differentem audire Socratem, iam iam moriturum.

13 *Vinculis liberata corporeis.* Definit enim Mortem, τὴν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγήν.

15 *Hoc ipſo Deorum.* Margarita poëtica, quæ hæc citat, interſerit dictionem, *hoc ipſo vſu Deorum.*

17 *Rectiſſimis.* Eadem legit, *rectiſſimi.*

19 *Ad hoc.* Eadem, *At hunc tolerabiliter.*

20 *Perpetienda.* Sic ex eadem Margarita illa reponere auſi fuimus; cum tamen editiones omnes vnanimiter haberent, *percipienda.*

23 *Animam corporis conſortio ſeperari.* Phædone: Οὐκοῦν δοκεῖ σοι ἡ τοιούτου πραγματεία οὐ περὶ τὸ σῶμα εἶναι, ἀλλὰ καθόσον δύναται ἀφεστάναι αὐτοῦ, πρὸς δὲ τὴν ψυχὴν τετράφθαι. Alia eodem illo opere, quæ inde huc tranſlata à noſtro videntur. Sed omnia exſcribere, nec otium nobis nec voluntas.

Pag. 277. verſ. 5 *Vnde inter ſolos bonos fidem amicitiæ eſſe conſtat.* De quo vbertim in Lyſide.

11 *Eſt cordi. Iure igitur.* Veteres editi, *eſt cordi dure. Igitur.*

18 *Præſto fuerint.* Baſileenſis poſtrema editio, *profecta fuerint.*

24 *Cariſſimis orbatus affectibus.* Olim editi codices, *clariſſimis affectibus.* Illa bona lectio è poſtrema eſt editione. Affectus, id eſt, liberi. Vulcatius Gallicanus, Auidio Caſſio: *Nec tamen Antonius grauiter eſt iratus, nec in eius liberos aut affectus ſæuit.* Iul. Capitolinus M. Anton. *Et Antoninus quidem non eſt ſatis motus defectione Caſſij, nec in eius affectus ſæuiit.* Paullinus ad Militem: *Ideo nec affectus, nec patriam, nec honores, nec diuitias Deo præferre.*

30 *Obiti cauſſa.* Aliàs, *obitus cauſa.*

Pag. 278. verſ. 16. *Deeſt.* Venet. *deeſſe.*

19 *Eſt virtutis.* Editiones priſcæ, *eſt vel virtutis.*

20 *Indigemus.* Eædem, *indigere.*

Pag. 279. verſ. 1. *Accerſire tamen eum mortem non debere.* Phædone: Ἴσως τοίνυν ταύτῃ οὐκ ἄλογον, μὴ πρότερον αὑτὸν ἀποκτιννύναι δεῖν, πρὶν ἀνάγκην τινὰ ὁ θεὸς ἐπιπέμψῃ.

3 *Eſſe ſecundi.* Edit. vet. *eſſe & ſecundi.*

4 *Nam principio.* Eædem, *Iam pr.*

15 *Suadendum.* Baſ. 1. *ſuadentibus eum.*

19 *Magnis viribus.* Veter. edit. *Magis viribus.*

28 *Inperitet.* Ibid. *imperaret.*

Pag. 280. verſ. 5. *Imperitet.* Hic iterum, *imperat.*

6 *Aut is ad imperandum eligatur, quem eſſe inter omnes ſapientiſſimum conſtet.* Paucioribus huius loci ſententia in Margaritâ poëtica perſcripta eſt, ita: *Aut is ad imperandum deligitur, qui inter omnes ſapientiſſimus habeatur.*

15 *Deſpondentibus.* Edit. vet. *diſponentibus.*

18 *His aduertitur vtilis, neceſſariáque confuſio, &c.* Timæo: ὡς κοινὰ τὰ τῶν γάμων καὶ τὰ τῶν παίδων πᾶσιν ἁπάντων ἐτίθεμεν, μηχανώμενοι ὅπως μηδείς ποτε τὸ γεγενημένον αὐτῷ, ἰδίᾳ γνώσοιτο. νομιοῦσι δὲ πάντες πάντας αὐτοὺς ὁμογενεῖς· ἀδελφὰς μὲν καὶ ἀδελφούς, ὅσοιπερ ἂν τῆς πρεπούσης ἐντὸς ἡλικίας γίγνωνται. τοὺς δ' ἔμπροσθεν καὶ ἄνωθεν γονέας τε καὶ γονέων προγόνους. τοὺς δὲ εἰς τὸ κάτωθεν ἐκγόνους τε καὶ παῖδας ἐκγόνων.

10 *Adhuc.* Edit. vet. *adhac.*

28 *Non virile tantummodo, verumetiam feminarum.* Putem interſerendam dictionem, hoc pacto, *non virile tantummodo ſecus*, vel, *genus*, *verumetiam femin.*

Pag. 281. verſ. 5. *Dicis cauſa.* Vulg. *ditis cauſa.* Emendauit hunc locum ante nos amiciſſimus Th Canterus ad lib. IV. Arnobij. Gloſſæ antiquæ: Dicis gratia, Νόμου χάριν, ὡς παρὰ Γαΐῳ τῷ νομικῷ. Fortè intelligit locum Caij in L. IV. Commodati.

12 *Morum.* Malè Baſ. I. *murorum.*

19 *Quare & dites inferiores nuptias non recuſent.* Lib. VI. de Legibus: Τοῖνυν φῶμεν, ὅτι ἀγαθῶν πατέρων φῦντα τὸν πρὸς τοῖς ἔμφροσιν δόξης, γάμους γαμεῖν οἱ σοφοὶ παραινοῖεν ἄν, μὴ φεύγειν τὸν τῶν πενήτων, μηδὲ τὸν τῶν πλουσίων διώκειν διαφερόντως, ἀλλ' ἐὰν τ' ἄλλα ἰσάζῃ, τὸν ὑποδεέστερον ἀεὶ τιμῶντα, εἰς τὴν κοινωνίαν συνιέναι. τῇ τε γὰρ πόλει σύμφορον ἂν εἴη ταύτῃ, ταῖς τε ξυνιούσαις ἑστίαις· τὸ γὰρ ὁμαλὸν καὶ ξύμμετρον ἀκράτου μυρίον διαφέρει πρὸς ἀρετήν, &c. Eadem ſententia in his verſibus Plautinis, Aulularia:

Nam, meo quidem animo, ſi idem faciant ceteri,
Opulentiores pauperiorum filias
Vt indotatas ducant uxores domum;
Et multo fiat ciuitas concordior,
Et inuidia nos minore vtamur, quàm vtimur.

24 *Mox prouentu meliore.* Legimus in Margarita poëmorum *prou. mel.*

Pag. 282. verſ. 16. *Quatuor culpabilium virorum.* Vide Politicum, ſiue, Περὶ βασιλείας.

PETRI COLVI IN LIB. DE DEO SOCRATIS NOTÆ.

DE DEO SOCRATIS. Hic titulus huius libri, nec alius: vt, DE DÆMONIO SOCRATIS, quemadmodum quidam ſcribunt. Quos falſi coarguit Diuus Auguſtinus lib. VIII. cap. XIV. de Ciuitate Dei, cuius verba habes alibi. Plutarchi verò opuſculum eſt, *Περὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου.*

Pag. 283. verſ. 16. *Sed me.* Sic Romana editio. reliquæ omnes, *Sed me.*

17 *In iſto, vt ait Lucilius ſcedico, & incondito.* Ad Lucillianum hoc etiam reſpexit Petronius Arbiter: *Sed ne me putes improbaſſe ſchedium Lucillianæ humilitatis; quod ſentio & ipſe carmine effingam.* Scheda ſiue Schedium, id eſt, ſcriptum inemendatum, inconditum, rude. Iſidorus Origin. lib. VI. *Scheda eſt, quod adhuc emendatur, & necdum in libris redactum eſt.* Sidonius Apollinaris Epiſtolarum lib. IX: *Si quod ſchedium temere iacens chartulis putribus ac veternoſis continebatur, raptim coactimque tranſlator feſtinus exſcripſi.*

18 *Si qui tamen tum.* Malim, *ſi qui tamendum.*

23 *Penſiculatis & examinatis.* Baſ. I. *penſiculatius exami.*

26 *Et quaſi nobiſcum patienda ſunt.* Fortè non malè legam, *& quæ quaſi vobis impartienda ſunt.*

30 *Vela noſtra ſinuare.* Sic hunc locum ex CL. V. Iac. Cuiacij libro veteri emendauit eruditiſſimus P. Pithœus, Subciſiu. lib. II. Vulgò, *vela n. ſummare.*

Pag. 284. verſ. 3. *Vt cum omnibus, inquit, hominibus ſecurè & intrepidè fabularer.* Diogenes Laërtius lib. II. Ἐρωτηθεὶς τί αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας, ἔφη, τὸ δύνασθαι πᾶσι θαῤῥούντως ὁμιλεῖν.

5 *Quàm velut.* Edit. vet. *quaſi velut.*

7 *Collineato pro fronte ſitu.* Ita Pithœus ex libro Cuiaciano. Vulgò paſſim eſt, *inclinato profunde ſitu.*

24 *Eamq; raptum feſtinabant.* Sic repoſui præter conſenſum omnium editionum, in quibus eſt, *raptam feſt.* & idem poſtea vidi etiam ſenſiſſe Douſam noſtrum, & God. Stewechium.

26 *Paſſis alis, vtrumque.* Scribo, *paſſis alis vtrimque:* id eſt, à parte vtraque.

29 *Tum vulpes.* Vet. edit. *tamen vulpes.*

Pag. 285. verſ. 1.* *Cum pridem tam concinnum eſt.* Deeſt huic loco aut imperfecto ſupplementum, aut non bene ſano medicina. quam adhibere tentabat flos eruditiorum Lipſius, legens, *corpus eidem tam concinnnum eſt.* Incipiebam ego, *cui.* nec vlterius procedere poteram.

9 *Auitio.* Sic ſcribendum fuit, non, *à vitio.* Auitium, auium multitudo, genus omne. Notemus vocabulũ nouum.

10 *Delicie.* Vulg. *delicia.* Vnde etiam ſcribi poterat, *delicia.* Vtrumque enim repperias. Rectè emendat P. Pithœus Apol. I. *Et Critias, mea delicies.* Solinus Memorabilium cap. XLVIII. *Et ſenatui placuit adeo odorum delicia; vti etiam in pœnalibus tenebris vteretur.* Plautus Rudente:

Otium vbi erit, tum tibi operam ludo & delicie dabo.

Alibi: *O mea voluptas, ô mea delicia!*

Sic dominis ſuis, coniugibus veteres blandiebantur. Truculento: PH. *At ego ad te ibam.* STR. *Ad me delicia?*

Lapis Beneuenti:

P. MARTIVS. P. L
PHILODAMVS
TECTOR. SIBI
SVISQVE. HIC
IVCVNDA. SEPVLTA
EST. DELICIA. EIVS

19 *Præda quam ore geſtabat, ſeductricem compotinit.* Vulgò, *prædam quam ore geſtabat in ſeductricem competiuit.* Scripſi de hoc loco ſupra ad lib. II. Metamorphoſ.

23 *Satis oratio noſtra Atticiſauerit.* Notat hinc P. Pithœus, diſputationis de Dæmonio principium à noſtro Græcè conſcriptum deeſſe.

17 *Effetior.* Sic idem Pith. ex eodem ſcripto codice. Baſileenſes, Rom. *efficacior*: Ald. Ven. *effectior*.

28 *Plato omnem Naturam*. Adi eius Timæum.

33 *Odiri tum*. Ald. & Baſ. 11. Reliquæ, *Ordiri tamen*.

Pag 286. verſ. 9. *Faceſſat à Sole.* Vulgata lectio, *ea ceſſat à Sole*. Quam expreſſimus, ea in Cuiacij libro eſt, vt teſtatur idem Pithœus.

10 *Menſem ſuis actibus*. Emendat amicus noſter Th. Canterus, *menſ ſ. auctibus*.

16 *Solis obſiſtit*. Deliciæ Muſarum Ioſ. Scaliger feliciter corrigit, *Solis obſtiti*: id eſt, obliqui, curui. Feſtus: *Obſtitum obliquum*. Lucretius lib. IX.

Et libella aliqua ſi ex parti claudicat hilum;
Omnia mendosè fieri atque obſtita neceſſe eſt.

Paulo poſt etiam idem Scaliger rectè legit: *Pro ſitu, & flexu, & obſtito circulorum*. Sed vide plura apud Pompeiũ ipſum.

Ibid. *Et aduerſi vſurpat, vt verbis vtar Lucretij, Notam iactat de corpore lucem*. Locus hic me diutius exercitum habuit, quem tandem ſic emendandum putaui, *Solis obſtiti & diuerſi: ſiue, vt verbis vtar Lucretij, Notham iactat de corpore lucem*. Verſus Lucretij è lib. V. ad quos reſpexit:

Lunáque ſiue notho fertur loca lumine luſtrans,
Siue ſuam proprio iactat de corpore lucem.

19 *Vtraque harum*. Ex Cuiacij etiam libro hic emendatus locus: qui vulgabatur, *Vtraque ex animarum*. Vnde ſemper legimus, *vtraque enim harum*.

20 *Cur neque*. Rom. *ſum neq*. Baſ. 1. *ſed neque*.

26 *Qui ſignorum ortus & obitus comperit*. Editi quidam, *compertit*. Catullus:

Qui ſignorum ortus comperit, atque obitus.

30 *Chorum comptum*. Sic Rom. Ven. Ald. Aliæ, *chorum compatum*. Hæc pleraque, quæ de Diis Dæmonibuſque hic diſſeruntur, è Platonis Epinomide mutuata ſunt.

Pag. 287. verſ. 4. *Situ nominum*. Quidam, *ſitu, nomine*. Quod certè placet. eo indicat Deos Deaſque non ſolum nomine ſuo ſingulos in verſibus Ennianis eſſe, ſed etiam ordine ſuo, quo hic maior, ille minor, hic antecedere, hic ſubſequi dicitur, collocatos.

22 *Porrecto.* Rom. edit. *prorecto.*

33 *A corpore ſemouerint.* B. Auguſtinus lib. IX. de Ciuitate Dei multa cõtra Platonicos Philoſophos de Diis Dæmonibuſque diſputat: & ſæpius ex hoc noſtri ſcriptoris libro quædam laudat. vnde quoque nonnullos locos, commodius ibi legi viſos, hic reſtituimus. Porrò hic locus iſtius libri Auguſtiniani cap. XVI. ſic ſcriptus eſt, *à corpore remouerint:* in Margarita poëtica, *a. c. mouerint.*

Pag. 208. verſ. 1. *Altiſsimis tenebris.* Sic emendaui ex eodem B. Auguſtino. Vulgò erat, *arctiſſ. teneb.* Altiſſimam caliginem ita dixit Arnobius lib. II. *Et caligine in altiſsima conſtitutis cognitionis lumen immitteret.*

2 *Rapaciſsimo coruſcamine.* Repoſuit ex veteribus libris Viues, *rapidiſsimo coruſ.* & rectius.

10 *Piacularibus ſceleribus præbuerunt.* Fors fuit emendandum, *piac. ſceleribus polluerunt.* Cicero Philippica XI. *Vir qui omnia Deorum hominúmque iura nouo, inaudito, inexpiabili ſcelere polluerit.*

11 *Exeſa.* In Marg. poët. *exoſa.*

14 *Ratione cluentes.* Hoc malui, quàm quod editum vbique erat, *plaudentes.* ita enim eſſe teſtatur in ſuis libris Lo. Viues ad cap. VIII. lib. IX. de Ciuitate Dei. vbi hic locus citatur. Sed etiam legi notat, *oratione gaudentes.*

16 *Anxiis mentibus.* Margar. poët. *annexis mentibus.*

18 *Singulatim.* In B. Auguſt. *ſingillatim*, ibid. & etiam lib. XII. cap. X. *ſigillatim.* Dixi ad Florida.

19 *Cunctim.* Vulg. *cuncti.* Emendatio hæc ab eodem Auguſtino eſt, qui ſic laudat hunc locum duobus illis iam à nobis notatis locis. nec aliter coniecit Canterus noſter.

21 *Habetis interim bina animalia.* Hic locus totus eſt apud eumdem Auguſtinum eiuſdem libri cap. XII.

25 *Diſpeſcant.* Id eſt, diſtent: vt accipitur à Priſciano lib. X. vbi hic locus in medium adducitur. Non ita Auguſtinus, ſed: *Cum & habitacula ſumma ab infimis tanta intercapedo faſtigij diſpeſcat.*

26 *Subciſiua.* In Auguſt. *ſucciſiua.* Vbi aliâs legi notat Viues, *ſuccidua.*

31 *Nullus Deus miſcetur hominibus.* Sympoſio: Θεὸς δὲ ἀνθρώπῳ οὐ μίγνυται.

32 *Contractione.* Lego, *contactione*: vel, *contrectatione*, aut, *attactione*. quemadmodum B. Auguſtinus lib. VIII. cap. XVI. etiam legiſſe videtur. Sic infrà: *Neque illos ſacris rerum humanarum, ſed à contrectatione ſola remoui.*

Pag. 289. verſ. 6. *Mutabilem ſuggeſtum, ac pendulum tribunal.* Bene Canterus, *nutabilem ſugg. ac p. tr.* Nam ſupra lib. IV. Mileſiarum: *Inopinato pulſu nutantem ac pendulum.*

7 *Arbitris.* Rom. Venet. Ald. *arbitriis*: id eſt, arbitris; vt Miniſteria, id eſt, miniſtri, & talia id genus.

18 *Inquit.* Romæ impreſſum, *inquis.*

21 *Cum vita.* Tentabam, *cum voto.* ſed ἐπέχω.

24 *Inter nuculos.* Legit Pithœus vna dictione, *internuculos*; vt etiam in Petronio Arbitro: *Video quoſdam internuculos, undique meretrices furtim conſpatiantes.* De quo etiam Turnebus lib. XXII. cap. XXVIII. Mihi hic tenebræ. Fuit cùm hîc legerem, *tirunculos recens cognitos*, & ſic etiam in Petronio reponendum arbitrarer. Sed iam fateor me adhuc quærere abſtruſiorem huius dictionis ſignificatum, vel ſcripturam ſaniorem.

31 *Iuſiurandum.* Acutè Lipſius, *Iouis iurandum.*

32 *Iouem lapidem.* De quo Feſtus Lapides olim adhiberi ſæpius iuriiurando. Apud Athenienſes lapis huic vni rei deſtinatus, vt ad eum iuramenta fierent. Suidas: Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος, Τοῦτον παραστάντων καθ' ἕνα ἡμῶν ἐπεὶ πρὸς τὸν λίθον ἄγοντες καὶ ἐξορκοῦντες. ἐοίκασιν οἱ Ἀθηναῖοι πρός τινι λίθῳ τοὺς ὅρκους ποιεῖσθαι. ὡς Ἀριστοτέλης καὶ Φιλόχορος ἀποδηλοῦσι. Idem etiam tradit Moſchopulus Περὶ σχεδῶν. Tollebant etiam iuraturi lapides ignitos, quos in mare proiiciebant: indicantes ſe tantiſper fœdera, pacta ſua durare velle, dum illi rurſus apparerent. Hoc notatum alibi in Græcorum commentariis eſt. Plutarchi locus eò ſpectat in vita Ariſtidis: Ὁ δ' Ἀριστείδης ὥρκισε μὲν τοὺς Ἕλληνας καὶ ὤμοσεν ὑπὲρ τῶν Ἀθηναίων μύδρους ἐμβαλὼν ἐπὶ ταῖς ἀραῖς εἰς τὴν θάλατταν. Reſpexit etiam vetus poëta Macedonius lib. VII. Epigrammat. Græcor.

Ὤμοσα τὴν δυσέρωτα κόρην, τρίσιν ὤμοσα πέτραις
Μήποτε μειλιχίοις ὄμμασιν ἀντιδέειν.

Pag. 290 verſ. 13. *Salutigeri.* Rectè igitur Plauti Aulularia ſcriptum: *Salutigerulos pueros.* Gloſſarium vetus: *Salutigerulus*, Ἐπισκέπτης.

Ibid. *Plato in Sympoſio.* Cuius ibi verba: Ἑρμηνεῦον καὶ διαπορθμεῦον θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων, καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ θεῶν, τῶν μὲν τὰς δεήσεις καὶ θυσίας, τῶν δὲ τὰς ἐπιτάξεις τε καὶ ἀμοιβὰς τῶν θυσιῶν. ἐν μέσῳ δὲ ὂν ἀμφοτέρων συμπληροῖ, ὥστε τὸ πᾶν αὐτὸ αὑτῷ ξυνδεδέσθαι. διὰ τούτου καὶ ἡ μαντικὴ πᾶσα χωρεῖ, καὶ ἡ τῶν ἱερέων τέχνη, τῶν τε περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς τελετὰς καὶ ἐπῳδὰς, καὶ τὴν μαντείαν πᾶσαν καὶ γοητείαν. Vide etiam eiuſdem ad hæc Epinomidem.

14 *Denuntiata.* Lipſius, *Deûm nuntiata.* cui aduerſari videtur locus Mart. Capellæ, qui ſtatim citabitur.

17 *Extis fiſciculandis.* Sic reſcripſi, cùm paſſim vulgò legi viderem, *ext. phyſiculandis*: pariter vt apud Martianum Capellam lib. I. *Et nunc in fanis, quibus aut vaticinia obliquis fundebantur ambagibus, aut denuntiata pecudum cæde, fiſſiculatis extorum proſiciis, viſcera loquebantur.* Item lib. II. locus alius, cuius verba ponam pluſcula, quia pleraque ad hanc rem quade noſter agit pertinent: *At intra Solis meatum vſque lunarem globum ſecundæ beatitatis numina ſuppariſque potentiæ: per quæ tamen vaticinia ſomniáque, ac prodigia componuntur. Hæc aruſpicio extis fiſſiculant admonentia quædam, vocéſque tranſmittunt, auguratiſque loquuntur ominibus. Plerumque enim quærentes admonent vel ſiderum coruſco, vel fulminis iaculo, vel oſtentaria nouitate.* Plura ſunt eodem libro huc facientia: quæ videbit, qui volet. Vt Miſſiculare à miſſu, Penſiculare à penſu: ſic Fiſſiculare, à fiſſu, ſeu potius, Fiſſo: de quo Cicero lib. I. de Diuinatione: *Quid fiſſum in extis, quid fibra valeat, accipio: quæ cauſſa ſit, neſcio.* Item lib. III. de Natura Deor. *Vnde porrò iſta diuinatio? quis inuenit fiſſum iecoris?* Fiſſiculare igitur, quod Græcis [illegible]

24 *Accio Nauio miraculum cotis adiiciant.* Scribo, *addicant.* Addicere proprium auium oſcinũ, in arte augurali. Liuius, in hac ipſa hiſtoria, lib. I. *Negare Accius Nauius, inclutus ea tempeſtate augur. neque mutari, neque nouum conſtitui, ni aues addixiſſent, poſſe. Ex eo ira regi mota. eludénſque artem, ut ferunt, Agedum, inquit, tu inaugura, fierine poſſit quod nunc ego mente concipio. Cum ille in augurio rem expertus, profectò futuram dixiſſet; Atqui hoc animo*

agitam,

agini, inquit, te nouacula cotem diſciſſurum. cape hanc, & perage quod aues tuæ portendunt. Tum illum haud cunctanter diſcidiſſe cotem ſerunt. Quæ latius adſcripſi, ad hiſtoriæ lucem.

30 *Obeunt.* Sic in Rom. Venet. Ald. aliis, *obediunt.*

33 *Conficet.* Placet V. C L. I. Lipſij coniectura, *cotim ſicet*: id eſt, cotem ſecet. de quo ſupra ad lib. VIII. Mileſiar. Lactantius, narrans hanc* etiam hiſtoriam, lib. II. cap. VIII. *Cape igitur hanc, inquit, cotem, eamq́ue nouacula diſſice. At ille incontanter accepit, ac ſecuit.*

Pag 291. verſ. 21. *Qui cum excellentiſſimus.* Non dubitem, quin ſcribendum ſit, *excelſiſſimus.*

23 *Stadia.* **Deeſt numerus: quem ſic ſuppleuerim, *stadia decem.* Nam Mart. Capella lib. II. *Non enim de humilitate aëris illius quæro qui volucribus permeatur, quem Olympi montis cacumen excedit: qui vix decem ſtadiorum altitudine ſublimatur.*

24 *Vſque ad citima Lunæ ſalcem.* Hæc lectio ex ora poſterioris Baſileenſis eſt. Vulgatum paſſim, *vſque ad ſtitima Lunæ ſelicémque.* Sed ex iſta ſcriptura, quam primam poſui legerim, *vſque ab citima Lunæ ſaltem, quæ porrò,* &c. Lud. Viues in cap XV. lib. VIII. De Ciuit. Dei aliter citat hunc locum, nempe, *vſque ad extima Lunæ cælique: porrò ætheris ſurſum verſus exordium eſt.*

Pag. 292. verſ. 14. *Ne ad ſuperna incedant.* Fortè, *ne ad ſuperna inſcendant.*

33 *Tonitrum.* Vulgò pleriſque in edit. *tonitruum.* Fortè deerat, *natura*, aut tale quid; vt ſi legas, *ſuper natura tonitruum*, Locus Lucretij eſt è lib. VI.

Pag. 293. verſ. 11. *Tumida caligine.* Fortaſſis ſcribendum, *& humida calig.*

Ibid. *Nubium tenus.* Magis placeret, *nubium genus.* quod etiam Lipſio probatur.

16 *Fila corporum.* Sic ſola Rom. ed. Aliæ omnes, *filia corp.* Gellius lib. I. *Mores naturáſque hominum coniectatione quadam de oris & vultus ingenio, déque totius corporis filo atque habitu ſciſcitari.* Plautus: *Scitum filum mulieris.*

21 *Verſum Græcum.* Iliados A.

Οἴῳ φαινομένη τῶν δ' ἄλλων οὔτις ὁρᾶτο.

31 *Haud procul à veritate, oſores & amatores quorundam hominum*

Deus

Deos fingere: hos proſperare, & euehere illos contra aduerſari & adfligere. Sic hæc omnia emendatiſſima ſunt ex D. Auguſtini eiuſdem lib. IX. cap. III. vbi ſic omnino leguntur. Vulgò ſenſu nullo: *Haud procul à veritate, cenſores cauſſæ & amatores quorumdam hominum Deos fingere, & tueri illos, interdum aduerſari & adfligere.*

Pag. 294. verſ. 2. *Ad omnes.* In D. Auguſt. cap. III. VI. & VII. *per omnes.*

29 *Dæmones ſunt genere animalia.* Ex Timæo.

30 *Ingenio rationabilia.* Auguſt. *mente rationabilia.* Lib. VIII. cap. XVI. & lib. IX. cap. XVIII.

Pag. 295. verſ. 13. *Vt eximiæ templorum regiones.* Scribo, *item deorum effigies, & exuuiæ: templorum regiones,* &c. Exuuiæ Deorum, vt lib. XI. Metamorphoſ. *Qui candido linteamine cinctum pectoralem adusque veſtigia ſtrictim iniecti, potentiſſimorum Deûm proferebant inſignes exuuias*: id eſt, ſacra ſymbola, donaria. Paullò aliter ſub finem eiuſdem libri. *Ceterùm ſunt tibi ſacrorum traditio perueceſſaria eſt; ſi tecum nunc ſaltem reputares, exuuias Deæ quas in prouincia ſumpſiſti, in eodem fano depoſitas perſeuare.* Vel fortè in genere Deorum exuuiæ, id eſt, ſpolia diis dicata; vt Martis manubias dixit Cicero pro Archia. *Iam verò ille qui cum Ætolis, Ennio comite, bellauit Fuluius, non dubitauit Martis Manubias Muſis conſecrare.* Notæ quæ templorum Regiones: nempe, Antica, Poſtica, Septemtrionalis, Meridionalis. de quibus Seruius in Virgil. & T. Liuius lib. I. ab vrb. cond.

Pag. 296. verſ. 13. *In terra vagatione.* Baſil. I. *interuagatione.* Emendo, *incerta vagatione.* vt etiam Stevvechium corrigere poſt vidi.

17 *Manium.* Baſ. I. *manem*: Ald. *manum.* Porrò hæc omnia ex Plotino ſumpta oſtendit D. Auguſt. de Ciuit. Dei lib. IX. cap. XI.

21 *Hominibus.* Rom. Baſ. I. *omnibus.*

22 *In Bœotia Amphiaraus.* Martianus Capella lib. II.

29 *Somnus atque amor.* Vide Sympoſium Platonis.

32 *Cuſtodes ſingulos additos.* Plautus Aulularia:
Quem quondam Ioni Iuno cuſtodem addidit.

Pag. 297. verſ. 7. *Auſcultatu.* Baſ. I. Rom. *Aſculatu.*

12 *Prorſus cuſtos*. Fortè, *proprius cuſtos*.

17 *Periculoſis vitator*. Ald. edit. In aliis eſt, *periculoſ. viator*.

20 *Mala auerruncare*. Pithœus ita ex lib. veteri. Vulgò, *mala auertere*.

25 *Interfectis*. Rom. edit. *interſectis*.

29 *An non*. Baſ. 1 1. Reliquæ, *Ac non*.

Pag. 298. verſ. 5. *Corpus annis hebere*. Sic etiam ex membranis Cuiacij Pithœus. Vulgo erat, *corpus annis abire*.

21 *Hector*. Legit B. Pius Annotat. poſteriorib. *Helenus*.

Ibid. *Iambo*. Idem Pius, *Lampo*. cuius meminit Chriſtodorus lib. τ͂ ἀγαλμάτων.

Λάμπων δ' ἀχνυμένῳ ἐναλίγκιος ἦεν ἰδέσθαι

Οὐ γὰρ ἐπὶ φρεσὶν εἶχε κυλινδομένοιο κυδοίμου

Τειρομένοις Τρώεσσι τίκειν ποιήονα βουλήν.

22 *Bicias*. Idem, *Clytius*. nam idem Poëta:

Εἱστήκει Κλυτίος μὲν ἀμήχανος εἶχε δὲ δοιὰς

Χεῖρας ὁμοπλεκέας κρυφίης κήρυκας ἀνίης.

23 *Helena*. Sic Baſilienſis poſterior editio. 1. *flaua*: Rom. *Flau*. ad cuius marginem, *Fleuus id eſt vanus*. B. Pius nimiſquam hîc à veteri ſcriptura recedit, dum legit, *Panthoi*. Ego verum puto, *Heleni*. de quo Homerus, & Virgilius.

27 *Socrati* * *dæmon*. Sic in Romano codice erat: in aliis vt locus integer hic vulgatur. quod verum non eſt.

28 *Prædicta eſt*. Iterum hic interſtitium in Rom. edit. *prædicta quæpiam eſt*.......

29 *Enimuero Socrates, vtpote*, &c. Hæc Plato in Apologia Socratis, loquente illo.

Pag. 299. verſ. 7. *Signum illud adnuntium*. Vulgò malè, *ad nuntium*. B. Ambroſius lib. 1. Officior. *Vox hominis peccati annuntia*.

16 *Quàm ſciunt*. Lego, *quin ſciunt*.

17 *Et enim Socrates*. Hæc & multa quæ præceſſerunt ſumpta ex Theage, vbi Socrates ipſe diſſerit.

21 *Aut vox*. Sic Ven. Ald. Rom. edit. *aut vos*: Baſ. 1. *aut uxor*.

Pag. 300. verſ. 1. *Viſitatam*. Ald. *vſitatam*.

Ibid. *Pythagoricos mirari oppidò ſolitos*. Idem ſcribit Plutarchus, libello Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων.

12 *Et nihil æquè miror.* Sequentia omnia vſque ad finem huius libelli, emendatiora, integriora laudantur à Ioan. Salisberienſi lib. VII. cap. XXVIII. è quo non pauca hîc, quæ manca mendoſa antè, iam primum reſtituimus.

13 *Quàm, cùm omnes & cupiant optimè viuere, & ſciant non aliâ re viui quàm animo, nec fieri poſſe, quin vt optimè viuas, animus colendus ſit; tamen homines animum ſuum non colant.* Conciſius, ſed corruptius antè vulgata hæc: *Quàm cùm omnes & cupiant optimè, & ſciant quantum viuax animus colendus ſit, tamen animum ſuum non colant.*

16 *At, ſi quis velit acriter cernere; oculi curandi ſunt, quibus cernitur: ſi velis perniciter currere; pedes curandi ſunt, quibus curritur: idem ſi pugillare validè velis; brachia vegetanda ſunt, quibus pugilatur.* Pariter hiulca hæc omnia antè, & vlceroſa: *At ſi q. v. a. c. o. c. ſ. q. c. itidem ſi pugillare, vultus vel brachia velanda ſunt, quibus pugillatur.* Etiam in Margarita poëtica hic locus ita legebatur, vt prius nobis è Polycratico reſtitutus erat.

19 *Brachia vegetanda.* Id eſt, exercitanda. Gellius lib. XVII. Noct. Att. *Cum librum veteris ſcriptoris legebamus; conabamur poſtea, memoriæ vegetandæ gratia indipiſci animo ac recenſere.* Sidonius lib. V. Epiſtol. *Quantum membra torpore ſtatarij laris hebetata, curſu ſalubri vegetarentur.*

21 *Perſpiciant.* Vulg. *reſpiciant.*

22 *Perinde* Salisb. *prouidere.* Num, *proinde?*

23 *Quæ quidem.* Vulg. *quandoquidem.*

25 *Quiuis bonus.* Antè erat editum, *quiſque bonus vir.*

26 *Labe.* Salisb. *labore.*

Ibid. *Neſcio vt Hiſmenias tibiis canere; ſed non pudet me, tibicinem non eſſe: neſcio vt Apelles pingere, vt Lyſippus fingere; ſed non pudet me, non eſſe ſignificem.* Antè non minus mutila hæc: *Neſcio vt Hiſmenias tibiis canere, vt Apelles pingere, vt Lyſippus fingere: ſed non pudet me non eſſe ſignificum.*

28 *Vt Apelles pingere, vt Lyſippus fingere.* Salisb. *vt Apelles pingere coloribus.*

29 *Et idem vt ceteris artibus, ne omnes perſequar.* Salisberienſis *Et item in cet. artib. ſi om. perſ.* Vnde ſcripſerim, *Et item in ceteris artibus, ne omn. p.* 33 *Cum primis.* Idem, *imprimis.*

Pag. 301. verſ. 1. *Videri.* Non eſt hoc in Polycratico.

3 Detectant

3 *Detrectant*. Veteres edit. *decurſitant*: poſterior Baſil. *deconſitant*: Margarita Poët. *detractant*. Sequendam putauimus ſcripturam, quæ in Salisberienſi eſt.

Ibid. *Aera diſpungas; inuenies*. Optimè ita ſcriptum in eodem Salisb. Vulgo peſſimè, *ora dicere inuenias*. Diſpungere eſt conferre accepta & data, inquit Vlpianus L. LVI. D. De Verbor. ſignif. vt etiam idem Diſpungendas rationes, accipit L. VI. D. De Statulib. Seneca lib. IV. de Beneficiis: *Apud me iſtæ acceptorum expenſorumq́; rationes diſpunguntur*. Gloſſarium vetus: Εκλογιστής, *Diſpunctor*. Hinc Diſpungere pro examinare, in re qualibet. Tertullianus de Patientia: *Omnis iniuria cùm patientiam offenderit, eodem exitu diſpungetur, quo telum in petra libratum & obtuſum*. & de Monogamia. Idem, tropo eodem, vocat Creatorem iudicem & diſpunctorem meritorum, lib. IV. aduerſ. Marcion. Etiam rationum verbum, Expungere. Noſter Apologia II. *Cùm haud pridem Pudentilla de ſuo quinquaginta millia nummum expunxiſſet ea die, qua Pontianus vxorem duxit, & hic puerulus toga eſt inuolutus*. Hermogenianus L. XIII. de Diuerſ. & tempor. præſcr. *Reipublicæ rationes ſubſcriptæ, & expunctæ*. Vnde explicandus locus Plauti Ciſtellaria:

Nunc quod reliquum reſtat, volo perſoluere,
Vt expungatur nomen, ne quid debeam.

Tertullianus de Idololatria: *Quæ apud alios honoris titulum, apud alios mercedis debitum expungunt*.

11 *Nihil eſt indignum, præterquam ipſe dominus ædium*. Salisber. *Nihil eſt præterquam ipſe dominus pudendum*. haud malè, immò melius.

12 *Ædificiorum*. Ald. *ædificationum*. Salisberienſis ſcriptor neque hoc neque illud agnoſcit.

13 *Et extructiſſimas deprehendas*. Additur in Polycratico, *& extructiſſimas & ornatiſſimas*.

14 *Aulas*. Malim tam ex Salisb. *villas*.

16 *Omnia opulentia*. Abſunt hæc à vulgatis, addita è Salisberienſi.

18 *Fluentum vllum*. In eodem Salisb. *fluentem illum*.

20 *Et ſinceræ vitæ*. Ibid. *id eſt, ſecundæ vitæ*.

21 *Homines æquè*. Ibid. *æquè diuites*.

22 *Neque enim in emendis equis Phaleras*, &c. Vendendi cauſſa ornari equi & id genus iumenta ſolébant, vt eſt in Ædilitio edicto apud Vlpian. L. XXXVIII. de Ædil. ed. Eò ſpectat Seneca Epiſtola LXXX. *Equum empturus, ſolui iubes ſtratum, detrahis veſtimenta venalibus, ne qua vitia lateant.* Horatius I. Sermonum:

Regibus hic mos eſt, vbi equos mercantur, apertos
Inſpiciunt, ne ſi facies vt ſæpe decora
Molli fulta pede eſt, emptorem inducat hiantem.

Macrobius Saturnal. lib. I. cap. XI. *Quemadmodum ſtultus eſt, qui empturus equum, non ipſum inſpicit, ſed ſtratum eius ac frenum: ſic eſt qui hominem aut ex veſte aut ex conditione, quæ modo veſtis nobis circumdata eſt, æſtimandum putet.*

23 *Polimina.* Vulg. *polimiam.*

25 *Monilia variæ gazæ.* Vulg. *monilia vanæ gazæ.* Virgilius VII. Æneid.

Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent.

27 *Cingula aurata.* Vulg. *ſingula armata.* Virgilius Æneid. IX.

——*Phaleras Rhamnetis, & aure bullis.* Cingula

Statius Thebaidos VI.

—— *Seu fræna libet, ſeu cingula flammis* Margar.

Cingula, quibus equi cinguntur, & conſtringuntur: ζῶναι. Baſilius ad Diuites: Χαλινοὶ καὶ ζῶναι καὶ … πάντα ἀργυρᾶ, πάντα χρυσόπαστα. τάπητες ἁλουργοὶ κοσμοῦσι τοὺς ἵππους ὥσπερ νυμφίους.

28 *Et amotis.* Hoc non erat in vulgatis vllis antè editionibus.

29 *Contuemur.* Saliſb. *contemplamur.*

30 *Ad curſuram.* Margarita poëtic. *ſi ad curſuram.*

Pag. 302. verſ. 2. *Permolliter.* Vulg. *molliter.*

5 *Specta.* Saliſb. *expecta.*

9 *Dixi.* Idem, *dico.*

10 *Sat è Protomo.* Idem, *ſata pthaomo.* Ad quàm ſcripturam accedit proximi coniectura Th. Canteri noſtri, *Prothonio.* quem vide ad lib. II. Arnobij. Ego hic nihil me certi poſſe conſtituere fateor.

13 *Magis iſta dinumero.* Vulgati libri, *nec magis iſta dinumero.* Illud, *nec*, iàm non ſuſtulerim.

17 *Virum.* Saliſberienſ. *iure.*

19 *Nec à ſuffragio adminiculum.* Saliſber. *nec à ſuffragio anni-ulum.* eleganter: quomodo etiam feliciter legendum di-inauit noſter Stewechius, & explicauit. Eum vide.

21 *Ideo cetera.* Vulg. *omnino cetera.*

22 *Aliquando canes.* Idem Saliſb. *vel propera ſaltem.*

23 *Primo eiuſdem Tragœdiæ principio.* Vulg. *in eius trag. principio.*

26 *Inclute, parua prædite forma.* Emendauimus hoſce ver-ſus ex fide ſcripti exemplaris eiuſdem Saliſberienſis li-brorum de Nugis Curial. quod contulimus cum im-preſſo, & numeris ſuis ſimul reſtituimus. Vulgati fuerāt:

Inclyte, parua prædite patria, nomine celebri
Claróque potens pectore, Achiuis claſſibus auctor,
Grauis Dardanis gentibus vltor Laërtiade.

Sed non aliter eos laudat ferè Muretus Var. lection. lib. xi. quem etiam alicuius libri veteris auctoritate niſum non dubito.

31 *Audiſtis.* Saliſb. *audiſti.*

Ibid. *Acriſius.* Vulgò corruptiſſimè, *arctiſſimus.* Acriſius auus paternus Vlixi. Apud Ouidium lib. XIII. Meta-morphoſ. ipſe Vlixes:

Nam mihi Laërtes pater eſt, Acriſius illi,
Iuppiter huic.

Vnde Diomedes Grammaticus: *Vt eſt Vlixi agnomen, Polyi-des. nam prænomen eſt, vt ait Ibycus, Vlixes: nomen, Acriſiades.*

Pag. 303. verſ. 3. *Comitante.* Edit. *comite.*

6 *Sed abſtinuit.* Eædem, *& abſtinuit.* Et infrà: *& aſcendit.*

7 *Comitante.* Iterum vulg. *comite.*

10 *Audiuit.* Ibid. *audiit.*

PETRI

PETRI COLVI IN APOLOGIAM PRIMAM NOTÆ.

D. Auguſtinus de Ciuitate Dei lib. VIII. ſcribit Apuleium apud iudices Chriſtianos de Magicis artibus accuſatum fuiſſe. ſcilicet tunc has Apologias ſcripſit, aut potius hiſce ſeſe ante tribunal defendit. Sed etiam idem ibidem D. Auguſtinus arbitrari nos facit, non duas Apologias ſeparatim, ſed vnam dumtaxat continua oratione à noſtro cõſcriptam fuiſſe. Ait enim *Huius autem Philoſophi Platonici copioſiſsima extat Oratio, qua crimen artium Magicarum à ſe alienum eſſe defendit*. Quod iam mihi valdè fit veriſimile. Et, bene conſideres, ſeries ipſius orationis id quoque conuincere videri poſſit.

Pag. 303. verſ. 26. *Purgandæ*. In membranis, *purgandæ*.

Pag. 304. verſ. 12. *Dat libellum*. Per libellos accuſatores crimina deferebant, denuntiabant. Noſter infrà Apol. II. *Vbi illud libelli veſtri atrox principium, nomine priuigni mei ſcriptum?* Horum mentio in L. Mariti D. ad L. Iul. de Adult. L. Libellorum, de Accuſat. Iuuenalis Satyra VI.

> *Nullà ferè cauſſa eſt, in qua non femina litem*
> *Mouerit. accuſat Manilia, ſi rea non eſt.*
> *Componunt ipſæ per ſe, formantq́; libellos.*

Ambroſius de obitu Valentiniani Imp. *Et cùm poſt aliquot dies accuſatoris legeretur libellus, calumniam pronuntiaturus, accuſatum liberè, donec præfectus cognoſceret, obuerſari iuſsit.* His ſubſcribere cogebatur accuſator, eoque profiteri ſeſe talis, aut talis criminis reum poſtulaſſe; vt, ſi falsò quem accuſaret, hæc ſubſcriptio temeritatis falſitatiſq; eum coargueret, multaque debita afficeret. De quo multi loci in iure noſtro. Sed de eo ante omnes vide doctorem noſtrum I. Cuiacium Obſeruat. lib. I. cap. XX.

14 *Nouo more per alium laceſſendi.* At Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius poſtea conſtituerunt, eos qui

qui accuſationem aliorum nominibus præſumpſiſſent, delatorum numero eſſe ducendos & plectẽdos. L. VIII. C. de Calumniatorib.

18 *Quietus eſt.* Malim ſcripturam Baſil. I. *quitus eſt.* In Ms. erat, *quĩtus eſt.* Sic infrà Apol. II. *Sola virginitas, cùm ſemel accepta, reddi nequitur.* Non aliter Plautus, Lucretius, Terentius, Gellius aliíq. veteres. Priſc. lib. VIII. Diomed. lib. I. apud quem verſus Attij ita legendi: ——*Nam neque Pretio, neque amicitia, neque vi impelli, neque prece quita ſum.*

19 *Contumaciter.* Ms. cod. *contumacie.*

25 *Veri in me.* Baſ. I. *vari in me.*

30 DE CONSILIO CONSVLARIVM VIRORVM *pronuntiauit.* Solemne in pronuncianda ſententia, D. C. S. id eſt, Val. Probo interprete, *De conſilij ſententia.* Liuius lib. XLV. *Silentio per præconem facto, Paullus Latinè quæ ſuamet, quæ ſibi* EX CONSILII SENTENTIA *viſa eſſent, pronuntiauit.* Huc alluſit Sep. Tertullianus lib. de Pudicitia: *Luſit igitur & de ſuo ſpiritu, & de virtute domini; ſi, quod de conſilio eorum pronuntiauerat, reſcidit.*

Pag. 305. verſ. I. *Ab eius pernicie temperauit.* Referendum hoc ad pœnam illorum, qui iudicib. conuicium faciunt, eorumque ſententias reprehendunt, qua infamia notantur. L. XLII. D. de Iniur. L. VIII. D. de Appellat. Paullus Sententiar. lib. V. cap. XXXV. arbitrio principis hoc delictum vindicari ſcribit.

5 *Apud præfectum vrbis.* Nam is de falſis teſtamentis cognoſcere ſolitus. Scæuola I.C. *Filia quæ de inofficioſo agere inſtituit, & tranſegit, poſtea cum heredibus ſtipulatione interpoſita, & ſubiecta doli clauſula, apud præfectum de falſo teſtamento egit, nec probauit.* L. CXXXV. de Verbor. obligat.

6 *Sollicitius.* Vet. cod. *ſollicitus.*

14 *Proximam crimini.* Vet. lib. *proximo crimine.* Vnde Lipſio ſcribere viſum, *pro ſummo crimine.*

Ibid. *Propter quod.* Quidam, *propterea quod*, malè. Tertullianus de Teſtimonio Animæ: *Et conrecumbentibus ſortem ſuam exprobrare non poſſis; debes adulari propter quod lætius viuis.*

17 *Effutierunt.* Sic optimè in Ms. vulg. *effuderunt.* Suprà li. I. Florid. *Prius de ſe & Apolline quædam deliramenta barbare effutiuit.*

Ibib. *Futiliter blaterata.* Sic repoſui, malè ratus vulgò eſſe, *utiliter blater.*

19 *Rabulis.* Malè item vulgò, *Fabulis.*

21 *Attamen.* Ms. cod. *tm̃.*

24 *Agnouiſſe.* Sic idem vetus lib. Vulgò eſt, *ignauiſſe.* Sed Num, *ignouiſſe*, id eſt, ignoraſſe?

28 *Vt maleſacere.* Vulgatum vbique antè, *vbi maleſacere.*

30 *Quiſque rudes & imperitas aures.* Ms. cod. *quiſſe rudes & imparatas aures*: Baſ. I. & II. *rudis & imperitus.* Ald. *rudes & imperitas.* quam ſequuti ſumus.

33 *Quanto contumeliæ inſolens, multo tanto.* Paucioribus vulg. *contumeliæ inſolens, multo tamen.*

Pag. 306. verſ. 5. *Hæc diluiſſe.* Ms. *hoc diluiſſe.*

10 *Quidem diſertiſſimus.* M. Ven. Rom. *quidem non diſertiſ.*

12 *Alexander.* Ms. *Alexandro.*

18 *Philoſophos.* Venet. *Philoſophis.*

19 *Seſe Philoſophum nuncuparit.* Vulg. *eſſe ſe phil. nunc.* Meminit Diogen. Laërt. lib. I. in principio, & lib. VIII. Auguſtin. de Ciuit. Dei lib. XVIII. cap. XXV. & cap. XXVII. Ambroſius lib. III. de Virginib.

21 *Velia.* Corrigit Lipſius, *Elea.* Zeno Eleates.

23 *Vt Plato autumat.* Scribo, *& Plato autumat.* Locus Platonis in Parmenide, initio libri.

25 *Aliquammultum.* Ven. Rom. *tamen q multum*: Ald. *aliquo multum.* Notauimus alibi ſuprà.

28 *Deterget.* Ms. cod. *detergit.*

32 *Delicatus.* Idem lib. *dedicatus.*

Ibid. *Horrore implexus.* Mauult doctiſſimus Scaliger, *ſine impexus.* Ego nihil mutarim. Sic in Gloſſario veteri aliàs *Implexi barbus*, & *Implexa barba*, Σπινοπώγων.

33 *Stuppeo tormento.* Funi è ſtuppa torto, tento. Auctor Priapeiorum:

Totamque hanc ſine fraude, quantacunque eſt,
Tormento, citharáque tenſiorem,
Ad coſtam tibi ſeptimam recondam.

Funem torquere enim eſt, χοῖνον πλέκειν, vt bene notum à doctiſſimo Scaligero. Propertius:

Dignior obliquo funem qui torqueat ocno.

Horatius:

Horatius: *Tortum digna ſequi potius, quàm ducere funem.*

Pag. 307. verſ. 3. *Quaſi vt capitale.* Vulg. *quaſi capitale.*

4 *Reſutatum eſt.* Ms. *reſutat'.*

7 *Aeui.* In eodem, *eũ.*

8 *Omnes homines.* In eodem, *omnes hos.*

10 *Si quid.* Idem cod. *ſiquidem.*

11 *Sanè.* Idem, *Sanum.*

12 *Statium Cæcilium.* Sic hic vocatur comicus etiam à Sedigito apud Gellium lib. XV. cap. XXIII. & Fulgent. de Priſco ſerm. in Capularis.

14 *Præ me fero.* Ms. lib. *præfero me.*

15 *A me factos.* Idem lib. *auſactos.*

Ibid. *Cum quidem.* Ald. *tu quidem.*

16 *Non vidit.* Rom. Ven. Alij, *inuidit.* quod fortaſſis ita olim ſcriptum; & idem ſit, quod *non vidit.* Vt Ius imminuum, id eſt integrum, apud Paulum L. XLIV. de Bonis libert. Chariſius lib. II. *Inauratæ pro, non auratæ.* Titinnius in Barathro: *Inauratæ atque inlautæ mulieris.* Similis ſententia huic loco in Arnobij lib. I. *Quale ſit iſtud quod dicitur, calumniarum libidine, non videris.*

Pag. 308. verſ. 2. *Ruſſam.* Rom. *deneuſam:* Ven. *deneuſum:* Baſ. I. *ruſſam,* Sed *ruſſã* etiã legitur in melioribus libris Catulli. Fl. Soſipater lib. I. *Ruſſeum Grammatici non magis dicendum putant, quàm Albeum, aut Praſineum; ſed Ruſſum, & Album, & Praſinum.* Tertullianus de Corona militis: *Et nunc ruſſatus ſanguine ſuo.* Huc etiam adhibe quæ ſupra ſcripſi ad lib. II. Metamorphoſ.

3 *Miſi, vt petiſti, mundicias dentium.* Verſus hic claudus: quam rectum facit Lipſius, legens,

Miſi, vt petiſti, mundicinas dentium.

Douſa vero: *Miſi vt petiſti, tibi munditias dentium.*

At Fruterius: *Miſi vt petiniſti, munditias dentium.*

En tibi triplicem lectionem, à tribus principibus Criticis Belgicæ noſtræ.

8 *Nequa.* Scribe, *Ne quà:* vel, *Ne quæ.* vt etiam viſum eruditiſſimo Douſæ fuit.

15 *Quidni.* Rom. Ven. *Quid in.*

16 *Nihil vſpiam corporis apertum.* Id eſt: Non ſinet Philo-

ſophus quamquam partem corporis, quæ aperta & in propatulo poſita ſit; vt ſunt, Manus, Os, immundam aut fœtidam eſſe. Aliam huic loco mentem emendatione quærendam non arbitrer.

17 *Fœtulentum.* Ven. *fæculentum.*

19 *Cum quiquam ſermocinetur.* Sic Rom. vulgati alij, cum *quidquam ſerm.* Cum quiquam, id eſt, cum quoquam. Sic ſæpius Plautus. Ciſtellaria:

——Sed tun' vmquam cum quiquam viri
Conſueuiſti?

Mercatore: *Quid tua refert, quicum iſtac venerit?*
Perſa: *Nec ſatis à quiquam homine accepi.*

23 *Suo more.* Placet Lipſio, *ſuo iure*

33 *Contemplere.* Rom. Ven. *contempletur.*

Pag. 309. verſ. 9. *Fœtutinis.* Mauult legere doctiſſimus Douſa noſter, *fœtudinis.*

12 *Inſpirare.* Venet. *perinſpirare.*

13 *Rationem.* Fortè verius, *orationem.*

15 *Prælauitur.* Sic verè reſcripſit Veriſimilibus ſuis iamdudum Fruterius. Vulgò eſt, *prælabitur.*

19 *Implectuntur.* Ven. Rom. *amplectuntur.*

21 *Exſculpit.* Ald. *exſcalpit.* De hac re vide Plinium Natur. hiſtor.

33 *Ceus.* Sic audacter emendaui, cum vulgari male putarem, *cinis.* Simonidem intelligit. Auſonius: *Cauſſa Simonidei.* Vide Suidam, & Cicer. de Orat.

Pag. 310. verſ. 5. *Num igitur etiam Solonem fuiſſe ſerium virum atque Philoſ.* Ms. cod. *Num ergo etiam Sol. fu. ſer. virum, & Philoſ.*

7 *Μείρων.* Verſus hic in nulla editione, præterquam in Baſil. II. Canterus noſter Variar. lect. lib. II. cap. 12. ex Plutarcho & Athenæo correctiorem integrioremq; proponit. Vide ipſum.

12 *Et Critias mea deliciæ, &c.* Diſtichon hoc vt in poſteriori editione fuit, ita excudi iuſſimus. Rom. Venet.

Et tertias mea delicie ſtet ſalua Charine.
Pax in amore meo vita tibi remanet.

In Baſil. I.

Et Critias mea deliteſcet ſalue Charine,
Pars in amore meo vita tibi remanet.

Legit V.C. P. Pithœus:

Et Critias mea delicies, & ſalue Charine,
Par in amore meo, vita, tibi remanet.

Lipſius verò:

Et Critias, mea delicies, ſic ſalua Charine
Pax in amore meo vita tibi remanet.

Sic Critias, mea delicies: ſic Charine, vita mea, ſalua pax tibi manet in meo amore. Priorem verſum etiam ſic olim ſcripſit B. Pius:

Et Critias mea delicia ſtet ſalua Charine.

ut videre eſt apud eum Annotat. poſterior. cap. CXCIX.

14 *Et ignis.* Ven. Rom. *rignis*: Ald. *ignis.*

19 *Legere.* Additur in vet. cod. *verſus.*

20 *Meum mel.* Rom. edit. *munerum mel.* Vnde fortè corrigendum, *merum mel.*

Ibid. *Tibi.* In Ms. eſt, *ter.*

22 *Vti Critia.* In cod. *viricia.* Rom. Ven. *vti Critias.*

23 *Remeat.* In cod. *redeat.*

26 *Verno flore.* In cod. *verè flore.*

30 *Animum inſpires.* Scribo, *animam inſpires.* Anima ſpiritus quo calamus inflatur. Varro Eumenidibus: *Phrygio per oſſa cornu liquida canit anima.* Noſter Floridis: *Nondum quidem tam infeſſa anima ſono, nec tam pluriformi modo, nec tam multiforatili tibia.* Hinc iocus Plauti Mercatore:

Perij, animam nequeo vertere. nimis nihili tibicen ſiem.

32 *Quaſi.* Abeſt hoc à ſcripto libro.

Pag. 411. verſ. 6. *Plania.* Romanum magis videatur, *Planca*, vel, *Flauia.*

7 C. *Lucullum.* Lipſius putat ſcribendum, C. *Lucilium.* eumdemque alibi mentionem facere Macedonis, vel Acedonis pueri.

8 *Gentilem.* Baſ. 1. *Gen.* Rom. Ven. *Gentium.*

19 *Elegia.* Fuit cùm mallem, *elogia.* Platonem verò adoleſcentem verſibus amatoriis lepidiſſimis luſiſſe, etiam ſcribit Gellius lib. XIX. cap. 11. & Diogenes ipſius vita.

22 *Ἀστέρας.* Hæc duo diſticha in puerum Aſtera, Epigrammat.

grammat. Græcor. lib. III. coniunctim, ita vt vnum dumtaxat epigramma videantur, leguntur: in Diogene Laërtio verò diſertim ſeparantur, & vt duo diuerſa ponuntur. Aldina editio etiam non diuidit.

Pag. 312. verſ. 6. *Amiſimus.* Numeris conſulas, ſi legas, *perdidimus.* aliter enim non conſtet verſus. Qui eliſionem in *perdidimus'* non videbant, repoſuerunt, *amiſimus.*

7 *Plures.* Baſ. I. *pleris.* quod fortean non ſpernendum.

25 *Audeſis.* Rom. Ven. *Audes is.* Vnde fecimus, *Audeſis.* Sic infrà: *Audiſis Tannoni pudens.* Comicum hoc, & millies in Plauto obuium.

Pag. 313. v. 3. *Geminam eſſe Venerem.* Vide Sympoſium.

4 *Pollentis.* Legerim, *pollentem.*

8 *Perculſorum animantium ſerua corpora.* Diuinatio noſtra, *percitorum animantium fera corpora:* vel, *cernua corpora.*

13 *Incomptum.* Rom. Ven. Baſ. I. *incomitum.*

Pag. 314. verſ. 7. *Tragœdi ſyrmate hiſtrionis.* Sic in Aldina editione & Baſ. II. aliquo ſaltem cum ſenſu legi viſum. Romæ eſt, *Gragidij Sirmata hiſtrionis:* in Baſ. I. *Tragidiis Sirmat. hiſtr.* Aliquid aliud latet fortaſſis, quod necdum indagare potuimus. Certè perplexiſſimus hic totus locus eſt.

8 *Mimi centunculo.* Nam hiſtrionicæ veſtes è centonibus variis panniſque nihili & attritis olim conficiebantur. Lucianus Epiſtolis Saturnalitiis: Ὁλόχρυσοι μὲν τὰ ἔξω, κατάῤῥαφοι ἢ τὰ ἔνδον, ὥσπερ αἱ τραγικαὶ ἐσθῆτες, ἐκ ῥακῶν πάνυ ἀπλῶν συγκινημμέναι.

13 *Vt res eſt.* Rom. *vbi res eſt.* Quod forte erat ſcribendum, *vti res eſt.* Sed de Deo Socratis: *Et perinde, vt res eſt, admirari, cur non etiam animum ſuum ratione excolant.* Plautus Menæ.

Nunc, ſi dico vt res eſt, atque illam mihi me
Emiſſe indico.

25 *Felicitas.* Venet. Ald. *facilitas.*

27 *Ac in.* Rom. Venet. *vti in.*

Pag. 315. verſ. 3. *Lapide inciſum.* Sic Ald. & Baſ. II. Rom. *incuſſum:* Baſ. I. *incuſum.*

7 *Imaginis artibus.* Num, *imagineis artib.* potius?

14 *Argento.* Speculo argenteo, argentato. Florid. III. *Multum argenti in ſpeculis, lancibus.* Super hoc iocus Plauti Moſtel.

Vt ſpecu-

Vt ſpeculum tenuiſti, metuò ne oleant argentum manus,
Ne vſquam argentum te accepiſſe ſuſpicetur Philolaches.

Facit Paulus, L. Cum auro. §. Idē Celſus. de Aur. arg. leg.

16 *An non Socratis.* De quo ſimiliter Diogenes: Ἠξίου δὲ τοὺς νέους συνεχὲς κατοπτρίζεσθαι, ἵν' εἰ μὲν καλοὶ εἶεν, ἄξιοι γίγνοιντο. εἰ δ' αἰσχροὶ παιδείᾳ τὴν δυσείδειαν ἐπικαλύπτοιεν.

28 *Edidiciſſet.* Ald. *didiciſſet.*

32 *An apud omnes homines ſemper differenti?* Sic in Veneta editione correctiſſimè lectum: in reliquis, *an apud om. ho. ſ. differentes de finibus agrorum litiganti?*

Pag. 316. verſ. 3. *Similitudinis ipſius rationem.* Ita ex margine Baſ. II. correximus. antè, *ſimilitudinem ipſ. rationis.*

4 *Num, vt.* Hoc poſcere viſus ipſius orationis ordo & contextus, non quod vulgatum eſt, *Dum vt.* P. Pithœus legit, *Cum vt.*

7 *Illiſe.* Male vulgò, *illi ſe.* Eruditiſſimo P. Pithœo placet, *ilico.* Vide Laërt. lib. X. Lucret. lib. IV.

10 *Vt Plato arbitratur.* Timæo. cuius ibi verba: Ἐκ γὰρ τῆς ἐντὸς, ἐκτός τε ἂν περὶ τὴν λειότητα ἑκάστοτε γιγνομένου, καὶ πολλαχῇ μεταρρυθμισθέντος, πάντα τὰ τοιαῦτα ἐξ ἀνάγκης ἐμφαίνεται, ἐπεὶ τὸ πρόσωπον πυρὸς τῷ περὶ τὴν ὄψιν πυρί, τὸ λεῖον καὶ λαμπρὸν ξυμπαγεῖ γιγνομένῳ. Ex hoc loco legerim paulo ante, *mixti atque inuniti.*

11 *Aëris facti.* Sic emendauit ante nos idem Pithœus. Vulgò erat, *veris facti*, vel, *viris facti*, vt in Rom. edit. Aſſerit hanc lectionem Lucretius, agens de hac eadem re:

Poſt extraria lux oculos perterget, & aër
Alter, & illa, foris quæ verè tranſpiciuntur.

23 *Exerat.* Baſ. II. Alias, *exeat.*

32 *Abaco & puluiſculo.* Mos olim Mathematicorum, cum aliquid demonſtrare, deſcribere vellent, in abaco puluere conſperſo ſuas lineas, circulos, numeros, notas virgula ducere. Hunc eruditum Puluerem vocat Cicero lib. II. de Natura Deor. Seneca Epiſtola LXXXVIII. *Itáne in Geometriæ puluere hærebo?* Et Epiſt. LXXIV. *Vtrum maiorem an minorem circulum ſcribas, ad ſpatium eius pertinet non ad formam. licet alter diu manſerit, alterum ſtatim obduxeris, & in eum in quo ſcriptus eſt puluerem ſolueris: in eadem vterque forma fuit.* Elegans de hoc

locus

locus Claudiani, de Mallij Theodori conſulatu; qui dignus adſcribi:

Illa per occultum Ligurum ſe mœnibus infert,
Et caſtos lenibus plantis ingreſſa penates,
Inuenit ætherios ſignantem in puluere curſus,
Quos pia ſollicito deprendit pollice Memphis:
Quæ moueant momenta polum, quis certus in aſtris
Error, quis tenebras Solis, cauſiſq; meantem
Defectum videat numerus, quæ linea Phœben
Damnet, & excluſo pallentem fratre relinquat.
Vt procul adſpexit fulgentia virginis ora,
Cognouitque Deam; vultus veneratur amicos.
Occurrit, ſcriptæq; notas confundit arenæ.

Vide Martian. Capell. lib. IV. VI. & VII. apud quem graphica Abaci Pulueriſq; huius deſcriptio. Hinc contendere auſim veriſimilem coniecturã noſtram in Gelli lib. I. cap. XX. vbi paſſim vulgatum legas, *Planum eſt quod in duas partes ſolùm lineas habet, qua latum & qua longum: qualia ſunt triquetra & quadrata, quæ in area ſiunt, ſine altitudine.* legendũ ſcilicet videri, *quæ in arena ſiunt*, & de hac Arena accipiẽdum. Nec alium etiam numerorum Arenarium dixiſſe videtur lib. de Pallio Tertullianus, quam eum qui in hac eadem arena numeros colligit & diſponit, aliiſque eam artem docet: *De meo veſtiuntur, & primus informator literarum, & primus edomator vocis, & primus numerorum arenarius, & Grammaticus, & Rhetor, & Sophiſta*, &c. Huc ſpectat etiam Perſius Satyra I.

Nec qui abaci numeros & secto in puluere metas
Scit riſiſſe.

Vnde putem Pulueraticum dictum, mercedem agrimenſorum, ſeu potius corollarium. Aggenus Vrbicus: *Agrimenſores tres aureos accipiant, abſque pulueraiico.* & ſic accipiendum in conſtitutione quadam Valentiniani & Theodoſij, quæ apud Frontinum.

Pag. 317. verſ. 1. *Tamen profecto.* Vulgò vbique, tamen

6 *Iurgioſus.* Scripſerim, *curioſus.*

Ibid. *Nuper vſque.* Ms. codex, *nuper viſque.*

10 *Approbatore.* Fortè, *à probatore.* Sed aliud fortè lateat.

27 Lam-

Intergarritis. Ms. lib. *interrogatis.*

Signum. Idem, *dignum:* & poſt, *liberos.*

Pag. 318. verſ. 5. *At enim.* Idem, *Ac enim.*

Inclito. Rom. Ven. *indito:* Baſ. 1. *induto.*

Egerit. Vulg. *egit.*

Oppertus. Rom. Ven. Ald. *optuit.* Ms. *opatus.*

Ipſe in Oratione ſcriptum reliquit, cum in Hiſpaniam proficiſceretur. Ex hac Oratione M. Catonis fragmentum etiam extare apud Feſtum viri docti cenſent, vbi ſic legunt: *Nautas ſecundum incorruptam conſuetudinem dictos, quos nunc nos nauadicimus, teſtis eſt Cato in ea quam ſcripſit, cum in Hiſpaniam proficiſceretur, cum ait: Nautæ quod ſecum portauerant vinum atque oleum, ... tantum eo ſum.*

Vteretur inſiſſe. Vetus liber, *videtur vidiſſe.*

Æmula laudis, aduerſum diuitias poſſeſſa, habitu ſecura. Placet Lipſio. *æmula lautis, aduerſum diuitias poſſeſſu, habitu ſec.*

24 *Efferauit.* In Ms. lib. *effeminant.*

26 *Alumni ſunt.* Rom. Ven. Ald. Baſ. 1. *alumni ſolent.*

28 *Nullum in illis pauperem repperies.* Margarita poëtica aliter hæc citat: *Nullum in illis; in iſtis plurima repperies.*

Ibid. *Vbi contra hanc.* Ms. cod. *vt contra hanc.* Sententia loci totius non cohæret: quam tamen needum concinniorem efficere potuimus.

29 *Sed quemcunque.* Margar. poëtic. *ſi quemcunque.*

Pag. 319. verſ. 5. *Proque eo in hodiernum diem.* Sic Plinius Natur. hiſtor. lib. XXXV. cap. XII. *In ſacris quidem, etiam inter has opes, hodie non murrhinis cryſtallinisue, ſed fictilibus prolibatur ſimpuuis.* Dionyſius Halicarnaſſ. Καὶ αὐτὸ δ' ὡς εἶδον ἐγκειμένους οὐκ ἐν ἀργυροῖς καὶ χρυσοῖς ἀγγείοις, ἀλλ' ἐν ὀστρακίνοις.

Iudices de iſta cauſſa ſederent. Plautus Moſtellaria:

Sine me dum iſtuc iudicare; ſurge: ego iſtic aſſedero.

Themiſtius, Sophiſta: ὡς δικαστὰς μοι καθεδουμένους ὑπὲρ ὧν ... ἔχω πεπραγμένων.

Manius. Ms. lib. *Marcus.*

17 *An tibi Claudius.* Idem, *Antyclaudianus.*

Amicitiorem. Idem, *amitiorem.* Sed nihil mato, ſic Puditius, ſuprà hac ipſa Apolog.

Quam lacinia præpendens. Forſitan rectius, *quaſi lacinia propendens.*

27 Etenim

27 *Etenim omnibus.* Scriptus cod. *Et cum omnib.*

29 *Exuberat.* Marg. poëtic. *exhibetur.* Gellius: *Cùm corpus in tam immodicum luxuriaſſet, exuberaſſétque.*

Ibid. *Igitur &.* Vet. *Igitur etiam.*

31 *Quod habent.* Idem, *q̄m habent.*

Pag. 320. verſ. 5. *Tenuiores.* Vulg. *tenuioris.*

Ibid. *Simulata.* Marg. poët. *ſimulatè.*

28 *Extraneis.* Ms. cod. *extrariis.*

30 *Aliter eſſe.* Sic idem cod. & Ven. Ald. Malè, *aliter ſe.*

Pag. 321. verſ. 3. *Exprobrat.* Vet. *exprobrauit.* Scribe tu, *exprobrabit.*

6 *Ego contra.* Abſunt hæc ab exemplari ſcripto.

7 *Et nimia.* Lib. vet. *etiam minima.*

13 *In iſta vita humana tempeſtates.* Vet. edit. *vita humana temp.* Fortè etiam bene legas, *in iſta vita humana tempeſtates leuia ſuſt. grau. deim.*

14 *Suſtentatui.* Ms. *ſuſtenta.* Ald. *ſuſtentam.*

22 *Crates.* Vet. *Socrates.*

26 *Solitatem.* Idem, *ſolitarem.*

32 *Κρήτη ἐς γαῖ'.* Verſus hi in Romana Venetáque editione Latinè leguntur:

Cæruleo in medio quædam vrbs eſt pernia ponto, Pulcra & opima.

Pag. 322. verſ. 9. *Pontificibus galerum.* Varro lib. II de Actione ſcenica: *Galera, unde & Galeritula dicuntur.* vt legimus apud Chariſ. lib. I I. Sic reſcripſimus poſt ex Rom. & Ven. libro, *Linum*, eodem genere. Sic quoque Naſum & naſus: Collum & collus: Lorum & lorus.

13 *Mendicabula animi ſordent.* Corrigere malim, *mendicabula, nimis ſordent.*

21 *Idque.* Ven. *id quod.*

26 *Quod maius eſt contemptu patrimonij.* Lipſius argutè, *quod maius eſt, contemptum patrimonij.*

Pag. 323. verſ. 1. *Diu eſt.* Rom. *diuem*: Baſ. I. Vene. Ald. *diuitem.*

6 *Lolliano Auito C.V.* Qui ſub Diuis fratribus Bithyniæ præſes, vt clarum ex Vlpiano noſtro. L. III. § I. de Decurionib. Conſularem virum hunc etiam memorat, Heluij Pertinacis imperiò, Iul. Capitolinus.

11 Vbi

10 *Vbi prognatus, ſed vt moratus.* Ms. lib. *prognatus, ſed vbi moratus.*

15 *Inuerit.* Ms.lib.*vicerit*.Fortè,*inerit*. Ad Florida notaui.

18 *Hoſpitium corporis.* Ven. Rom. *hoſpitali corpore.*

27 *Nono conditu.* Sic rectè iudicauimus Venetiis olim eſ-cuſum. In aliis omnibus libris vulg. *nono conditi.* Ms. cod. habet, *nono conditus.* Nec vera videtur interpretatio doctiſſimi Turnebi Aduerſar. lib. XVII. cap. XV.

18 *Loco principe.* Bene vetus noſter. Vulg. *Loco principis.* Gellius Noct. Atticar. lib. XIII. T. *Caſtricius Rhetoricæ diſciplinæ doctor, qui habuit Romæ locum principem declamandi.*

31 *Exiſtimationis.* Ven. Baſ. I. & II. *extimationis.*

Pag. 324. verſ. I. *Zarath.* Ms. lib. *Zarathe:* Ven. *zaratē.*

2 *Aſſeuranter.* Baſ.I. Ven. Rom. Ald. *aſſeueratè.*

4 *At non.* Lego, *An non.*

6 *Departi.* Ms. *de partis*: Ald. *parci.* Suetonius Nerone: *ſordidos ac deparcos eſſe, quibus impenſarum ratio conſtaret.*

8 *At vos cogitatis.* Vulg. *at vos cogit*...

10 *Totius prouinciæ negotiis occupatum.* Ms. *totius ſenicicie prouinciæ negotiis occupatum.*

11 *Quin oſtenditis.* Abſunt hæc à vet. lib. Paulò poſt, pro, *quod*, vulgò eſt, *quid.*

12 *Scelera immunia.* Conieci olim, *ſcelera immania.* Sed nunc rectiſſimam iudico vulgatam lectionem. Feſtus: *Immunis, vacans munere. aliquoties pro improbo ponitur. vt apud Plautum: Immune eſt facinus.* Locus Plauti Trinummo, principio fabulæ:

> *Amicum caſtigare ob meritam noxiam,*
> *Immune eſt facinus, verum in ætate vtile,*
> *Et conducibile.*

Fortaſſis etiam ſcribendum apud Arnobium lib. I. *Hoc-ne eſt queſo audax illud facinus & immune?* Sed vix eſt vt ibi ſubdi debeat, *immane*: quod hic tamen nequaquam rear reponendum, etiamſi Apologia II. *Immo etiam ſceleri aduerſus parentem nefando, immani, impetibili.*

18 *Plato interpretatur.* Alcibiade priore. vnde hic locus qui ſequitur petitus eſt.

Pag. 325. verſ. I. *Auditiſne?* Venet. *audiſtiſne.*

BIBLIOTECA DE LA FACULTAD DE LETRAS — DE — GRANADA

7 *Diuiniſcientem*. Sic vna dictione putauimus ſcribi debere, vt Diuinipotens, & ſimilia.

9 *Antiſtitam*. Pleræque edit. *antiſtitem*. minus rectè. Vide Gellium lib. XIII. cap. XIX. Attius Aſtyanacte:

Vtinam vnicam ibi antiſtitam arcitenens ſuam
Tutetur. Corn. Seuerus:
Stabat apud ſacras antiſtita numinis aras.

Plautus Rudente: *Veneriæq; antiſtita.*

Ibid. *Quippe inter*. Rom. Ven. *quippe quæ inter.*

11 *In alia ſermocinatione*. Fortè in Charmide, vbi de Zamolxide multa.

12 *Thraci generis*. Male alij, *Thracij generis*. De hoc ſcripſi ſcripſimus ad Mileſiarum lib. IV. Ad quæ adde Gellium lib. XIX. *Cuipiam Thraco inſipienti & rudi.*

25 *Quibus comitibus, quibus ſcrupulis, quibus cuſtodibus*. Nihil in his aliter legendum. reſpondent enim illis quæ præceſſerunt: *Sicarium qui in iudicium vocat, comitatus venit: qui veneficum accuſat, ſcrupuloſius cibatur: qui furem arguit, ſua cuſtodit.*

Pag. 326. verſ. 4. *Suſpecta eſt Eocli Cathorino*. Romæ impreſſum, *ſuſpectata eſt Empedocli Cathorineo.*

5 *Platonis*, Τὸ ἀγαθὸν. Eadem editio. *Platonis......*

15 *Quod ſibi videbatur*. Sic Lipſius ſcribendum cenſuit. Vulgò erat, *quod ſi vid.* Vnde ego etiam, *quod ſic vid.* ... *quia ſic videb.*

21 *Sanctè colit*. Rom. Ven. *ſecretò colit.*

28 *Largiter aquæ ſupereſt*. Malè vulgatum, *largitur aquæ ſupereſt*. Per Aquam intelligit Clepſydram, ad quam ... dicebant Rhetores, & cauſſarum patroni. Sic infrà: ... *tu, interea dum legit, aquam ſuſtine.* Et: *Mea aquâ licet adhuc ...* Apol. II. *At tu licebit, aquam ſinas fluere.* Philetas: Τοι... ὥσπερ οἱ ῥήτορες πρὸς ὕδωρ εἶπον. Lucianus Piſcatore: Ἢ ... εἴποιμι Ἀνύτου καὶ Μελίτου πέρι, τῶν ἐμοῦ κατηγορησάντων τότε δικαστῶν, εἰ οὗτος θνήξεται, μηδὲ τὸ παράπαν ὕδατος ... λαβών. Syneſius Dione: Ὕδωρ δὲ τουτὶ θεῖ διάτου ... μεμετρημένον οὐδὲ πρὸς κλεψύδραν ταμιευόμενον. ἀλλ' ἐγὼ ... μήπω παύομαι, ἀλλ' αὐτίκα πεπαύσομαι. Sed nota res clepſydris his oratorum. Hoc adhuc obſeruare eſt, iudicibus ſiue arbitris dari has, prout cauſſæ exigebant, ...

pluſculas

pluſculas vel pauciores ſolere. In quam rem elegans & feſtiuus Martialis iocus, Epigrammat. XXXV. lib. VI.

Septem clepſydras magna tibi voce petenti
Arbiter inuitus Cæciliane dedit.
At tu multa diu dicis, vitreiſq; tepentem
Ampullis potas ſemiſupinus aquam.
Vt tandem ſaties vocémque ſitímque; rogamus
Iam de Clepſydra Cæciliane bibas.

Plinius lib. II. Epiſtol. ad Arrianum: *Dixi horis pæne quinque. nam decem clepſydris quas ſpatioſiſſimas acceperam, ſunt additæ quatuor.*

Pag. 327. verſ. 9. *Officij gratia, quam.* Baſ. II. & Ald. *officij gratia potius, quàm.* Sed rectius hoc abeſt, & elegantius ſubauditur, Græcorũ loquendi more. Sic Homerus Iliad. α.

Βέλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι.

Sophocles Aiace:

Ἐμοὶ πικρὸς τέθνηκεν ἢ κείνοις γλυκύς.

Pindarus Nemeis: *Τυπνῶμεν πάντες ἢ πισδύομεν.*

Vbi *τὸ μᾶλλον* non exprimitur. Apologia II. *Si quæ ſimmulationis cauſſa dicta ſunt, adſeuerantis pronuntiatione quàm exprobrantis legantur.* Plautus Menæchmis:

Quin vidua viuam, quàm tuos mores perferam.

Caſina: *——Vt quod vir velit*
Fieri id facias, quam aduerſere contra.

Sic ſæpe Tacitus, Liuius, Tertullianus, & Iuriſconſulti noſtri: vt obſeruatum notatumque viris doctiſſimis, A. Auguſtino, B. Briſſonio, Lipſio. Sidonium Apoll. emendare ita me memini è cod. Ms. Gellius ita lib. II. ca. VII. Noſter item lib. III. Floridor.

Pag. 328. verſ. 5. *Depenſo.* E Ven. & Ro. edit. In aliis, *depenſo.* Depenſum, vt Denuntiatum, Poſtulatum, Peccatum & ſimilia: id eſt, quod impenſum, quod ſolutum eſt, impenſa. Paulus lib. I. Sententiar. tit XIX. *Quædam actiones ſi à reo inficientur, duplantur: velut, Indicati, Depenſi.* Gloſſarius liber: *Depenſi, ὑπερεκτίσεως.* Dependere enim etiam eſt ſoluere, exponere pro aliquo. Seneca de Beneficiis lib. V. *Paratus, ne quem beneficij pæniteat, pro ingratis dependere.*

7 *Ad quod ſolent.* Correxerim, *id quod ſolet.*

18 *Seu magis.* Edit. omnes, præter vnam Baſ. II. *ſed magis.*
25 *Tannoni pudens.* Ita cum Pithœo correximus. Vulgò, *tam non impudens.*
29 *Licia diſcolora.* Pharmaceutria:

Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore
Licia circundo. item Ciri:
Térque nouena ligat vario diuerſa colore
Licia.

Petronius Arbiter: *Illa licium protulit varij coloris filis intortum, ceruicemq́; vinxit meam.*

Pag. 329. verſ. 4. *Frontibus teneris detergenda.* Legi olim, *detegenda.* quod iam mihi non placet. Haud dubium tamen eſt, ſic legendum eſſe Plauti Epidico:

Detegetur corium de tergo meo.

vt in ſuis libris etiam legi teſtatur doctiſſimus Camerarius; vt ego etiam in aliis eſſe ſcio. Nec Nonius audiendus, qui *Degetur* ſcribit, & Degere, detrahere hic ſignificare vult. Nam idipſum potius Detegere eſt. Turpilius Pedio: *Quæſo omitte ac deſere, quæ te ſemel nacta, ſemper ſtuduit perdere, detegere, deſpoliare, opplereq́; adeo fama ac flagitiis.* Qui locus id omnino ita eſſe conuincit, & ab ipſo Marcello aliàs citatur.

5 *Excindenda.* Malim, *excidenda.*
6 *Hamis inuncanda.* Sic ex Ven. Romanaque edit. repoſuimus: Vulgò erat, *hamis inincunda.* Vnde Pithœus, *hamis vincunda.* Lectio noſtra magis probabilis. Sidonius Apol. lib. VII. Epiſtol. x. *Semper hic tamen bonarum partium mores pungentibus linguis maledicorum, veluti bicipitibus hamis, inuncabuntur.* Et lib. IX. *Syllogiſmis tuæ propoſitionis vncatis volubilem tergiuerſantium linguam inhamantibus.* Hunc enim affectatorem ſermonis Apuleiani iam ſæpius obſeruauimus.
9 *Fluctum ſcrutaris.* Fortè potius, *fretum ſcrut.*
14 *Verſus ipſos.* Emendem, *verſus poſui, quos agnoſc.* Lipſius etiam mauult *Læuium*, quàm, *Lælium*, hîc legere, quod is inter illos, qui amatoria ſcripſerunt apud Gelliũ lib. XIX. cap. IX. Sed pluribus de eo Scaliger Auſonian. Lection.
16 *Antipathes.* Sic ſcribendũ fuit, non, *Antiphates*: vt etiam viſum ante annos multos B. Pio fuit, & poſtea Turnebo. An-

10 Antipathes, vt ſcribit Plinius, gemma nominatur nigra, quam contra effaſcinationem prædicabant valere Magi. Cteſias apud Stobæum: Ὄρος ἐςὶ τῆς Μυσίας ἴνδρας ...μενον. φύεται δὲ ἐν αὐτῷ λίθος ἀντιπαθὴς ὀνομαζόμενος, ὃς κάλλιστα ποιεῖ πρὸς ἀλφοὺς καὶ λέπρας δ' εἶναι τριβόμενος, καὶ δὶς πάσχουσι ἐπιτιθέμενος.

18 *Trochiſcili vngues.* Idem Pius, *Trochili vngues*: Ioſ. Scaliger, *Trochiſcili, iynges.* Scribit ſcholiaſtes Theocriti Iyngi auiculæ vim ineſſe natam amatorij philtri; ac ideo omnia in amorem impellentia ἴυγγας dici. Adi Suidam, & Iunium noſtrum Adagior. Centur. IV. vbi multa, quæ ad hunc locum penitius percipiendum.

20 *Aureæ illices.* Pius, *Aureæ iynges*: Scaliger, *Auriplices, bitorta.* quem vide ad Append. Virgilianam: Pium autem, ſi otij tanti, Annot. poſter. cap. CXCVIII. vbi verſiculos hos omnes explicare conatur.

26 *Nihil adiutare.* Rom. Ven. Ald. Baſ. 1. *mihi adiutare.* Placebat Lipſio, *mihi adnutare.* Et ſi, inquit, aduerſarius meus mihi concedere, hoc ita eſſe, videatur; rationem tamen meam promam.

28 *Eum memoria.* Venetiis cuſum, *tamen memoriæ.*

Pag. 330. verſ. 11. *Vlixes ſcrobem.* Odyſſ. Λ.

Ibid. *Æolus follem, nec Helena Crateram.* Hoc Od. Δ. illud Κ.

16 *Penitus piſcium ventribus.* Lego, *penitis piſ. ventr.*

24 *Aliquid aliqua.* Margarit. poët. *ad aliqua.* Sed Plautus Milite: *Antenenit o aliqua alios.*

31 *Et ſi thus.* Forte melius, *vt, ſi thus.*

Pag. 331. verſ. 1. *Menelai ſocios.* Error memoriæ. Vlixi fuerunt. Vide Odyſſ. μ. Athenæum lib. 1. Meminit quoque Plutarchus lib. de Iſide & Oſiride.

3 *Famem propulſaſſe.* Veter. edit. *famem propulſos eſſe.* Vnde coniecimus, *famem propulſum iſſe.* Sed Propulſos eſſe, pro propuliſſe, fortè eo genere loquendi dictum, quod notauimus ſuprà ad lib. III. de Aſino aur.

4 *Gulones.* Num, *gluttones?* Gloſſarium: *Glutto, λίμβος,* Iſidorus Origin. lib. X. *Glutto à gula, id eſt guloſus.* Immo à Glutto. Idem Gloſſarium: *Glutus, βρόγχος.* Perſius:

Nec glutto ſorbere ſalinam Mercurialem.

Sed Gulones etiam dicuntur. Feſtus: *Inglunie à gula dicta. hinc & Ingluuioſus, & Glutto, & Gulo, Gumia, Gutiur, Glutus, Gutturoſus, Gurgulio.*

6 *Anquirunt.* Malè vulg. *acquirunt.* ſic emendatum etiam à nobis infrà: *In omnibus aut omiſſa anquirere, aut defecta ſupplere.* Anquirere, eſt cum cura & ſtudio quid quærere: verbum quod ſæpius loco ſuo motum ab imperitis librariis. Cicero de Fato: *In qua quid valeat id quod fieri poßit anquiritur.* Magis latet in Arnobio, lib. VI. vbi ſic legitur in Romana editione: *Opem rogare ſuppliciter, aduerſiſq; in rebus, atqua in temporibus aſperis propitij numinis fauore ſuccurrere.* & Gelenius qui locum non bene habere rectè arbitratus, edidit, *propitij numinis fauores accurrere.* Sed eruerim etiam ibi hoc verbum, *propitij numinis fauorem anquirere.* Sermo enim omnis de hominibus, Deorum gratiam & fauorem ambientibus.

18 *Themiſon ſeruus.* Vulgati codices omnes, *Themis conſeruus.* quod iamdudum Electis ſuis emendauit lectiſſimus Lipſius hîc, & poſt loco altero ex eadem hac Apologia. Sed rectè etiam infrà: *Themiſon medicus, à quo mulier ad inſpiciendum perducta eſt.* Aptè ſeruo medico nomen inditum principis medici. nam is Themiſon, vt à quo etiam ſectæ in medicina nomen. Seneca Epiſtola XCV. *Itaque alia eſt Hippocratis ſecta, alia Aſclepiadis, alia Themiſonis.* Meminit & Athenæus Dipnoſophiſtar. lib. VII.

Pag. 332. verſ. 6. *Fringultiat, vel omnino obmuteſcat.* Hinc notemus, quid Fringultire. & ex Apolog. II. *Audiſti Maximè paulo ante priuignum meum fratrem Pontiani, diſerti iuuenis, vix ſingulas ſyllabas fringultientem.* Quocirca etiam reſcribamus in Sido. Apollin. Epiſt. x. lib. VII. *Neque enim valuiſſemus aliquid in commune conſulere; niſi, iudicij ſui faciens plebs lenita iacturam, ſacerdotali ſe potius iudicio ſubdidiſſet, presbyterorum ſanè paucis angulatim fringultientibus; porrò autem palam ne mußitantibus quidem.* nam vulgatum malè, *angulatim ſingultientibus.*

12 *Fortaſſean.* Vulg. *fortaſſe an.* Dictionem hanc primus eruit maximus Aſtreæ antiſtes I. Cuiacius Obſeruat. lib. IX. cap. X. vbi pluſcula illi è Tertulliano, quæ etiam nos notaueramus ad hunc locum, aliiſque probis auctoribus

collecta

ollecta exempla. Cenſeo etiam legendum apud Sene-
am Epiſtola XXIX. *Vitia eius etiamſi non excidero, inhibebo. Non*
deſinent, ſed intermittentur fortaſſean, & deſinent. cum editum ſit
vbique, fortaſſe autem.

14 *Virginal.* Baſ. I. *viaginal.* Virginal, pars illa corporis
a virginibus qua feminæ habentur. Prudentius:

Intactum ab omni crimine virginal.

Solinus Memorabil. cap. IV. *Feminis perinde eſt infauſta natiuitas, ſi conſertum virginal fuerit.* B. Auguſtinus lib. XXII. cap. VIII. de Ciuit. Dei: *Non credunt hoc, qui etiam dominum ſemper integra virginalia matris enixum, & ad diſcipulos ſuos oſtiis clauſis ingreſſum fuiſſe non credunt.* A ſimilitudine partis eiuſdem corporis feminini etiam Vuluulæ, piſcium genus apud Plinium lib. I. Epiſtolarum, & μήτρα χιελάπου apud Eubulum Nutricibus, citante Athenæo lib. VII. Dipnoſophiſt.

15 *Inſtructus.* Lipſius, *inſtructius.*

18 *Comendo capillo.* Sic Ven. Rom. Aliæ, *comando cap.*

27 *Vltro foras.* Eſt qui ſcribat, *vltra oras.*

30 *Conchulam ſtriatam.* Plautus Rudente:

Echinos, lepadas, oſtreas, balanos captamus, conchas,
Marinam vrticam, muſculos, plagnſias, ſtriatas.

Vbi etiam pro *plagnſias, pelagias* legere malim. nam ita alio nomine Purpuras vocari, auctor Plinius lib. IX. c. XXXVII.

Pag. 333. verſ. 8. *Alga ad querquerum.* Impreſſum vbique, *alga ad quercetum.* Querquerum ſeu Querquera, id eſt, Febris querquera, de qua Feſtus. Minutius Octauio: *Cum querquero quateris, cum febribus vreris, cum dolore laceraris.* Arnob. lib. I. *Vitiligines, querqueras, atque intercutes morbos.* Plauti verſus qui apud Feſtum ex eius Friuolaria eſt, ſic legendus:

Is mihi erat bilis, aqua intercus, tuſſis, febris querquera.

vt eſt apud Priſcian. lib. VI. Poſſet ergo hic legi etiam, *ad querqueram.*

9 *Proxima humanitate.* Lipſius corrigit, *prima humanit.* ego, *plurima human.*

13 *Quorumdum adhuc.* Ita reponendum duximus, maleque paſſim ante impreſſum, *quorumdam adhuc.* Sic τὸ Dum

etiam poſitum infrà Apolog. II. *At tu dum putas eam etiam nunc fratri tuo demptturam.* Et ſuprà Floridor. III. *Et iamdum eum ingenti plaga reconcilio.* Sic apud Plautum ſæpius; vt Milite:

Nequedum exarui ex amœnis rebus & voluptariis.

Ita Etiamdum Pſeudolo: *Primumdum* Rudente & alibi: *Ineptuſdum* Trinummo etiam ſic accipiendum, & legẽdum:

Quid ego ineptus dum, ſermonem vereor interrumpere?

Male mutarunt veterem lectionem Truculento:

Triſtis exit. auet conuenire etiam hic dum phroneſium.

nam Camerarius & Lambinus ediderunt:

Triſtis exit, haud conuenire etiam hic velim Phroneſium.

Quorum editiones ſecutus I. Guilielmius amiciſſimus meus, aliud quid reponendum cenſuit. Pariſienſis editio antiqua lectionem habet quam priorem dedimus.

17 *Poſtumam.* Ita, nec aliter ſcribendum fas fuiſſe duximus, emendauit ante annos multos I C. præcipuus I. Cuiacius præceptor noſter Obſer. lib. III. cap. IV. Tertullianus de Teſtimonio animæ: *Quorum innumera elogia ſunt contemptæ mortis propter poſtumam famam.* De Anima: *Et in Phædro poſt mortem differt ſententiam veritatis, poſtumam ſcilicet. & tamen nondum mortuus philoſophatur.* Hæc duo loca non notauit magnus ille vir. ad quem fortaſſis te relegaſſe ſufficiebat.

24 *Ariſtotelis* περὶ ζώων. Apud Diog. Περὶ ζώων ᾱ, β̄, γ̄, δ̄, ε̄, ϛ̄, ζ̄, η̄, θ̄. Ἀνατομῶν, ᾱ, β̄, γ̄, δ̄, ε̄, ϛ̄, ζ̄, η̄. Ἐκλογὴ ἀνατομῶν ᾱ. Ὑπὲρ τῶν συνθέτων ζώων, ᾱ. Ὑπὲρ τῶν μυθολογουμένων ζώων, ᾱ.

31 *Si opera eſt.* Infrà: *Sed non eſt operæ in iſtis diem terere.* de Deo Socratis: *Non eſt operæ diis ſuperis ad hæc deſcendere.* Opera eſt, & operæ eſt, dixit etiam Plautus: in quo non temerè hoc vel illud loco mouendum, quod quidam faciunt. Aulularia: *Da mihi operam parumper, ſi opera eſt, Euclio.*
Mercatore: *Sed ea vt ſim implicitus dicam, ſi operæ eſt auribus.*
Caſina: *Operam date, dum mea facta itero. eſt operæ auribus percipere.*
Milite: *Occupata eſt, operæ non eſt.*

Pag. 334. verſ. 2. *Quos fortè hic amici habuere, ſeduliq; Naturalium Quæſtionum.* Emendare placet Lipſio, *Si quos fortè hic amici*

amici habuere: ſed vtique Natur. Quæſt. ac quintum maximè

15 *Ita multum.* Ven. *ita in tumltu.*

24 *Feminæ ſubent, mares ſuriant.* Vet. edit. *Fem. ſubentant, mar. ſur.* Gloſſæ veteres, *Subat* ὀργιᾷ. Scribo, ὀργᾷ. Eædem: *Surit*, καπρᾷ. Subare in fæminis, Surire in maſculis plurimum poſuerunt antiqui. Lucretius lib. IV. de equa:

——Subat, ardet, abundat
Natura, & Venerem ſalientum læta retractat.

Tertullianus Exhortatione ad caſtitatem: *Et quando finis ſubendi? credo poſt finem ſubandi.* Sed ſæpius indiſcriminatim tam de his quàm de illis. D. Hieronymus aduerſ. Iouinianum lib. I. *Qui poſt caſtitatem & diuturnam continentiam ſubant ad coitum, & pecudum more laſciuiunt.* Tertullianus de Ioue: *Nunc fœdè ſubantem in ſororem, ſub commemoratione non ita dilectarum iampridem amicarum.* Feſtus: *Ita vt opprobrium mulieribus inde tractum ſit, cum Subare & Surire dicuntur.*

27 *Ne operosè animalium genita pergam.* Vet. edit. *ne perosè anim.* Verum puto, *ne per omnia anim. gen. perq.* Compendium erat, *per oĩa.* hinc mendum.

Pag. 335. verſ. 16. *Q. Ennius ædes phagitica, quæ verſibus ſcripſit.* In mendo cubat titulus operis Enniani. è quo eum leuarim legerimque, *Q. Ennius Ichthyophagetica, quæ verſibus ſcripſit*, ſeu Græcè malis, ἰχθυοφαγητικά. Fuit mihi etiam veriſimile, legendum videri, *Hedypathia*, ſeu Ἡδυπάθεια. quo nomine verſibus opuſculum inſcripſit peritiſſimus rei culinariæ Archeſtratus, aliquoties ab Athenæo laudatum. in quo quædam, quæ ab Ennio tranſlata videntur, immò ſunt: quemadmodum pòſt docebimus. Quod argumẽtum certiſſimum exiſtimandum eſt, eumdem eum indicem huius ſcripti Enniani fuiſſe. Simile volumen Varronis Περὶ ἐδεσμάτων, de quo Gellius lib. VII. cap. XVI.

19 *Omnibus vt clypea.* Corrigendum putat Turneb. *Omnibus at Clypea.* Clypea Africæ promontorium, apud Plinium lib. V. cap. IV. & cap. VII. Sed etiam piſcem hoc nomine ponit Plinius, & Calliſthenes ιγ. γαλατικῶν. Γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ μέγας ἰχθὺς Κλυπαία καλούμενος ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. cuius loci copiam nobis facit doctiſſimus Ioſ.

Scaliger Auſon. Lection. lib. I. cap. III.

20 *Mures ſunt Æni, aſpera & oſtrea plurima Abydi.* Idem Turnebus Aduerſar. lib. XXI. cap. XX. legit,

Mures ſunt Æni, aſt aſpra oſtrea plurima Abydi.

Lipſius:

Mures ſunt AEni, ac plera oſtrea, pluria Abydi.

Archeſtratus:

Τοὺς μῦς Αἶνος ἔχει μεγάλους, ὄστρεια δ' Ἄβυδος.

21 *Mus Mitylenæ eſt pecten,* &c. Turnebus:

Mus Mitylenæ eſt, pecten aperq; apud Ambraciæ amnes.

Cui ſcripturæ adſtipulatur parte aliqua Archeſtratus:

Τὰς ἄρκτους Πάριον, τοὺς δὲ κτένας ἡ Μιτυλήνη,
Πλείστους δ' Ἀμβρακία παρέχει.

Pro *caradrum*, ſubſtituẽdum cenſuerim, quod propius accedit ad vulgatam lectionem, *carabum*. Nam eo nomine piſcem commemorat Ariſtophanes:

Πολυπόδιον, σηπιδάριον, καράβιον, ἀστακὸν, ὄστρεα.

Etſi non videam adhuc, quomodo verſus hic eo pacto numeris ſuis reddi poſſit. De quo adhuc deliberandum.

23 *Brunduſii ſargus.* Turnebus hos duos verſus ſic ſcribendos etiam ponit:

Brunduſiis ſargus bonus eſt. hunc, magnus erit ſi,
Sume. Apriclum piſcem ſcito primum eſſe Tarenti.

Lipſius verò:

Brunduſii ſargus bonus eſtur. magnus erit ſi,
Sume. apriclum piſc. ſc. pr. e. T.

Ibid. *Magnus erit ſi.* Etiam præcipit Archeſtratus:

Τῆμος ἔχειν ὀπτὸν στιφρὸν τυρῷ κατάπαστον,
Εὐμεγέθη θερμὸν δριμεῖ δεδευμένον ὄξει.

25 *Surrenti ellopa fac emas,* &c. Turnebus:

Surrenti fac emas glaucum, & Cumas apud. at quid
Scarum pr. &c.

De Elope tamen etiam ſcribit Archeſtratus; ſed ita vt ad eum Ennius vix reſpexiſſe videri poſſit. Lucilius:

Quem præclarus elops, quem AEgyptius ſargus mouebit. Varro:

Nec multinummus piſcis ex ſalo captus
Elops.

Quæramus igitur licet huic verſui medicinam aliam.

26 *Cere-*

26 *Cerebrum Iouis penè ſupremi.* Elegans locutio. ad quam explicandam vnus vnicuſque locus iſte Suidæ: Διὸς ἐγκέφαλος. οὕτω λέγουσιν οἱ Πέρσαι ἐπὶ τῶν ἡδυπαθούντων, ἢ βασιλέως ἐγκέφαλος. cuius nobis index amiciſſimus Lipſius fuit. Sic ferè Archeſtratus:

Κέστρα τὸν κέφαλον καὶ τὸν θεόπαιδα λάβ᾽ ἐχίνη.

Sed malim ibi etiam, Κέστρα δ᾽ ἐγκέφαλον.

29 *Polypus Corcyræ.* Idem Archeſtratus:

Πούλυποι ἔν τε Θάσῳ καὶ Καρίᾳ εἰσὶν ἄριστοι
Καὶ Κόρκυρα τρέφει πολλούς.

Ibid. *Caluaria pinguia Carnæ.* Turneb. *Caluaria pinguia Atarnæ.* Malim cum Lipſio, *caluaria pinguia, atarne*: vel, *atarna.* Atarne, vt Cete, piſcis genus. quod fortaſſis ſic etiam reſtituendum Lucilio apud Gellium:

——abdomina thynni
Aduenientibus prima dabo, cephalæáque, atarne.

& in Plinio cap. XI. lib. XXXII. vbi *Acarne* inter piſces marinos, pro, *Atarne*, vel, *Atarna.* Gloſſæ veteres: *Atarna,* ἰχθύος εἶδος.

30 *Matriculi.* Rom. Ven. *marriculi*: Ald. *mariculi*: Turneb. *muriculi.* Num potius, *auriculæ.* τὰ ὠτάρια apud Athenæum lib. III.

Ibid. *Dulces quoque echini.* Vide Dipnoſophiſt. librum modo laudatum.

Pag. 336. verſ. 11. *Norant.* Venet. & Margar. poëtic. *nominant.*

14 *Criminoſum.* Sic Baſ. II. & Marg. poëtic. In aliis, *ærumnoſum.*

18 *Libros* ἀνατομῶν. De quibus ſuprà ex Diog. Laërt.

27 *Quid vocent.* Placeret magis ſcribi, *quid vocem.* quod verum arbitror.

Pag. 337. verſ. 6. *Ventrem ruſparer.* Baſ. II. Veteres aliæ, *ruſparet.* Ruſpare, ſeu Ruſpari, id eſt truncare, ſcindere. Tertullianus de Pallio: *Itaque cogitans omnia ſibi domum, intelligens alibi ſtipantem copiam, alibi deſerentem, runcare atque ruſpare conſuluit; vt inde, velut ex ſurculis & propaginibus, populi de populis, vrbes de vrbibus per vbique orbis pangerentur.* Alia huius verbi notio apud Nonium & Feſtum.

10 *Iocinera*. Lege in gloſſis priſcis: *Iocinera*, Ἔντερα: vbi malè, *Iocenera* Ἕτερα.

Ibid. *Hepetia ſuffoderem*. Malim ſcribere, *Hepatia ſuffod.* Lucillius Satyrar. lib. VIII. *Gigeria ſunt, ſine adeo hepatia.*

27 *Tanto*. Venet. *tamen*.

28 *Excogitatum*. Repone ex Rom. & Venet. *excogitatu*. Sic lib. VI. Metamorphoſ. *Panem ſordidum petitu eſto*.

33 *Conſinxere*. Vir doctus, *confluxere*

Pag. 338. verſ. 2. *Et alia*. Forte, *& talia*.

Ibid. *De Magicis pueris*. Rom. Ven. *de magiis & pueris*.

32 *Præſagire*. Rom. Ven. *præſagare*.

Ibid. *Vt iſta ſeſe habent*. Melius, *vt vt iſta ſeſe habent*.

Pag. 339. verſ. 4. *Pueri corpore*. Venet. *pueri in corpore*.

7 *Non enim ex omni ligno*. Euſebius de Præparat. euangel. lib. V. Οὐ δὲ καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτοὶ ὑπέθεντο πῶς χρὴ ποιεῖν καὶ ἐκ ποίας ὕλης δηλώσει τὰ τῆς ἑκάτης, ἔχοντα τοῦτον τὸν τρόπον.

14 *Debiliter*. Scribebam, *debilis, & facie vlc.*

21 *Omnes*. Rom. Ven. *homines*.

Pag. 340. verſ. 1. *Vt dixi*. Ven. *ut dixi quidem*.

9 *Amiciat*. Idem, *amiciatur*.

32 *Corripit*. Edit. priſcæ, *corrigit*.

Pag. 341. verſ. 9. *Dementire*. Vulg. *dementiri*. Sed Apologia II. *Seſe mea Magia in amorem inductam dementire*. vbi in Rom. edit. *dementare*. Vtrumque veteribus vſitatum repperias. Gloſſarium: *Dementat*, Ἀφρονεῖ, ἀπορεῖ, καταγινώσκει. Lucretius lib. III. ——*Dementit enim, deliraq; fatur.* Tertullianus de Anima: *Nam & cùm dementit homo, dementit anima*. Marcianus Capella lib. VIII. *Deſipere vel dementare cœpiſti*.

Pag. 342. verſ. 20. *Diutinè*. Num, *diutinò*? Supra enim: *Quippe in omnibus manufaciundis imaginibus opera diutinò ſumitur*. Ad eum modum Matutinò, Cottidiano, & talia.

24 *Incantatam*. Ald. Baſ. *1. in cautelam*.

26 *Dicitis*. Rom. Ven. *interdicitis*.

Pag. 343. verſ. 15. *Habuit vt fieret*. Venet. *habuit vt fecerit*.

29 *Timæo*. Non longè à fine operis.

Pag. 344. verſ. 7. *Materia morbi Comitialis &c.* Verba Platonis ſunt, ad hunc locum: Τὸ δὲ λευκὸν φλέγμα διὰ τὸ

τῶν

τῶν πομφολύγων πνεῦμα χαλεπὸν ἀποληφθὲν, ἔξω δὲ τοῦ σώματος ἀναπνοὰς ἴσχον, ἠπιώτερον μὲν καταπονεῖ, ποικίλλει δὲ τὸ σῶμα, λεύκας ἀλφούς τε καὶ τὰ τούτων ξυγγενῆ νοσήματα ἀποτίκτον. μετὰ χολῆς δὲ μελαίνης κεραθὲν, ἐπὶ τὰς περιόδους τε τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ θειοτάτας οὔσας, ἐπισκεδαννύμενον, καὶ ξυνταράττον αὐτὰς, καθ' ὕπνον μὲν ἰὸν πραΰτερον. ἐγρηγορόσι δὲ ἐπιτιθέμενον, δυσαπαλλακτότερον. νόσημα δὲ ἱερᾶς ὂν φύσεως, ἐνδικώτατα ἱερὸν λέγεται).

9 *Spiritum indidem*. Scribo, *ſpiritu ind*. Quod ita eſſe debere, arguit locus Platonis quem modo citaui.

16 *Compenſat* Venet. *compeſcat*.

17 *Dulcedo*. Immò potius, *albedo*. quod poſtulat Plato.

31 *Quantum potui*. Fortè, *quantum potuit*. de quo ſuprà.

32 *Cui ego fidem arbitratus*. A Plauto, Bacchidibus:

Poſtremò ſi pergis parum fidem mihi arbitrarier.

Pag. 345. verſ. 6. *Succumbunt*. Vet. edit. *accumbunt*.

20 *Et remedia*. Baſ. 1 & Rom. *vt remedia*.

Pag. 346. verſ. 4. *Illiditur*. Sic Rom. Ven. Alij, *illuditur*.

25 *Quippe qui*. τὸ *fuerunt* hoc loco abeſt in vet. edit. Vide ſcribi poſſit, *quippini? ſolertiſſimi & acerr*. &c.

Pag. 347. verſ. 8. *Sciuet*. Baſ. 1 1. *neſcierit*.

10 *An quod libertus aſsiduus*. Fortè, *An quod lib Aſsiduus*, vt proprium nomen hoc ſit liberti: vel, *An quod libertus, aſsiduò cui*. &c.

15 *Reminiſcere*. *Comminiſcere*, legendum fuerit.

21 *Nihil me*. Venet. *nihil ad me*.

Pag. 348, verſ. 3. *Votum in alicuius ſtatuæ femore adſignaſti*. Vota ſua veteres & preces tabella conceptas conſcriptaſque & cera obſignatas Deorum genibus adfigebãt: quod vocabant, Votum, ſeu preces, ſeu orationem ſignare, adſignare. Plinius ad Traianum: *Solemnia vota pro incolumitate tua, qua publica ſalus continetur, & ſuſcepimus domine pariter, & ſoluimus: precati Deos, vt velint ea ſemper ſolui, ſemperq; ſignari*. Tertullianus de Oratione: *Quod, adſignata oratione, adſidendi mos eſt quibuſdam*. Ex hoc ritu intelligendus Iuuenalis:

Propter quæ fas eſt genua incerare Deorum.

& Prudentius lib. 1. contra Symmach.

—— *ſaxa illita ceris*
Viderat, vnguentóque Lares humeſcere nigros.

8 *Si verbe-*

8 *Si verbenam ſumpſeris.* Ad ornandam aram, & perſpergendam. Ritus idem apud Plautum, Mercatore:

——Aliquid cedo
Qui hanc vicini noſtri aram augeam Syra.
SY. *Do ſanè hanc virgam lauri.*

13 *Cuiuſmodi.* Rom. *cuiuſcemodi.* quod repoſuerim.
17 *Etiam quod.* Rom. *& quod.* Ven. Ald. Baſ. 1. extra quòd.
28 *Manticularentur.* Feſtus: *Manticularum vſus pauperibus in nummis recondendis etiam noſtro ſæculo fuit. vnde Manticulari dicebantur, qui furandi gratia manticulas attrectabant.* Subiicit deinde exempla ex Pacuuio, quibus docet Manticulari pro dolosè, captiosè agere, furari poſitum fuiſſe. Adſentior iis, quidquid contra ſentiat Lambinus, qui legunt Plauti Captiuis:

Nam hercle niſi manticulatus probè ero, fuſti plectito.

Hinc Manticularius, proculdubio etiam is qui aliena libentius cõtrectat, quàm ſua, apud Tertullianum Apologetico: *Quis illic ſicarius, quis manticularius, quis ſacrilegus, aut corruptor, aut lauantium prædo.*

Pag. 349. verſ. 10. *Aliqui.* Rom. Baſ. 1. *aliquis.* Vide ad lib. 1 Mileſiar.
20 *Pythagoræ ſcitis.* Aut valdè noſter errat, aut Diogen. Laërtius, qui de hoc Philoſopho principe lib. VIII. Στολὴ δ᾽ αὐτῷ λευκὴ, καθαρὰ, καὶ στρώματα λευκὰ ἐξ ἐρίων. τὰ γὰρ λινᾶ οὔπω εἰς ἐκείνους ἀφῖκτο τοὺς τόπους.
26 *Percenſentibus.* Baſ. 11. al. *partim Oeenſium.*
29 *Nec Diis rurationis, qui eum paſcunt ac veſtiunt, ſegetis vllas, aut vitis aut gregis primitias impartit.* Tibullus:

Et quodcunque mihi pomum nouus educat annus,
Libatum agricolæ ponitur ante Deo.

Nam veterum ea ſuperſtitio, vt quorumlibet fructuum annis ſingulis diis ſuis ruſticis primitias ſacrarent. Cenſorinus de Die natali: *Itaque cum perceperant fruges, antequam veſcerentur, Diis libare inſtituerunt.* A. Gannius, vetus Poëta: *Hic adoris dat primitias tibi: ſanguine libat.*

Leonidas:

Ἀγρονόμῳ τάδε Πανὶ καὶ εὐαστῆρι Λυαίῳ
Πρέσβυς καὶ Νύμφαις δρυάσ᾽ ἔθηκε Βίτων.

Πανὶ μὲν, ἀρτίβοτον χίμαρον συμπαίστορα μητρὸς,
Κιοτοῦ δὲ Βρομίῳ κλῶνα πολυπλανέος.
Νύμφαις δὲ, σκιερῆς εὐποίκιλον ἄνθος ἐπαύλης,
Φύλλατε πιτναμένων αἱματόεντα ῥόδων,
Ἀνθ' ὧν εὔυδρον Νύμφαι τόδε δῶμα γέροντος
Αὔξετε, Πὰν, γλαγερὸν, Βάκχε, πολυστάφυλον.

31 *Nullum in villa eius delubrum ſitum.* Ex eadem ſuperſtitione erat, vt ferè vnuſquiſque in agris, prædiis ſuis ſacellum quoddam Deo cuidam aut Deæ ſacrum haberet. Cenſorinus ibidem: *Et quum agros atque vrbes Deorum munere poßiderent; partem quamdam templis ſacelliſque, vbi eos colerent, dicarent.* Bacchylides:

Εὔδημος τὸν ναὸν ἐπ' ἀγροῦ τόνδ' ἀνέθηκε
Τῷ πάντων ἀνέμων πιοτάτῳ Ζεφύρῳ.
Εὐξαμένῳ γάρ οἱ ἦλθε βοηθόος, ὄφρα τάχιστα
Λικμήσῃ πεπόνων καρπὸν ἀπ' ἀσταχύων.

Propertius lib. II.

Atque ibi rara feres inculto thura ſacello,
Hædus vbi agreſtes corruet ante focos.

Plinius lib. IX. Epiſtolar. ad Muſtium: *Aruſpicum monitu reficienda eſt mihi ædes Cereris in prædiis in melius & in maius.*

Pag. 350. verſ. 6. *Ob hanc diuini contumaciam.* Emendo, *ob hanc Diuûm contumeliam*: vel, *contemnentiam.* Certè locus hic non caret maculis, quas necdum ſatis ex animi ſententia eluere potui.

10 *Si qui fortè adeſt eorumdem ſolemnium mihi particeps; ſignum dato.* Ritus obſeruandus. ex quo etiam intelligendus elegans Plauti locus, Milite:

MI. *Tum pol ego id quod celo, haud celo.* PA. *Immo ita, etiam ſi non celas.*
MI. *Quò argumento?* PA. *Inſidos celas: ego ſum tibi firma fide.*
MI. *Cedò ſignum, ſi tu harum Baccharum es.*

14 *Animo.* Rom Venet. *animum.*

18 *Tranſcenſurus.* Baſ. 1. Ald *tranſcurſus.*

Ibid. *Gumiæ cuiuſdam.* Feſtus: *Hinc & Ingluuioſus, & Glutto, Gulo, Gumia.* Lucillius apud Cic. II. de Finib.

——*Compellans gumias ex ordine noſtros.*

20 *Nocturna ſacra.* Paullus lib. V. Sententiarum: *Qui ſacra impia*

era impia nocturnáue, vt quem obcantarent, interficerent, obligarent, fecerint faciendáue curauerint. Eadem Mala ſacrificia Modeſtino L. XIII. ad L. Cornel. de Sicar.

12 *Tamen à cæde & fumo.* Marg. Baſ. II. *tamen tedæ fumo.*

29 *Vlixes fumum.* Odyſſ. α.

—ὅπως Ἰθάκης ἐπιλήσεται· αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι
ἧς γαίης, θανέειν ἱμείρεται.

Pag. 351, verſ. 14. *Sublimiter.* Reſcribendum ex Ven. & Rom. *ſubtiliter.*

22 *Conuerreret.* In pleriſque, *conuenteret.*

33 *Non inſimulet Craſſus ſeruum ſuum.* Ita Baſ. II. ad marg. reſcribit. Aliàs, *nónne ſimul & Craſſus ſeruus ſuus.*

Pag. 352. verſ. 6. *Hæc fabra tecum.* Lipſius emendat, *hac fabricantem.*

7 *Notabiliter.* Ven. *nobiliter.* An, *nauſeabiliter?*

15 *Obeunda.* Quædam edit. *obeundæ.*

26 *Abligurriuit.* Vet. edit. *abligurritum.*

Pag. 353. verſ. 12. *Solita audacia.* Eædem, *ſoluta audacia.*

13 *Teſtimonio.* Potius, *teſtimonium.*

15 *Non quòd pinnarum formidines.* Venet. *non quò.* Alludit hic ad lineam illam variis plumis pinniſque auium diſtinctam, quæ ad retia ponebatur, & ſic genus omne ferarum in ea captioſè inducebat ac induebat. Hæc dicta Formido. Seneca de Ira lib. I. *Nec mirum, cum maximos ferarum greges linea pennis diſtincta contineat, & in inſidias agat, ab ipſo effectu dicta Formido.* Hoc quomodo fieret, ſatis apertè Nemeſianus:

Linea quin etiam magnos circumdare ſaltus
Quæ poſſit, volucréſque metu concludere prædas,
Digerat innexas non vna ex alite plumas.
Namque urſos, magnóſque ſues, ceruóſque fugaces
Terrificant, liniſque vetant tranſcendere ſeptum.

Seneca lib. I. de Clementia: *Sic feras lineis, & pinna concluſas contine, eaſdem à tergo eques telis inceſſat; tentabunt fugam per ipſa quæ fugerant, proculcabuntq́; formidinem.* B. Auguſtinus lib. I. de Nuptiis & concupiſc. *Et cùm verentur infamiam falſam, verum crimen incurrunt; inſtar ferarum, quæ circumdantur pinnis, vt cogantur in retia*

iertia. Hinc Formidines, captioſa argumenta apud Gellium Noct. Atticar. lib. VIII. cap. IX. *Remotarum autem quæſtionum nebulas & formidines capiendis imperitorũ animis oſtentante.*

22 *Celeri forma.* Rom. Ven. marg. Baſ. II. *celeu forma.* Fortè, *hebeti forma.*

32 *E buxo.* Sic repoſui, ducente me eò margine Baſ. II. in qua erat, *euoxo*: in aliis, *Gnoſſo.* Virgil. lib. I. Georgic.

Nec tiliæ læves, aut torno raſile buxum
Non formam accipiunt, ferróque cauantur acuto.

Et ſequitur hîc: *Igitur primo buxeam temaſſe.*

Pag. 354. verſ. 10. *Item.* Rom. Ven. Ald. *ita.*

17 *Eo tempore.* Vet. edit. *meo.* Scribebam, *in eo.*

Pag. 355. verſ. 13. *Dæmonium.* Ms. *dæmonem.*

17 *En vide.* Idem, *Hem vide.*

Ibid. *Succi plena.* Idem, *ſuccipala.*

Pag. 356. verſ. 9. *Opera.* Quidam, *opere.*

PETRI COLVI IN APOLOGIAM SECVNDAM NOTÆ.

PAG. 357. verſ. 16. *In ceteris cauſſis.* Fortè potius legendum fuerit, *in cet. caſibus.*

Pag. 358. verſ. 6. *Ne huic frutici.* In hominem ruſticum, ineptum. Plautus Moſtellaria:

Nec veriſimile loquere, nec verum, frutex.

8 *Aliam rem Inuidia nullam.* Rom. & Baſ. II. in aliis, *aliam rem inuidiam.* Noto ſuprà ad lib. III. Metamorphoſ.

21 *Mox in principio.* Fortè rectiùs, *exin principio.*

26 *Demiſſum & ſuborvatum.* Malit Lipſius, *immiſſum & ſub.* vel, *ſubmiſſum & ſub.*

Pag. 359. verſ. 2. *Mendacij.* Baſ. II. ad marg. *indicij.*

16 *Cum quo iubebatur.* Baſ. I. Ven. *cum quo videbatur.*

17 *Vanis fruſtrationibus.* Legerim cum Lipſio, *variis fruſtr.*

32 *Approbarent.* Venet. *approbant.* quod malim.

Pag. 360. verſ. 21. *Nupturiſſe*. Ald. *nuptam eſſe*.

Pag. 361. verſ. 28. *Reſpectus*. Sola ita Rom. edit. Aliæ omnes, *adſpectus*.

Pag. 362. verſ. 8. *Manerem*. Vet. edit. *manere*.

11 *Vt ad ſeſe in domum*. Eædem, *ut ſeſe domum*.

28 *Formoſa pupilla*. Nihil agit, qui potius legendum putat, *pupula*. nam dixerunt veteres Pupa, Pupula, & Pupilla. Auſonius: ——*Latias vincis alumna pupas*.
Perſius: *Nempe hoc quod Veneri donatæ à virgine pupæ*.
Gloſſarium vetus: *Puppæ*, Πλαγγόνες. αἱ τῶν παιδίων νύμφαι. Nos adhuc idem nomen retinemus, & ἀθύρματα illa puerilia **Puppen** vocamus, ſeu **Pouppen**. Repperio in eodem Gloſſario: *Pupus*, Βρέφος, νάνιον. Pupula eſt apud noſtrum etiam Mileſiarum lib. VI. Pupilla in Gloſſis: *Pupilla*, Κόρη.

Pag. 363. verſ. 9. *Tantulam moram*. Venet. Ald. *tantam moram*: Rom. Baſ. I. *tantum mor*.

16 *A conſpecta fide*. Forſitan, *à compecta fide*: id eſt, compacta, promiſſa. Sic Depectus, & Depeciſci infrà.

18 *Prohibitum eſſe*. Baſ. II. pro, prohibuiſſe. Edit. aliæ, *prohibitum iſſe*.

22 *Eccilli*. Baſ. II. Rom. ſed Ald. *Orcilli*. Sic Eccilla, eccillum, eccillud apud Plautum Aulularia, Sticho, Perſa, Rudente: Icciſtam, Curculione.

25 *Demonſtrabo niſi*. Lipſius, *demonſtrabo: ne, ſi*.

29 *Teſtium coemptor*. Antiquæ edit. *teſt. exemptor*.

33 *Omnium litium depector*. Ald. *omn. lit. repertor*. Sed infrà: *Cum creditoribus depeciſcitur*. Gellius lib. XX. *Reus, qui depeciſci noluerat*. Depeciſci, non depaciſci ſcriptum olim notat lib. X. Priſcianus.

Pag. 364. verſ. 9. *Deperduint*. Adl. *deperdunt*: Baſ. I. *deperdiunt*. Lego, *depereunt*. Non ſolùm olim iuuenis, verumetiam nunc decrepitus ſenex Ruffinus iſte ſtupratoribus ſuis amatur.

17 *Solers*. Lipſius, *ſolens*.

21 *Suo arbitratu aſcendunt*. Rom. *ſuo arb. abſcedunt*. Aſcendunt, in cænaculum ſuperius. nam in cænaculis plurimũ dormiebant & habitabant antiqui. Lyſias Apologia:

Οἰκίδιον

Οἰκίδιον ἐστί μοι διπλοῦν ἴσα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω κατὰ τὴν γυναικωνῖτιν καὶ κατὰ τὴν ἀνδρωνῖτιν. ἐπειδὴ δὲ τὸ παιδίον ἐγένεθ' ἡμῖν, ἡ μήτηρ αὐτὸ ἐθήλαζεν. ἵνα δὲ μὴ ὁπότε λοῦσθαι δέοι, κινδυνεύῃ κατὰ τῆς κλίμακος καταβαίνουσα, ἐγὼ μὲν ἄνω διῃτώμην αἱ δὲ γυναῖκες κάτω. Iuppiter Plautinus:

In ſuperiore qui habito cænaculo. Martialis:

Nam tribus habito ſcalis, ſed altis.

Seneca Epiſtola LXXX. *Diurnum accipit, in cænaculo dormit.*

18 *Tabulis flagitaretur.* Quibus pecunia debita oſtendebatur. Suprà: *Ex quo ſanè aliquantā pecuniam nullis tabulis, ſed, vt quum erat, mera fide acceptam filius debebat.* Huc pertinet Iulia-nL. CIV. §. 1. De Legat. lib. 1.

19 *Lex, inquit.* Rom. & Baſ. 1. *Flax, inquit.* Vnde bene Lipſius, *Pax, inquit.* Pax Plauti vox, ſilentij nota. Milite:

PA. *Dicam iam.* PL. *Nempe eamdem, quæ dudum conſtituta eſt.*
PA. *Pax, abi.*

Græcum eſt, quando ſignificat tantummodo, inquit Priſcianus lib. XV. Diphilus:

Δειπνεῖτε καταδὺς, πῶς δοκεῖς; λακωνικῶς.
Ὀξυστε δὲ κοτύλην. πάξ τί πάξ;

Etiam nos, cùm aliquē tacere volumus, dicimus, Paps.

Pag. 365. verſ. 1. *HS. triginta.* Parum hoc. reſcribendum fortè, *HS. tricies.*

4 *Degulator.* Iſidorus Orig. X, *Degulator, quòd gulæ ſit deditus.* Vſus & Degulandi verbo Afranius Brunduſinis: *Degulaſſe ſpmuit.* apud Soſipat. lib. 1.

5 *Collurcinationibus.* Rom. Ven. Ald. Baſ. 1. *cohircinationib.* Scripſi aliquando, *tuburcinationibus.* Num etiam rectum ſit, *collurcationibus*, vel, *colluſtrationibus?* Notum quid in Plauto Luſtrari, Caſina & Pſeudolo: Lurcandi verbum, & Lurconis etiam iam ſatis tritum: item Tuburcinandi. Qui ignorat, conſulat Feſtum, & Nonium. Apud hunc legemin Turpilio, Boethuntibus:

Melexia intus ceſſat. credo hercle helluo
Tuburcinatur.

Sed, *cohircinationibus*, etiam non contemnendum: vtpote à libidine hircorum, ſiue hœdorum compoſitione vocabuli noui facta. Sic certè Hircos ſiue Hœdos impudicos

homines ſcortatoreſque vocabant veteres. in quo emendaui eumdem iamdudum Turpilium apud Marcellum, Lindia: *—— Quibus*

Te in rebus deſpoliaſti, hœdus in luſtris latens.

Sic Plautus: *Illic hircus alius.*

7 *Et morum* ✱. Deeſt quid, fortè ita ſupplendum: *& morum integer*, vel ſimili alio.

11 *Contumelus abnuit.* Fortaſſean potius ſit, *contumeliis obnoluit.* Arnobius lib. V. *Sed quid terrenis obnoluiſſe vos ſordibus Deûm loquimur matrem?*

24 *Immedicatum os.* Eſt qui legat, *medicatum os.* Medicari os, facies dicitur, cum vnguine, pane macerato, & id genus offuciis in medicamenti cuiuſdam modum compoſitis oblinitur, interpolatur: cùm, vt cum Propertio dicam, formæ artificem admittit. Ea mens Senecæ Epiſtola CXXIII. *Turpe eſt neminem eſſe in comitatu puerorum, cuius ſana facies medicamentum deſideret.* Iuuenalis:

Sed quæ mutatis inducitur atque fouetur
Tot medicaminibus, coctæque ſiliginis offas
Accipit, & madidæ, facies dicetur, an vlcus?

Tertullianus de Virginibus velandis: *Et faciem moroſiorem lauacro macerant, forſitan & aliquo eam medicamine interpolant.* Sic Ælianus libr. 12. Var. Hiſtor. Διαπεπλεγμέναι ἦσαν τὰς κόμας ϗ διαπεποικιλμέναι τὰ πρόσωπα ἐν τρίψεσι ϗ φαρμάκοις.

26 *Purpuriſſatas genas.* Meretricium, purpuriſſo genas inficere. Plautus Truculento:

Quiáque adeo iſtas buccas tam bellè purpuriſſatas habes.

Moſtellaria:

PHI. *Tum tu igitur cedo purpuriſſum.* SCA. *Non docta es tu quidem,*
Noua pictura interpolare vis opus lepidiſſimum.

Tertullianus de Cultu feminarum: *Quæ cutem medicaminibus vngunt, genas rubore maculant.* Item: *An cum ceruſſa, purpuriſſo & croco, & in illo ambitu capitis reſurgatis?*

27 *Ad teruncium.* Sic fuit ſcribendum, non, *ad terunciam.*

Pag. 366. verſ. 3. *Iniicit ſcrupulum.* Baſ. 1. & Ald. *inici ſcrupul.*

15 *Aquariolus iſte vxoris ſuæ.* Leno ipſe, & conciliator, famulus

…ulus. Feſtus: *Aquarioli dicebantur mulierum impudicarum ſordidi …ſſeclæ.* Tertullianus Apologet. cap. XLIII. *Primi erunt le…nes, perductores, aquarioli.* Huius nominis quæ origo, in…dagi optimè poteſt ex eruditiſſimi Lipſij Antiqu. Lect. …b. 1. cap. XII.

…4 *Conſultas.* Scribo, *cum ſaltas.* & ſic etiam Lipſius. In…cat Rufinum, pro mollitia ſua, fabulas etiam hiſtrio…um morem ſaltare ſolitum.

…5 *Cludine.* Hanc vocem, incorrupta modò ſit, Lipſius …gnificare vult baculum è ferro, qui hiſtrionibus, & præ…rtim ſaltatoribus, olim in manu geſtatus. de quo ex …s etiam ſcriptoribus notati illi loci Elect. lib. 1. Diui…nui legendum, *ſine ludione.* Tu, inquit, adeò ferrum for…idas, vt quamuis Philomelam, Medeam, Clytæmne…ſtram ſaltes; tamen ludionem nullum adhibeas, quia ei …adiolus è ferro in manu. Nam tales Ludiones. quos Dionyſius Halicarnaſſeus ita deſcribit: Μάλιστα δ' ἐκ τῶν …περὶ τὰς πόμπας, τάς τε ἐν ἱπποδρόμῳ, καὶ τὰς ἐν τοῖς θεά…τροις γινομένων. ἐν ἁπάσαις γὰρ αὐταῖς προσῆδοι κοῦροι χιτωνίσκους …ἐνδεδυκότες ἐμπορπητοὺς, κράνη τε ξίφη καὶ πάρμας ἔχοντες, στοι…χηδὸν πορεύονται, καί εἰσιν οὗτοι τῆς πομπῆς ἡγεμόνες, καλούμενοι …πρὸς αὐτῶν ἐπὶ τῆς παιδιᾶς τῆς ὑπὸ Λυδῶν ἐξευρῆσθαι δοκούσης, λυ…δίωνες, εἰκόνες, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ σαλίων. Hanc ſententiam no…ſtram de hoc loco ſuſpenſa admodũ manu proferimus.

…30 *Dementire.* Ven. Rom. *dementare.* Suprà ad Apol. 1.

Pag. 367. verſ. 25. *Id foris ſcripſit.* Scribendum fortè, *id …fors ſcripſit.* Fors, id eſt, forſitan.

…8 *Neſcit ergo.* Plerique vulg. *neſcit ergo.*

Pag. 368. verſ. 4. *Dialectica.* Baſ. 1. Rom. Ven. Ald. *Dialecticam.*

11. *De longa vid.* Vulgò, *longa vid.* omiſſo τοῦ *de.*

…3 *In memetipſum vertit cornua.* Plautus Pſeudolo:

Nimiſque ego illum hominem metuo & formido malè,
Ne malus item erga me ſit, vt erga illum fuit:
Ne in re ſecunda nunc mihi obuertat cornua;
Si occaſionem capſit, qui ſiet malus.

…3 *Siſyphus.* Sic reſcripſimus ex lectione Venet. *Siſyphus.* In reliquis erat, *Syphus.* Siſyphum Æoli filiũ vaferrimum

virum fuiſſe prodit ex Homero Polyænus Stratagemat. lib. I. Hinc adagio, Siſyphi artes. de qua conſulendæ maximi Eraſmi Chiliades.

Ibid. *Eurybates, aut Phrynondas.* Ita ſcribendum fuit, non, vt vulgò, *Phirinondas.* Sed etiam lege, *Eurybatus.* Plato Protagora: ἢ σφόδρα ἐν τοῖς τοιούτοις ἀνθρώποις γενόμενος, ὥσπερ οἱ ἐν ἐκείνῳ τῷ χορῷ μισάνθρωποι, ἀγαπήσαις ἂν εἰ ἐντύχοις Εὐρυβάτῳ καὶ Φρυνώνδᾳ, καὶ ἀνολοφύραιο ἂν ποθῶν τὴν τῶν ἐνθάδε ἀνθρώπων πονηρίαν. Hi duo, humani generis peſtes, prouerbio veteribus fuerunt, cùm improbiſſimum mortalium quemque, ſceleſtiſſimum, doloſiſſimumque deſignare vellent. Et ſic accipiendus Platonis locus. Eudemus: Ἀλλ' οἴμοι οὐκ ἔτι Φρυνώνδας οὐκ ἔτ' ἄλλος πάμπαν τῶν πάλαι πονηρῶν. τοιοῦτος μάγος καὶ γόης. Ariſtophanes Amphiareo:

Ὦ μιαρὲ καὶ Φρυνώνδα καὶ πονηρὲ σύ.

Adi Suidæ Collectanea.

26 *Macci.* Sic ante nos bene Lipſius Epiſtolic. Quæſt. lib. II. cap. XXII. Diomedes Grammat. lib. III. *Latina Atellana à Græca Satyrica differt; quòd in Satyrica ferè Satyrorum perſonæ inducuntur, aut ſi quæ ſunt ridiculæ ſimiles Satyris, Autolycus, Burris. In Atellana obſcœnæ perſonæ: vt Maccus.* Quæ ſtudioſorum cauſſa adſcripſi, conferenda cum iis quæ ad hunc etiam locum notat maximus ille litteratorum. Μακκοᾶν Græci dicunt, τὸ ἀνοηταίνειν. De quo Suidas. eoque vſus Lucianus Lexiphane.

Ibid. *Buccones.* Gloſſarium: *Buccones,* Παρεχόσιτοι, Βυκκίνες.. Iſidorus Origin. X. *Bucco, garrulus; quòd ceteros oris loquacitate, non ſenſu exuperet.* Plautus: *Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones.*

27 *Digna carcere & robore.* Emendandus Feſtus: *Robur quoque in carcere dicitur is locus, quo præcipitatur maleficorum genus, quod antè arcis robuſteis includebatur.* Val. Max. lib. VI. *Quin etiam familiares eorum, ne quis Romani populi inimicis amicus eſſe vellet, de robore præcipitati ſunt.* Is Robuſtus codex Plauto, Pœnulo:

Lachanam vos, quos ego iam detrudam ad molas,
Inde porrò ad puteum, atque ad robuſtum codicem.

Et Robuſtus carcer, Curculione:

Delicatum te hodie faciam, cum catello vt accubes,

Ferreo ego dico. CA. *At ego vos ambo in robuſto carcere*
Vt pereatis.

Pag. 369. verſ. 3. *Excerpta.* Quidam è vulg. *excepta.*

14 *Pro me ferret.* Scripſerim, *pro me faceret:* vel, *pro me eſſet.*

Pag. 370. verſ. 13. *Alto Barathro, calumnias emergit.* Emendat Lipſius, *alto Barathro calumniæ ſe emergit.*

Pag. 371. verſ. 23. *Rependis.* Veteres edit. *reſpondes.* vnde faciebam, *rependes.*

31 *Robuſtum.* Margar. poët. *robuſto.* Vulg. *robuſtos.* Non dubitaui corrigere, *robuſtum.*

Pag. 372. verſ. 3. *Impetibili.* Correxi aliquando, *impiabili.* Sed recepta lectio retinenda. Gloſſæ veteres: *Impetibile,* ἀντιχείρητον, ἀνεπιτήδειον.

16 *Ad quam.* Legemdúmne, *Atquin?*

21 *Factum obtino capeſſeret.* Rectè fortaſſis, *factum actutum capeſſeret.*

28 *Commenticia.* Baſ. 1. Rom. *commendaticia.*

Pag. 373. verſ. 3. *Subagitarem.* Fortè, *ſublaterarem,* aut ſimile aliud reponendum.

7 *Aptius commendauit.* Ad mentem Apuleij rectè Lipſius, *apertius commentauit.*

14 *Rationibus villicorum, & opilionum, & equiſionū ſolertiſſimè ſubſcripſiſſe.* Nam ita moris olim, vt dominus cui reddebantur rationes à ſeruo, iiſdem expunctis & putatis ſubſcriberet: vnde redditas eas eſſe conſtabat. Huiuſce rei in iure noſtro exempla aliquot. L. XLI. §. libertatem D. de Fideicommiſſ. lib. L. XL. §. Seruus D. de Statulib. & aliis locis, qui iam non ſuccurrunt.

21 *Ad ſportulas conuolarent.* Ritum huncex vno Symmacho intelligere eſt: qui eum tangit Lib. IV. Epiſt. XXIV. Lib. IV. Epiſtol. IV. & LV. Lib. IX. Epiſtol. XCVI. Locum vnum hîc legas: *Non eadem tamen facilitate purgabis, quod filij noſtri Mineruij nuptias aliorum potius relatu, quàm litteris tuis comperi? An veritus es, ne à te nomiſma cuſum deſiderarem? potui iacturam ſportulæ facere.*

24 *Toga eſt inuolutus.* Rectè. Furius Bibaculus: *Duplici toga inuolutus.* citante Chariſ. lib. 1.

Pag. 374. verſ. 21. *Lignum conſideret.* In tabulis ligneis

 olim

olim cera oblitis veteres ſcribebant. Gellius lib. XVII. *Pugillaria noua nondum etiam cera illita accepiſſe, litteras in lignum inciδiſſe.* Hinc Poſſeſſio contra lignum in L. XIX. in pr. D. de Bonor. poſſ. con. tab. Cerati codicilli, L. LII. D. de Legat. III. Lignea ſalus, apud Plautum Pſeudolo. de quo latiùs dicet Ræuardus noſter Coniectaneis ſuis propediem edendis. Hæc quamuis ita ſint; tamen malim hoc loco cum Lipſio ſcribere, *linum conſideret.* nam ſequitur, *ſigna quæ impreſſa ſunt recognoſcat.* Imprimebantur autem ſigna ceræ lino impoſitæ, quo tabulæ perforatæ conſtringebantur. Paulus lib. V. tit. XXV. Sententiar. Suetonius Nerone. Plautus Bacchidibus:

Cedò tu ceram ac linum actutum. age obliga, obſigna cito.

Ad tabulas ligneas pertinere, oblitus eram monere alium eiuſdem Comici locum, Perſa:

SO. *Toxilo has fero tabellas tuo hero.* P. *abi. eccillum domi.*

At ego hanc ad Lemniſilenem tuam heram obſignatam abietem.

SO. *Quid iſtuc ſcriptum?* P. *Iuxta tecum, ſi tu neſcis, neſcio:*

Nam per Abietem obſignatam, tabulas ex abiete confectas intelligere debemus.

21 *Signa quæ impreſſa ſunt.* Tertullianus lib. V. aduerſus Marcionem: *Planè profiteri poteſt ſemetipſum quiuis; verùm profeſſio eius alterius auctoritate conficitur. alius ſcribit, alius ſubſcribit, alius obſignat, alius actis refert.*

Pag. 375. ver. 2. *Pro computationis geſtu erraſſe.* Olim Arithmetici digitis cõputaſſe, è multis locis veterum obſeruare eſt, non, quemadmodum nos, cifris, vt vocamus. Seneca Epiſtola LXXXVII. *Numerare docet me Arithmetica, & auaritiæ commodare digitos.* Tertul. Apolog. *Sed interim longum multis inſtrumentis cum digitorum ſupputatoriis geſticulis aſſidendum.* Quintilianus lib. I. Inſtitut. *Si actor, non dico ſi circa ſummas trepidat, ſed ſi digitorum incerto ſolum aut indecoro geſtu à computatione diſſentit, iudicatur indoctus.* Numerorum alij conſtrictis, complicatis: alij apertis & porrectis digitis aliis atque aliis denotabantur. Apuleius hîc id oſtendit. Sidoniis Apol. Epiſt. IX. lib. IX. *Chryſippus digitis, propter numerorum indicia, conſtrictis.* Martianus Capella lib. 7. de Arithmetica: *Digiti verò virginis recurſantes, & quadam incomprehenſæ*

nobilitatis ſcaturigine vermiculati. quæ mox ingreſſa ſeptingentos decem & ſeptem numeros, complicatis in eos digitis, Iouem ſalutabunda ſubiuit. B. Auguſtinus de Ciuitate Dei lib. XVIII. cap. IIII. *Omnium verò de hac re calculantium digitos reſoluit, & quieſcere iubet.* De hac omni ſupputandi olim ratione accuratè Beda & ex profeſſo ſcripſit. Ait noſter: *Si triginta annos pro decem*, &c. nam ſcribit idem Beda, decem Indice digito Pollicis articulum leuiter attingente effingi: triginta ſummo Indicis, Pollicis ſummum tamquam exoſculante. Quò pertinet locus D. Hieron. ad Iouinianum: *Triginta referuntur ad nuptias. nam & ipſa digitorum coniunctio, quaſi molli oſculo ſe complexans & fœderans, maritum pingit & coniugem: Sexaginta verò ad viduas; eò quòd in anguſtia & tribulatione ſunt poſitæ: unde & ſuperiori digito deprimuntur. Quantoq; maior eſt difficultas expertæ quondam voluptatis illecebris abſtinere, tanto maius eſt præmium. Porrò centeſimus numerus de ſiniſtra transfertur ad dextram, & iiſdem quidem digitis, ſed non eadem manu, quibus in læua nuptæ, & viduæ circulum faciens virginitatis exprimit coronam.* Quem vberius adſcripſi, vt ſimul illuſtrarem Epigramma Græcum e lib. II. cuius auctor Nicarchus:

Η πολιὴ κορυφῆσι Κοττυτάρις, ἡ πολύμυθος
    Γρηΐα, δι' ἣν Νέστωρ οὐκ ἔτι πρεσβύτατος,
Η φάος ἀθρήσασ' ἐλάφου πλέον, ἡ χερὶ λαιῇ
    Γῆρας ἀριθμεῖσθαι δ' αὖ τερῇ δεξαμένη.

locatur in anum iam centeſimum annum excedentem. Nam læua manu ab vno vſque centum computabant, centenarium deinde numerum in dextram tranſferebant, & eodem modo quo vnum denotatur, conformabant: poſtea, ad alterum centum numerandum, ad ſiniſtram redibant. Ea mens etiam Iuuenalis Sat. x.

Felix nimirum qui per tot ſæcula mortem
Diſtulit, atque ſuos iam dextera computat annos.

Ad quem reſpexit Sidonius Epiſtol. IX. lib. IX. ſub finem. Hæc de numerandi hac ratione dicta volebam, ad melius intelligendos non ſolùm eos quos iam laudaui, verumetiam alios, è quibus quoſdam iam volens omiſi, veterum auctorum locos.

21 *Reſpuendi.* Ald. Baſ. I. *reſpondendi.*

29 *Carinondas*. Emendat B. Pius, *Charondas*. quem non audio; etſi nihildum mihi de Carinonda compertum.

30 *Damigeron*. Idem neſcio quem, *Demogorgonem* nobis ſubſtituit. Tertullianus de Anima cap. LVII. *Hoſthanes, & Typhon, & Dardanus, & Damigeron, & Nectabis, & Berenice*. Meminit etiam huius Magi Arnobius lib. I. & auctor Collectaneorum rei ruſticæ, quæ nomine Conſtantini Cæſaris circumferuntur.

Ibid. *Hiſmoſes*. Hîc adſentior eidem Pio legenti, *Moſes*. nam is prophetarum princeps Magiæ inſimulatus olim. Auctores Tacius, Plinius, Diodorus.

Ibid. *Ioannes*. Ioannem Apoſtolum Magum habitum, id quod vult etiam Pius, nuſquam legas. Verè hic reponas, *Iannes*. Cuius meminit Numenius Pythagoricus, apud Euſebium de Præpar. Euangel. Ἰάννης καὶ Γαμβρῆς Αἰγύπτιοι ἱερογραμματεῖς, ἄνδρες οὐδενὸς ἥττους μαγεῦσαι κριθέντες εἶναι ἐπὶ Ἰουδαίων ἐξελαυνομένων ἐξ Αἰγύπτου. Μουσαίῳ γοῦν τῷ Ἰουδαίων ἐξηγησαμένῳ, ἀνδρὶ γενομένῳ εὔξασθαι δυνατωτάτῳ οἱ παραστῆναι ἀξιωθέντες ὑπὸ τοῦ πλήθους τοῦ τῶν Αἰγυπτίων, οὗτοι ἦσαν.

Pag. 379. verſ. 10. *Nanci non putabo*. Veteres editiones, *nacti non putabo*: Baſ. II. *nacci non putab*. vel, *nanci non p*. Turnebus verò, *Quid iſti exiſtiment naccæ, non putabo*.

26 *Diuidua pars*. Quidam, *dimidia pars*. Sed Diuidua, id eſt, dimidia. Plautus Rudente:

> DÆ. *Diuiduum talentum faciam*. LA. *Bene facis*. DÆ. *pro illa altera,*
> *Libera vt ſit, dimidium tibi ſume, dimidium huic cedo*.

Terentius Adelphis:

> *Potius quàm venias in periculum Sannio,*
> *Seruéſne, an perdas totum, diuiduum face*.

Vbi etiam videatur Donatus.

28 *Fors fuerit*. Baſ. II. ad marg. *fors ferat*. Verum erit, *fors ſuat*. Diomedes Grammatic. lib. I. *Sanè aliud verbum eſt apud antiquos quod dicebant, Fuo, ſuas, ſuat. Vnde Terentius ait, Fors ſuat*. Hoc etiam vſus Auſonius, Sidonius Apollinaris non ſemel. Dicitur &, *Fors fuit*. Gellius lib. XII. cap. VIII. quomodo etiam fortaſſis hîc ſcribendum.

33 *Trecentis*. Venet. CCCC.

Pag.

Pag. 377. verſ. 2. *Habet &.* Non malè legamus, *habet ea.*
9 *Longa dote.* Scripſerim, *vncta dote.* Vetus modus ſcribendi, *oncta.* hinc illud quod paſſim malè legitur. Infrà etiam paulò poſt aliter corruptus eadem in dictione locus: *Ob hæc & alia viduæ dote aucta procos ſollicitant.* vbi etiam repoſuerim, *dote vncta.* Vncta dos, id eſt, magna, larga, ampla. Sic Vncta patrimonia, apud Catullum:

Et vncta deuorare patrimonia.

11 *Virgo formoſa, etſi ſit oppidò pauper, tamen abundè dotata eſt.* Videtur reſpexiſſe ad illud Afranij:

Formoſa virgo eſt. dotis dimidium vocant
Iſti, qui dotes negligunt vxorias.

Cuius loci nobis index vir erudititiſſimus I. Douſa à Noortwyck.
17 *Pecuniam renumerare.* Ro. edit. in aliis, *renumerare.* Aptè ad hunc locum Terentius Hecyra:

Si eſt, vt velit reducere vxorem, licet.
Sin alio eſt animo, renumeret dotem huc, eat.

Donatus: *Renumeret. Propriè, quia dos pecunia eſt.* Renumerandi verbum bis etiam in Plauti Bacchidibus.
21 *Irrepoſcibile.* Ex margine Baſ. II. hoc in ipſum contextum meum tranſtuli. Malè paſſim, *impoßibile.* Mens Apuleij illud alterum poſtulat. Sidonius lib. VIII. Epiſt. XV. *Vt quod mihi inſolubile videtur, tibi quoque videatur irrepoſcibile.*
25 *Scæui ominis.* Vulgò, *ſæui hominis.*

Pag. 378. verſ. 4. *Fauiſſor.* Lipſius, *fauitor*, vt apud Plautum. Tamen Chariſius lib. I. *Fautor antiqui dixerunt; at Fauitor nec auctoritate nec ratione dicitur.* Sed Grammaticorum leges migrare, nec noſtro nec veterum alij vlli vmquam religio fuit.
13 *Quadringentos.* Rom. Ven. Baſ. II. *quadringentis.*
28 *Profectionis.* Lipſius, *profeßionis.*

Pag. 379. verſ. 6. *Ab eo.* Idem, *adeò.*
20 *Perfectè abſoluta.* In membranis, *perfecta, abſoluta.* quod haudquaquam ſpernendum.

Pag. 380. verſ. 11. *Quas quiſquis.* Legendum fortè, *quiſquis.*
16 *Supremum eius.* Vet. edit. *ſummum eius.*
18 *Carthagine.* Venet. *Carthaginem.*

23 Viro

23 *Viro currat.* Baſ. 11. marg *vir occurrat.*
31 *Comperari.* Scripſerim cum Lipſio, *compgrere.*

Pa. 381. v. 5. *Vt Dij voluere.* Hinc probemus, Plauti Mil.

Vbi ſumus prouecti in altum, id quod Dij voluntॆ,
Capiunt prædones nauem illam vbi vectus fui.

rectè emendatum eidem Lipſio noſtro.

10 *Externaſſe.* Reponendum putamus, *exterminaſſe*, id eſt, exheredaſſe, è teſtamento eieciſſe.

15 *Obſternit.* Placeret magis, id quod etiam doctiſſimum Modium noſtrũ velle video, *ſubſternit.* Tertul. de Spectaculis: *Quibus viles animas feminæ aut illi etiam corpora ſua ſubſternunt.*

26 *Si puerum.* Potius, *ſi puero.*

30 *Patientem.* Eſt qui legat, *parentem.*

Pag. 382. verſ. 6. *Vt puer, honeſtè.* Num rectius, *moleſtè?* Certè maiori cum moleſtia pueri, quàm illi qui maiores ætate, docentur.

12 *Me adiuuante donata.* Non æquè bene poſterior Baſil. edit. *me adiuuente don.* Infrà: *Qui ibi contumelias dixit, &, adiuuante patruo, fecit.* 33 *Quis enim.* Marg. Baſ. 11. *Quinus enim.*

Pag. 383. verſ. 1. *Priuigno recuſaſſet.* Eadem, *priu. non recuſ.*

30 *Qui ibi.* Certum ſcribi debere, *Qui tibi.*

Pag. 384. verſ. 11. *Potuit exorare.* Lego, *poterit exor.*

20 *Pro eo agello tributum dependi.* Tributa pro prædiis & fundis pendebantur. L. XLII. D. de Pactis. L. XXX. D. de Vſufr. leg. Sidonius Apollinaris lib. VI. Epiſtolar. *Vt debitum glebæ canonem non petatis; tantum lucelli præſtitum ſibi computat, peregrini hominis vt cenſus ſic animus anguſtus, ac ſi in patrio ſolo ruſticaretur.*

22 *Coruinus Celer.* Paulò poſt: *& Coruini Clemẽtis.* Vtrũ rectius

Pag. 385. verſ. 12. *Sæuum.* Fortè, *ſcæuum.* Pro, *prauum*, etiam vulgò, *paruum* legas.

33 *Dentes ſplendidos.* Scribo cum Lipſio, *dentes ſplendidas.*

Pag. 386. verſ. 3. *Is eſt.* Immò, *ea eſt.* [rendum.

4 *Dotalem.* *Dotales*, fortè ſcribendum & ad tabulas refe-

9 *Si cum ſeptem pœnis.* Deſperatus locus. Legendum videbatur, *ſi conſeptus*, vel, *circumſeptus pinnis.* Sed aliud quid aptius quærat alius. Feci, nec reperire potui.

12 *Proconſulibus.* Ven. Rom Ald. *proconſule.*

PETRI

PETRI COLVI IN LIB. DE MVNDO NOTÆ.

PAG. 387. verſ. 16. *Condiſcere ac docere.* Ita melius, quàm vt quædam edit. *conducere ac decere.* Nam Ariſtoteles de Mundo: Ἀλλὰ γε συγγενεστάτην ἑαυτῇ καὶ μάλιστα πρέπουσαν ἐνεπιστεῦσαι τὴν ἐκείνων μάθησιν. Ad quæ noſter reſpexit. qui ſæpius verbatim è libello illo multa trāſtulit elegantiſſimis & ſignificantiſſimis verbis; ita vt nobis eſſe poſſit, cum Græca Latinis reddere inſtitutum, vnicum & optimum, ad quod orationem noſtram formemus & effingamus, exemplar.

18 *Nam cùm homines Mundum eiuſque penetralia adire non poſſent.* Veteres edit. *Nam cum Mundi pen. homines ad. non poſſ.* inter quas tamen Aldina, *Nam cum Mund. eiuſq. pen. corpore adire non poſſet.* Quam ſcripturam poſcere videtur Ariſtoteles: Ἐπειδὴ γὰρ οὐχ οἷόν τε ἦν τῷ σώματι εἰς τὸν οὐράνιον ἀφικέσθαι τόπον, καὶ τὴν γῆν ἐκλιπόντα, τὸν οὐράνιον ἐκεῖνον, &c. quæ digna conferri cum hoc loco. Non enim omnia iſtinc deſcribere propoſitum eſt nobis: ſed ea dumtaxat quæ vel ad veriorem hîc lectionem adfirmandam, vel dubiam confirmandam facere viſa ſunt. Eleganter opponuntur hîc autem Corpus & animus.

23 *Cogitationibus viderant.* Baſ. I. *cognitionibus vid.* Sed Ariſtoteles: Καὶ τὰ πλεῖστον ἀλλήλων ἀφεστῶτα τοῖς τόποις, τῇ διανοίᾳ συνεφρόνησε.

29 *Completi.* Rom. *complecti:* Baſ. I. *complexi.*

Pag. 388. verſ. I. *Penetralia Coryci.* Veteres pleræque edit. *Cirrhi:* Ald. *Cyrrhæ.* Ariſtoteles Κορύκειον ἄντρον dixit. De quo apud Pauſaniam.

20 *Immobilem.* Veter. edit. *incontingibilem.* Ariſtoteles, ἀκίνητον.

27 *Intermino lapſu.* Eædem, *intimo lapſu,* Ariſtot. verò: Μιᾷ περιαγωγῇ ἐν κύκλῳ συναναχορεύει πᾶσι τούτοις ἀπαύστως δι' αἰῶνος.

29 *Ipſum*

29 *Ipſum tamen.* Ald. *eam tamen.* cui videtur adſtipulari Ariſtoteles: στερεὰ μένοντα καὶ συνέχοντα τὴν σφαῖραν.

Ibid. *Diurna machinatio.* Baſ. 1. Ven. Rom. Ald. *diuina.*

31 *Materiam comprehenſam.* Eædem vet. edit. *mater ſolam.*

33 *Axis eſt dictus.* Eædem, *axis eſt ductus.* ὃν τινες ἄξονα καλοῦσι.

Pag. 389. verſ. 5. *Stellæq́ue cæligeræ.* *Cæligeræ* in veterib. edition. non erat. nec Ariſtoteles aliter, quàm: Οὐρανοῦ δὲ καὶ ἄστρων. Cælum potius ſtelligerum dicas, quam Stellas cæligeras. Sed fortaſſis aliud quid reponendum.

7 *Incenſus.* Vet. edit. malè, *intenſus.* Ariſtoteles: Οὐχ ὥς τινες διὰ τὸ πυρώδη οὖσαν, αἴθεσθαι.

21 *Deorum illuſtres.* Adde vocem ex Romana Venetaque edit. & ſcribe, *Deorum nominibus illuſtres.*

23 *Illius orbis, qui Inerrabilis dicitur.* Sic benè Ariſtoteles: Ὑπὸ δὲ τῆς ἀπλανῶν σφαίρας περιειλῆφθαι.

26 *Pyroëis.* Vt apud Ariſtot. πυρόεις. Vet. edit. *Pyroentis.* Baſ. poſt. *Pyro.*

Pag. 390. v. 2. *Immutabilis regio.* Ro. Baſ. 1. *immut. origo.*

4 *Ætheris.* Aldina edit. *ætheriis.*

14 *Luce veſtitur.* Sic emendaui & malè vulgari arbitratus ſum, *luce veſcitur.* Virgilius:

Lætior hic campos æther & lumine veſtit
Purpureo: Solémque ſuum, ſua ſidera norunt.

Arnobius lib. 1. *Siderum Sol princeps, cuius omnia luce veſtiuntur atque animantur.* Tertullianus: *Æqualitas enim circunfuſi aëris pari luce veſtiens angulos.* Ariſtotelica è quibus hic totus locus: Ἑξῆς δὲ ταύτης ὁ ἀὴρ ὑποκέχυται, ζοφώδης ὢν, καὶ παγετώδης τὴν φύσιν, ὑπὸ δὲ κινήσεως λαμπόμενος ἅμα καὶ διαπυρούμενος, λαμπρότερός τε γίνεται καὶ ἀλεεινός.

16 *Imbribus.* Baſ. 11. marg. *nimbis.* Ariſtoteles: Καὶ ὄμβροι καταῤῥάσσουσι.

23 *Erroribus terrenis.* Ita malui, quàm quod in vet. edit. eſt, *exterioribus terris.* Ariſtoteles: Τοῖς μὲν ἀνὰ γῆν ἐλιττομένοις, τοῖς δὲ ἀνερευγομένοις εἰς θάλασσαν. quæ nimiumquantum eleganter hîc expreſſa.

Pag. 391. verſ. 21. *Alluuntur.* Ex Ald. Alij, *abluuntur.*

28 *Primum igitur columnis.* Facit Ariſtoteles, vt ſcribam, *Primum igitur Columnas nauigantibus dextrum latus duobus ſinibus cingitur,*

gitur. ait is enim: Πρῶτον μὲν οὖν λέγεται ἐγκεκολπῶσθαι ἐν δεξιᾷ εἰσπλέοντι τὰς Ηρακλείους στήλας.
33 *Sardinienſe.* Σαρδόνιον.

Pag. 392. verſ. 2. *Pamphylium.* Ald. *Pamphylicum.* Ariſt. Παμφύλιον.

Ibid *Aegaa.* Eadem, *Regia.* quod falſum eſſe, arguit Ariſtoteles.

10 *Scythicum & Hybernum fretum.* Eadem, *Scy. & Hiberum fretum.* Ariſtoteles quidem: ὑπὲρ τοὺς Σκύθας καὶ Κελτικήν.

14 *Albion & Ierna.* Si Ariſtotelem ſequamur, ſcribemus, *Albium.* nam apud eum, τὸ Αλβίον. Sed apud Stephanum eſt, Αλβίων: apud Ptolemæum, Αλουίων. Iernam verò quam noſter, & Ariſtoteles Stephanuſque Ἰέρνην vocant, Ptolemæus Ιουερνίαν: Plinius Hiberniam appellant.

24 *Accipimus.* Ald. edit. *accepimus.*

30 *Vſque ad ora Nili.* Μεχρὶ Νείλου στομάτων.

Pag. 393. verſ. 2. *Eas habendas.* Aut ſcribendum eſt, *eam habendum*, aut emendandum, *inſulas habendas.* enim Ariſtoteles: Καὶ τὰς νήσους, οἱ μὲν, ἐξαιρέτους ποιοῦσιν. οἱ δέ, συνέμμισι ταῖς γείτοσιν ἀεὶ μοίραις.

7 *Quæ terrenis reluctationibus.* Malim, *eructationibus.* Ariſtoteles: Τούτων δὲ ἡ μὲν, ξηρὰ καὶ καπνώδης, ἀπὸ τῆς γῆς ἀποῤῥέουσα.

8 *Altera humida & egelida.* Ald. *gelida.* Porrò Ariſtoteles: ἡ δὲ, νοτερὰ καὶ ἀτμώδης. Ouidius:

Et gelidum Borean, egelidúmque Notum.

Egelidus, id eſt, parum gelidus, vel non gelidus. nam particulam Eminuendi eam vim habere ſcribit in II. Georg. Seruius; vbi aliâs legi notat,

Plantis eduræ coryli naſcuntur, ——

id eſt, quaſi non duræ: vt paulo poſt, Enodes trunci, id eſt ſine nodis. Nec nos mouebit idem Grammaticus de hac ſententia, contrarium dicens lib. VIII. Æneid. ad illud:

Vt procul egelido ſecretum flumine vidit.

Nam pro nobis etiam Catullus:

Iam ver egelidos refert tepores.

Et elegantiſſimus Medicorum Corn. Celſus lib. IV. *Vinum auſterum, meracum: per æſtatem frigidum, per hyemem egelidum.*

21 *Denſet.* Se denſet, denſetur. Lucretius lib. I.

Nec tal

Nec tali ratione poteſt denſerier aër.

Virgilius Georgic. I.

—— Iupiter humidus aſtris
Denſet, erant quæ rara modò, & quæ denſa relaxat.

Notandum verbum, Denſere. quod ſæpius apud eundem Virgili. & locus Ariſtotelis: Ὄμβρος δὲ γίνεται κατ' ἐκπιεσμὸν νέφους εὖ μάλα πεπυκνωμένου: id eſt, Denſentis.

24 *Nubium conditionibus.* Modius reſcribit, *nub. coitionibus.* Ego malim, *conflictionibus*, & ab Ariſtotele iuuari putem: cuius verba iam iam dedi. poſt quæ conſequenter additur: *Διαφορὰς δὲ ἴσχει τοσάσδε, ὅσας καὶ ἡ τοῦ νέφους θλίψις.* Sed certiſſima elegantiſſimi Lipſij coniectura, *conliſionibus*, Ariſtoteliſque auctoritate etiam nixa.

Pag. 394. verſ. 3. *Tunc dicis.* Ald. *tunc diſcis.*

15 *Terrigenæ.* *Ἀπόγαιοι.*

18 *Qui ruptis nubibus.* Hæc omnia vſque ad *Nunc nomina*, &c. nequaquam ſatis integra vel ſana videntur: nec mederi quidquam poſſumus. Sed pro iis en tibi Ariſtotelem: Οἱ δὲ, κατὰ ῥῆξιν νέφους γινόμενοι καὶ ἀνάλυσιν τοῦ πάχους πρὸς ἑαυτοὺς πνεόμενοι, ἐκνεφίαι καλοῦνται· μεθ' ὕδατος δὲ ἐκρηγνύντος ἀθρόως, ἐξυδρίαι λέγονται. Ad quæ proculdubio hoc loco noſter reſpexit, & inde fortaſſis reſtitui poteſt. Quod qui faciet, non paruam à me inibit gratiam.

21 *Preſſè agit* Baſ. I. Rom. Ven. Ald. *præſagit.*

23 *Fauorinus, non ignobilis Sapiens.* Apud Gellium lib. II. cap. XXII. nec putem aliud eius ſuper hac re extitiſſe ſcriptum: ſed hæc omnia quæ poſthac de Ventis diſſeruntur è Noctibus Atticis petita ab ipſo Apuleio, aut potius à ſtudioſo quodam ad marginem olim adiecta, pòſt ab aliis in contextum admiſſa. Sed & Fauorinus hic ab Ariſtotele quædam mutuatus eſt. quod, qui conferet videbit.

27 *Iiſdem ſemper regionibus.* Ald. *eaſdem per regiones.*

32 *Idem.* Eædem editiones *qui.*

Pag. 396 verſ. I. *Hinc αἰθρηγενέτην* Scribo, *hunc αἰθρηγενέτην*, &c. Gellius: *Eumq; propterea quidam dicunt αἰθρηγενέτην ab Homero appellatum.*

3 *Tertium ventum.* Apud Gellium: *Tertius ventus, qui ab Oriente hyberno*

hyberno ſpirat Vulturnum Romani vocant. eum plerique Græci mixto nomine, quod inter Notum & Eurum ſit, Εὐρόνοτον.

8 Id eſt. Non ſunt hæc in Aldin. edit.

14 Cum loquare, &c. Verba Catonis apud Gellium.

16 Nubium præſtigiis. Vet. editiones, præſagiis. poſt: Eorum quæ huiuſmodi præſtigias noſtris inferunt oculis. Hic iterum Ariſtotelem ſequi incipit.

17 Halyſis. Videtur legendum, Hallos. Nam ex Ariſtotele hæc omnia, qui ſic ſcribit: Ῥάβδος δέ, ἐστὶν ἴρεως ἔμφασις εὐθεῖα. ἅλως δέ, ἐστὶν ἔμφασις λαμπρότητος ἄστρου περιαυγής. διαφέρει δὲ ἴρεως, ὅτι, ἡ μὲν ἶρις ἐξ ἐναντίας φαίνεται ἡλίου τε καὶ σελήνης. ἡ δὲ ἅλως, κύκλῳ παντὸς ἄστρου.

30 Genera. Deeſſe quid hic videtur, & ab Apuleio olim ſcriptum, Sunt & alia genera imaginum, quas, &c. nam Ariſtoteles: Πολλαὶ δὲ καὶ ἄλλαι φαντασμάτων ἰδέαι θεωροῦνται, λαμπάδες τε καλούμεναι. &c.

33 Nihil horum quippe***. Hic etiam tale quid deeſt: vt, immobile eſſe, priſtinis libris proditum eſt. quemadmodum loquitur ſuprà Metamorph. lib. IX. nam proculdubio Ariſtotelica illa interpretari volebat: Οὐδέποτε γὰρ τι τούτων ἀεὶ φανερὸν ἱστόρηται κατεστηριγμένον.

Pag. 398. verſ. 5. Prætereuntes aquas vaporant & producunt, &c. Poſtrema editio Baſ. Prætereunt. aq. vap. & produnt longinquitatem flammæ, cum tep. aq. redd. viciniam cum feruentiores. Veriorem ſcripturam elige ex Ariſtotelicis iſtis: Ἔνιαι δὲ ὑπὸ γῆς οὖσαι, πλησίον πηγαίων ὑδάτων, θερμαίνουσι ταῦτα, καὶ τὰ μὲν, χλιαρὰ τῶν ναμάτων ἀνιᾶσι. τὰ δὲ, ὑπέρζεστα, τὰ δὲ, εὖ ἔχοντα κράσεως.

10 Eorum religione. Emendem, Deorum religione.

19 Antiſtites denique ipſos femininos eſſe. Num, Antiſt. deniq. ipſ. in viuis eſſe: id eſt viuere adhuc? an potius, Antiſtites feminiros, ſcribas, & Deûm matris emaſculatos illos ſacerdotes intelligas? Varro Eumenidibus: Nunc feminiri teretem comam volantem iactant tibi Galli.

21 Ad ſupernaſem per ſua ora tollentes. Fortè, ad ſuperna ſemper ſua ora toll. quod veriſimile videtur. nam ne vna littera immutata: & ea quæ ſequuntur id cõprobare videntur.

22 Et inferiora. Fortè, etiam inferior, vel, inferiore, vel, inferioris.

24 *Continerent ſolida terrarum.* Sripſerim, *concuterent ſol terr.* Enim Ariſtoteles: Πολλάκις δὲ καὶ συγγενὲς πνεῦμα ἐγκαθειρχθὲν ἐν γῇ παρεξωθὲν εἰς μυχοὺς σύραγξιν αὐτῆς, ἔξεδρον γενόμενον ἐκ τῶν οἰκείων τόπων, πολλὰ μέρη συνεκράδανε. πολλάκις δὲ πολὺ γενόμενον ἔξωθεν, ἐγκατελήφθη τοῖς ταύτης κοιλώμασι, καὶ ἀποκλεισθὲν ἐξόδου μετὰ βίας αὐτὴν συνετίναξε ζητοῦν ἔξοδον ἑαυτῷ, καὶ ἀπειργάσατο πάθος τοῦτο, ὃ καλεῖν εἰώθαμεν σεισμόν.

29 *Epiclintæ.* Sic emendaui, Ariſtotelem ſecutus. Vulgauerant paſſim, *Epeditæ.*

32 *Rhectæ nominari.* Lege, *nominati.* Ῥῆκται καλοῦνται.

Pag. 399. verſ. 1. *Nonnullæ caunm.* Ex Ariſtotele videtur ſcribendum, *cænum.* ſcribit enim: τούτων δὲ, οἱ μὲν, καὶ πνεῦμα προσαναβάλλουσι· οἱ δὲ πέτρας· οἱ δὲ πηλόν. Sed non aliter in Veneta Aldinaque editione.

2 *Sulcantes.* Vet. Edit. *ſaltantes.*

8 *Progreditur.* Eædem, *fertur.*

11 *Sinus cæli.* Eædem, *ſinus ceſi.* Pro altera illa lectione magis ſtat Ariſtoteles: Χάσματά τε γὰρ γίνεται θαλάσσης, καὶ ἀναχωρήματα πολλάκις, καὶ κυμάτων ἐπιδρομαί· ποτὲ μὲν, ἀνταναχώρησιν ἔχουσαι· ποτὲ δὲ, πρόωσιν μόνην, ὥσπερ ἱστορεῖται περὶ Ἑλίκην τε καὶ Βοῦραν.

27 *Adulescentum.* Venet. *adulescens*: Rom. Baſ. 1. Aldin. *adulescentes.*

Pag. 400. verſ. 27. *Adacta est fateri concordia.* Mendis pluſculis infectus hic locus. quas eluere tentabam ſic, *conata est facere concordia*: vel, *adacta est facere conc.* Certè ſimile quid reponi ſuadet Ariſtoteles: Καὶ μία διαλαβοῦσα σφαίρας ἐπιφάνεια, τάς τε ἐναντιωτάτας ἐν αὐτῷ φύσεις ἀλλήλαις ἀναγκάσασα ὁμολογῆσαι, καὶ ἐκ τούτων μηχανησαμένη τῷ παντὶ σωτηρίαν.

Pag. 401. verſ. 1. *Deſerre.* Ald. *differre.* Num, *adferre?*

2 *Omnia parentis.* Scribendum, *omnia parientis*: vel, *omnium parentis.* τοῦ πάντων γενετῆρος.

11 *Erroris.* Venet. Baſ. 1. *temporis.*

12 *At quam pulcrè &c.* Sic repoſuimus. malè vulgò, *Atque pulcrè.* Adſtipulatur Ariſtoteles: Τίς δὲ γένοιτ' ἂν ἀψευδὴς τοιάδε, ἣν ἵνα φυλάττουσιν οἱ καλοὶ καὶ γόνιμοι τῶν ὅλων ἀρχαί, θέρη τε καὶ χειμῶνας ἐπάγουσαι τεταγμένως, ἡμέρας τε καὶ νύκτας, εἰς μηνὸς ἀποτέλεσμα καὶ ἐνιαυτοῦ.

18 *Hic animalium.* Baſ. 11. *Hic cauſa animalium.* Fortè, *Hic*

cuncta

cuncta animal. vel, *Hic autem animal.*

22 *Illis ſtatutis curſibus.* Corruptus hic locus, cui illa Ariſtotelis reſpondent: *τούτῳ καὶ αἱ παράδοξοι νεοχμώσεις τεταγμένως, ἀποτελοῦνται.*

23 *Inter ſe ventorum prælia cientur.* Vet. edit. *inter ſe concu-[tiuntur.*

24 *Diſiectis nubibus.* Eædem, *directis.* Sed potius legerim, *diſiectis nubibus.* Sic eleganter reſtituere accepimus V. C. Ericum Memmium Plauti locum Amphitruone:

Ita mihi videntur omnia, mare, terra, cælum conſeci.

quem edunt paſſim, *cælum conſequi.*

25 *Micant ignes, inde.* Vet. edit. *micant ignes, imbres.*

27 *Viridantibus comis cæſariatam.* Φυτοῖς ἠγλαῶσαν παντοδαποῖς.

30 *Nec ſeculis debilitari excuſſam.* Baſ. I. Ven. *nec ſecundis excuſſam:* Ald. Baſ. II. *nec ſeculis debilitari excuſſam.* Ariſtot. τὴν ἀγήρω φύσιν ὁμοίως τηρεῖ.

31 *Fœtibus.* Vet. edit. *fœcibus.*

Pag. 402. verſ. I. *Ad omnem ſalutaria ſunt.* Lego, *ad omnia ſalutaria ſunt.* Ariſtoteles: ταῦτα δὲ πάντα ἔοικεν αὐτῇ πρὸς ἀγαθὸν γινόμενα, τὴν δι' αἰῶνος σωτηρίαν παρέχειν.

8 *Et brumalis auſteritas terreſtrium viſcerum.* Vet. editiones, *Et brumalis auſtros fauonius ac terræ terreſtriumque viſcerum.* Ariſtot. καὶ μὴν, αἱ φλόγες μὲν, τὸ παγετῶδες πεπαίνουσιν· οἱ πάγοι δὲ, τὰς φλόγας ἀνιᾶσι.

14 *Indigens quippe videbitur oratio de Mundo diſputantibus.* Vet. edit. *Indigens quippe orationis huius videbatur de mundo reputantes.* Sed ſcribo totum locum, *Indig. q. videbitur oratio de M. diſputantibus; ni, etſi minus curiosè, &c.* Ariſtoteles: Πλημμελὲς γὰρ περὶ κόσμου λέγοντας, εἰ καὶ μὴ δι' ἀκριβείας, ἀλλ' οὖν γε ὡς εἰς τυπώδη μάθησιν, τὸ τοῦ κόσμου κυριώτατον παραλιπεῖν.

17 *Vetus opinio eſt, &c.* Sic rectè hæc à nobis diſtincta. nam Ariſt. ἀρχαῖος μὲν οὖν τις λόγος καὶ πάτριός ἐστι πᾶσιν ἀνθρώποις, ὡς ἐκ θεοῦ τὰ πάντα, &c.

31 *Complectatur.* Venet. Baſ. I. *circumplectitur.*

Pag. 403. verſ. 10. *Quam rem rectius atque honeſtius ſic arbitrari.* Rom. Venet. *Quoniam tamen rectius & honeſtius ſic arb.* Baſ. I. *Quoniam rectius & honeſt. ſit arbitr.* Scripſerim ego, *Quam ob rem rectius eſt atque honeſtius, ſic arbitrari, &c.* Et poſt vbi ſcribitur, * *eſt proximus* * nihil putarim deeſſe; ſed

ſcribendum, *Et illis qui longiſsimis ſeparantur & proximis.* Quæ omnia Ariſtoteles ſi non vera, ſaltem veriſimilia facit, ait enim: Κρεῖττον οὖν ὑπολαβεῖν ὃ καὶ πρέπον ἐστὶ καὶ θεῷ μάλιστα ἁρμόζον, ὡς ἡ ἐν οὐρανῷ δύναμις ἱδρυμένη, καὶ τοῖς πλεῖστον ἀφεστηκόσιν, ὡς ἔνιγε εἰπεῖν, καὶ σύμπασιν αἴτιος γίνεται σωτηρίας, &c.

20 *Nihil enim poſſunt æquius facere.* Baſ. 1 1. *fuſcioris quoque poſsint nihil obſequiis facere.* Neutra lectio abſque mendo eſt. quod iam mihi tollere non datur. Tentabam aliquando, *Nihil enim poſſunt ex æquo facere.*

21 *Exemplum quale ſit iſtud, intellige.* Vetuſtiores editi: *exemplo ut intelligi poſsit.*

26 *Notitiam oris.* Ita emendaui. Scribebatur antè, *memoris.* Pro me Ariſtot. παντὶ ἀόρατος.

29 *Lumina,* Reſcribendum, *limina.*

Pag. 404. verſ. 2. *Aures regiæ & Imperatoris oculi.* Hæc non ita in Ariſtotele. Sed de his Iul. Pollux lib. 11. cap. XXXVII. Ἐκαλοῦντο δὲ ὦτα καὶ ὀφθαλμοὶ βασιλέως, οἱ τὰ λεγόμενα διαγγέλλοντες, καὶ τὰ ὁρώμενα. ἀπὸ δὲ τούτων τὸ ὠτακουστεῖν πεποίηται.

5 *Otacuſtarum.* Vet. edit. excepta Ald. *prædictorum.* Ariſt. καὶ ὠτακουσταὶ λεγόμενοι. Adde quæ iam iam ex Polluce ſuprà deſcripſimus.

9 *Domibus & muneribus.* Emendo, *donis & munerib.* Ariſtot. δῶρα ὄντε ἀποδεκτῆρες.

16 *Speculatum incenſores.* Correxerim, fortè benè, *ſpec. inſcenſores*: vel, *inſpectores.* Φρυκτωρίαν τε ἐποπτῆρες.

18 *Scito opus.* Ald. *ſcitu opus,* Baſ. 1. Rom. Ven. *cito opus.*

27 *Horum enim cura.* Malim, *horum cum cura ſal.* Ariſtotel. αἴτιόν τε γίνεσθαι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς σωτηρίας.

Pag. 405. verſ. 9. *Sed prima remiſsiore admodum data.* Certum meo animo, ſcribere: *Et prima remiſsione ad motum data.* enim ex Ariſtotele, pænè ad verbum: Καὶ τοῦ τὸ πρῶτον οἷον ἐνδόσεως εἰς κίνησιν μίαν ἀγομένης.

21 *Atque uno ſinu.* Marg. Baſ. 1 1. *atque vbi ſimul*: id eſt ſimul atque, ſtatim vbi.

26 *Deciſionéque.* Rom. Baſ. 1. *denſionéque.*

29 *Communis Cyllenius ſtella.* Lego, *comis Cyll. ſtel.* Compendium, *cōis.* quod peperit errorem.

Pag.

Pag. 406. verſ. 1. *Stellarum chorus.* Sic rectè. Ariſtotel. ἁρμονία συναδόντων καὶ χορευόντων κατὰ τὸν οὐρανόν. Collegi hanc in rem exempla aliquot ſuprà ad lib. VI. Metamorph.

8 *Nam cùm cælum confixum.* Ald. & Baſ. II. Aliæ, *Nam cælum confixit, vt.*

10 *Sol quidem contuens ortu ſuo.* Propius ad Ariſtotelicam ſententiam accedit lectio Baſ. II. & Ald. *Sol quidem omnimenti ſuo;* ſi quidem ea omnino recta: πορεύεται δὲ δίτλας πορείας ὁ παμφαὴς ἥλιος· τῇ μὲν, ἡμέραν τε νύκτα διορίζων, ἀνατολῇ καὶ δύσει.

16 *Emicationéſque ſiluarum.* Δένδρων ἐκφύσεις.

22 *Propalam ſæpe confectas.* Num potius, *conſpectas?* vt videtur velle Ariſtoteles: ποτὲ μὲν, ἀφανιζομένη· ποτὲ δὲ φαινομένη, μυρίας ἰδέας ἀναφαίνουσά τε καὶ πάλιν ἀποκρύπτουσα ἐκ μιᾶς ἀρχῆς.

29 *Velites executione adornant.* Baſ. I. Rom. *Milites.* Margar. poët. *velites executionem adornant.* Quod certè melius.

31 *Cunctus exercitus.* Eadem Margar. *tantus exerc.*

Pag. 407. verſ. 2. *Omnibus.* Rectè Ald. Reliqui, *omnes.*

3 *Nec tamen,* &c. Ante hanc periodum inſeruntur quædam alia in Aldino exemplari, nempe: *Ceterùm ea quæ vel ab oculis aduertimus, & aerem ficti ex aqua etiam illa ficti credenda ſunt, cuius tutela Mundi huius huius & cura eſt.* Quæ quid ſibi velint, neſcio: tamen etiam in Margarita poëtica citantur ex hoc libello.

9 *Momentis.* Fortè, *monumentis.* nam Ariſtotel. ἀόρατος ὢν, τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ὁρᾶται.

13 *Quæ ad manſuefaciendos homines inuentæ ſunt.* Rom. Baſ. I. *quæ vi faciente inuentæ ſunt.* Ven. *inuentaque ſunt.*

15 *Non otioſis.* Veteres edit. *accitis.*

16 *Aſperitate.* Ald. *aſperitates.*

22 *Veſtigiis ſit.* Rom. Ven. Baſ. I. *vi ſit.*

27 Πάνθ' ὅσα τ' ἦν. Sic etiam hic verſus primus eſt apud Ariſtotelem: quem idem Metaphyſicor. lib. II. cap. IV. paullò aliter citat, adque materiam qua de agit accommodat.

31 *Oris ſimilitudinem.* *Oris ſui ſimilitudinem.* τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ἐναπομάξασθαι.

Pag. 408. verſ. 4. *Et terræ contagionibus.* Edit. veteres,

UNIVERSIDAD DE GRANADA
Hospital Real
Biblioteca

cum rerum contag. Ariſtotel. πλὴν ὅτι μέσος ὤν, ἰσθμὸς γῆτι καὶ ὁ θολερὸς οὗτος τόπος.

20 *Sublimen candens.* Vulg. *ſublimè candens*, vt etiam paſſim apud Ciceronem legitur. Sed ſecuti ſumus correctionem principis eruditiorum Ioſ. Scaligeri, qui ita, vt exprimi curauimus, in veteribus libris eſſe teſtatur; & ex Propertio notat:

At nullo teritur dominæ ſublimine amor, qui Reſtat.

Eleganter igitur Ennius Cælum, Sublimen candens vocat: quæ dictio à Limine compoſita. vnde & ſuam notionem accipere debet.

28 *Nàmque immodicis tremoribus terrarum diſſiluiſſe humum.* Locus hic totus vſque ad, *In quo periculi vertice*, &c. citatur B. Auguſtino lib. IV. cap. 11. de Ciuit. Dei. è quo meliores aliquot vulgatis lectiones hauſimus, quas etiam exprimi iuſſimus. Sic hîc pro, *diſſiluiſſe humum*, male editiones aliæ, *diſſoluiſſe humum*, hactenus habuerunt.

32 *Aduenis fluctibus.* Eleganter, ex cod. Auguſt. Vulgò antè, *aduerſis fluctibus.*

Pag. 409. verſ. 6. *Per decliuia, incendio diuino, torrentis vice.* Sic hic locus ex eodem D. Auguſt. reſtitutus. vulgabatur, *Diuino modo per decliuia currentis vice.* Sed etiam iamdudum Canterus noſter, *torrentis vice*, legendum coniecit.

10 *Volucri clade.* Num, *lubrica clade?*

13 *Inerant boni baiuli.* Malim, *in quo erant bon. ba.* Adi Ariſtotelem.

16 *Dux in vrbe, dux in exercitu.* Scribendum, *lex in vr. d. i. e.* ἐν πόλει ὁ νόμος, ἐν στρατοπέδῳ δὲ ἡγεμών. Ariſtoteles.

25 *Principia milites frequentabunt.* In quibus iis ab Imperatore, aut Tribuno ius reddebatur. Quintilianus Declamat. cui titulus, Miles Marianus: *Sed neque hoc Roma parens, nec ſigna militaria, aquilæq; victrices, nec tua, ſumme Imperator, diuina virtus ſinat, vt tua quoque ſententia quiſquam vir & Romanus & miles nimium pudicus ſit, apud quem ante principia agendum eſt.* Latius etiam de hoc, ſi bene memini, Lipſius noſter ad Annales Taciti ſcripſit.

27 *Ad conſenſum publicum*, Lego. *ad conſeſſum public.* Ariſtot. βουλευτικῇ ἢ καὶ ἐκκλησιαστικῇ, εἰς συνέδρια τὰ προσήκοντα.

28 Ad

28 *Ad Minutiam frumentatum.* Quod Ariſtoteles, ex Athenienſium moribus: Καὶ ὁ μὲν τις εἰς τὸ σιτωνεῖον βαδίζει ἀποσόμενος. De Minutia frumentaria monuerunt dudum viri docti.

29 *Reus ita purgandi ſe neceſsitate, &c.* Scribe: *Reus ita purgandi ſe neceſsitate, vt ſectandi ſtudio accuſator venit. ille moriturus, &c.*

31 *Hic ad conuiuij repotia & veſpertinus comiſſator aduentat.* Laudat paullo aliter Ioſ. Scaliger ad V. Manil. ſic: *Hic ad conuiuium, & repotia veſpertinus comes ſatur adu.*

33 *Et dies feſti.* Seneca lib. I. de Tranquillitate vitæ: *Legum conditores feſtos inſtituerunt dies, vt ad hilaritatem homines publicè cogerentur, tamquam neceſſarium laboribus interponentes temperamentum.* Per hos dies feſtos publicè paſſim agebantur Epulæ, agebantur Ludi. Liuius lib XXIV. *Per laſciuiam ac iocum ita ludibundi Beneuentum rediere; vt ab epulis per celebrem feſtúmque diem actis, non ex acie reuerti viderentur.* & lib. XXXIX. *Non eſt res qua erubeſcam pater ſi die feſto inter æquales largiore vino ſim vſus.* Polybius apud Suidam: Μαθὼν δ' ἐξ αὐτομόλου διασαφοῦντος ὅτι ἑορτὴν ἄγουσι πάνδημον, καὶ τοῖς σιτίοις λιτοῖς χρῶνται διὰ τὴν σπάνιν, τῷ δὲ οἴνῳ δαψιλεῖ, ἐπολιόρκει. In hos ſæpius inuecti veteres patres. D. Auguſtinus lib. de Paſtoribus: *Et feſta iſta, quæ celebrantur per vniuerſas ciuitates in lætitia conuiuantium, & publicis menſis ſeipſos, vt putant, iucundantium, reuera magis perdentium, ite, celebrate.* B. Ambroſius Epiſtolarum lib. IV. *Vides quemadmodum conuiuia gentiles adornent, feſta adueniunt; ſed ea piis mentibus infeſtiora ſunt: quia iis plerique decipiuntur, dulcibus ineſcantur epulis, capiuntur ſaltantium choris.* Hinc intelligendus Scæuola, dum ſcribit, certum pondus argenti feſtorum dierum nomine præſtari cuiquam ſolere. L. XIX. infi. D. de Annu. legat. nam ad ſumptus Ludorum, Epularumque omnino eum reſpexiſſe, veriſimile eſt. Sed & eò fortaſſis etiam pertinet locus Modeſtini: *Annuam pecuniam ad ludos ciuitati reliquit, quibus præſidere heredes voluit.* L. VI. tit. eod. Et hinc etiam clarum, quid apud Vlpianum eſſe poſſit, *alibi Feſtos dies celebrare.* L. XXVII. D. ad Municipal. Sed hæc fortaſſis notari commodius alibi poterant.

Pag. 410. v. 2. *Libatione profunditur.* Malim legere, *libat. perfunditur.*

5 *Videáſque illam ciuitatem*, &c. Eleganter expreſſit verſus Græcos, itidem elegantiſſimos, & ex Ariſtotele dignos hîc etiam adſcribi:

Πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει,
Ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων.

17 *Platani, vt ait poëta*. Ὡς φησιν ὁ ποιητής, τά τε, ἄγρια μὲν, ἄλλας δὲ παρεχόμενα χρείας, πλάτανοι, καὶ πίτυς, καὶ πύξοι, Κλήθρη τ' αἴγειρός τε, καὶ εὐώδης κυπάρισσος.

27 *Et iam imbricitor*. Lege, *etiam imbricitor*.

29 *Amicalémque*. Baſ. 1. *amicabilémque*. Gloſſarium vetus: Φιλικὸς, *Amicabilis*. Plautus: *Mihi date operam amicabilem*. Sidonius Apollinaris lib. 1. Epiſtol. *Qui in eum licet ſimul inimicabilibus excitentur; ſcamnis tamen amicabilibus deputantur*. B. Auguſtinus lib XIX. de Ciuit. Dei: *Interdicat amicabilem ſocietatem, vel interdicat affectum omnium humanarum neceßitudinum*. vbi etiam eſt cùm legas, *amicalem*.

PETRI COLVI IN LIB. ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ NOTÆ.

ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ SIVE DE SYLLOGISMO CATEGORICO. Partem huius libelli vulgauit ante annos octuaginta Ioannes Sichardus in opere cui index, *Diſciplinarum liberalium orbis*, &c. vbi etiam ei ſolummodo titulum dat, DE SYLLOGISMO CATEGORICO. Nos duplicem poſuimus. quorum prior ex Iſidori & ſcripti exemplaris fide eſt: poſterior omitti debuiſſe etiam non videtur. Nam ſic in M s. *Incipiunt Periermeniæ Apuleij*. & ad calcem, *Periermeniæ Apuleij explicíunt, in quibus continentur categorici ſyllogiſmi*. Iſidorus: *Has formulas Categoricorum ſyllogiſmorum qui plenè noſſe deſiderat, librum legat qui inſcribitur* ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΙΑΣ *Apuleij*. Sed & Io. Picus Mirandula in Epiſtolis, ad Hermolaum Barbarum, ſcribit

in manus ſuas incidiſſe Apuleij Fragmentum de Interpretatione: Opus, inquit, eruditum, & quod Apuleij planè eſſe cognoſcas. pòſt quærit, num alibi integrius exſtare ipſe ſciat. Ceterum exemplar ſcriptum quo à Clariſſimo doctiſſimoque viro Franciſco Nanſio vſi ſumus, vetus ſanè ſatis fuit, at non ex omni parte emendatiſſimum. Sed ſimile, etiam Apuleio adſcriptum, exſtare ſcimus Lutetiæ Pariſiorum apud humaniſſimũ eruditiſſimumque virum Nicolaum Fabrum conſiliarium Regium. è quo fortaſſis corrigi hic quædam poſſent, quæ corruptum eſſe pati debemus. Sed nos id quod in manu noſtra fuit præſtitimus. A Sichardo libelli huius partem olim editam idem Nanſius indicauit. è cuius exẽplari omnes variantes lectiones, bonas malas, ad marginem libri ſui quam diligentiſſimè & fideliſſimè annotarat. Sed & ipſam Sichardianam editionem poſteà nobiſcum quam benigniſſimè communicauit.

Pag. 413. verſ. 8. *Quod philoſophiam*. Sic rectius à Sichardo editum, quàm in Ms. *quam philoſ.*

14 *Vt Imperandi, vel Narrandi*, &c. Hæc omnia ampliora hic & ordine alio, quàm in Sichardiana editione. quod è comparatione patebit.

15 *Fouendi*. Lipſius malit, *Vouendi*.

16 *Odiendi*. Sichard. *obediendi*.

17 *Contemnendi*. Ibidem, *contendendi*.

18 *Voluptatem afferendi*. Ibid. *voluntatem adſerendi*.

10 *Vſitata nouè* **. Deeſt hîc, *proferre*, aut ſimile aliud; vt in deſcribendo etiam Nanſius obſeruarat, & pleraſque correctiones ad marginem annotarat. Eadem ſententia Philoſtratus ad Aſpaſiam: Σαφῶς ἑρμηνεύσομεν ἢ ἔξω ἐντελείας, ἢν τῶν νοηθέντων τὰ μὲν καινὰ καινῶς τὰ, δὲ κοινὰ κοινῶς φράζωμεν. Quem locum indicauit nobis vir eruditiſſimus Bonauentura Vulcanius, conciuis meus.

26 *Protaſin*. Sichard. ὑπόστασιν. & paulò poſt: *Propenſionem*. Vide Ariſtotelem Topicis.

32 *Vt, Aiax qui regnat*. Sichard. *Vt ſi dicas: Qui regnat.* Scriptura vetus eſt quam dedimus. è qua etiam ſcribebat Nanſius, *Vt ſi aias, Qui regnat.*

Pag. 414. verſ. 2. *Non ſit beatus.* Eadem editio, *beatus non eſt.*

5 *Omne ſpirans.* Eadem, *Omnis ſpirans.*

6 *Quædam animalia non ſpirant.* Eadem, *Quoddam animal non ſpirat.*

10 *Dedicant aliquid de quopiam.* Id eſt, adfirmant, adſerunt; vt etiam notarat Nanſius. nam Dicare, eſt dicere, nuntiare, indicare. Lucillius apud Nonium, quem ſimul emendem, Satyrar. lib. XXX.

—— *Sic vbi ad aures*
Fama tuam pugnam claram alata dicaſſet.

Hinc Dedicare αὐξητικῶς, id eſt, valdè quid dicere, adſeuerare. Feſtus: *Dedicare autem propriè eſt dicendo deferre.* Vide Marcellum. apud quem ſic legendus etiam verſus Attij Alpheſibœa:

At verior, cùm te eſſe Alcmæonis fratrem factis dedicat.

Lucretius ſæpius hoc verbo hac notione vſus eſt. De quo doctiſſimi Giſanij noſtri conſulendus Index. Huic contrarium, Abdicare.

16 *Ergo dicit.* Melius Sich. *ergo dedicat.*

17 *Quia & in.* Fortè, *quia ei in.* Sic Nanſius.

18 *Videt.* Sichard. *videtur.*

24 *In Theæteto.* Eadem edit. *in Timæo.*

26 *Apuleius diſſerit.* Ms. *Apul. dixerit.*

28 *Quod ex iis.* Vetus idem, *quod ex his quæ.* Vnde cum Lipſio legas, *quod ex hiſce.*

30 *Coniunctio.* Sichard. *coniunctiones.*

Pag. 415. verſ. 1. *Certè in.* Ms. *cetera in.*

6 *Eadem vi manente.* Sichard. *eadem imminente.*

12 *Sed etiam.* Vet cod. *ſed &.*

19 *Vt ſi verſo.* Sichard. *vt ſi conuerſo.*

22 *Si conuertas.* Ibidem, *ſi quæras.*

27 *Primò, quod.* Ibidem, *primo quidem.*

29 *Etiam in illis.* Ibid. *etiam nullis.*

31 *Quia vt ſunt.* Ibid. *quia ſicut.*

Pag. 416. verſ. 5. *Quattuor illæ.* Ibidem, *& illæ.*

6 *Quadrata formula.* Ibid. *quadra formula.*

7 *Sunt igitur.* Lege è veteri, *Sint igitur.*

9 Nulla

9 *Nulla voluptas eſt bonum.* Ms. lib. *Omnis voluptas bonum non eſt.*

14 *Altera pertinens.* Sichard. *altera pertingens.*

15 *A particulari Dedicatiua.* Ibid. *ab vniuerſali Abdicatiua ad particularem Dedicatiuam.*

19 *Incongruas.* Vet. lib. *integras.*

27 *Vtique alteram.* Sichard. *vnquam alteram.*

28 *Numquam alteram.* Hîc etiam Ms. *vtique alter.*

Ibid. *Et qui alteram refutat.* Sich. *qui vtramuis tollit.*

31 *Infirmat.* Male vet. *confirmat.*

Pag. 417. verſ. 2. *Oſtendunt infrà ſcripta.* Sichard. *oſtenditur infrà ſcriptis.*

16 *Qui aliquid.* Ms. *qui aliud.*

19 *Subiectiua.* Idem, *Subneutra.*

20 *Contra particularis vno quidem modo deſtruetur, ſi alterutra vera oſtenditur.* Hæc deerant editioni Sichardianæ.

24 *Subiectiua.* Iterum in ſcripto, *Subneutra.*

Ibid. *Seruabimus.* Sichard. *ſeruamus.*

28 *Item omnis.* Ibid. ſolummodo, *Omnis.*

31 *Præponatur.* Ibid. *proponatur.*

32 *Voluptas bonum.* Ibid. *volupt. bona.*

Pag. 418. verſ. 1. *Deinde de conuerſione.* Hæc è margine, à ſtudioſo fortè memoriæ cauſa adſcripta, in ipſum contextum irrepſiſſe videntur.

6 *Aut falſitatis.* Sichard. *& falſitatis.*

9 *Ita ſi.* Ms. *ita etſi.*

15 *Fallit, pro certo.* Idem, *fallitur, certum repud.* Vnde legendum fortè, *fallitur, vt certum.* quod placebat Lipſio.

20 *Vlla propoſitio.* Idem, *in vlla propoſitione.*

25 *Sed ſi poteſt.* Huc vſque priora illa huiuſce libelli olim à Io. Sichardo edita fuerunt. quod indicauit nobis etiam eruditiſſimus Nanſius. Quæ ſequuntur vſque ad libri finem, ea nunc primum damus.

Pag. 419. verſ. 33. *Huic iunge.* Scriptum, *Hinc iunge.*

Pag. 420. verſ. 16. *Et Orationis.* Malim, *etiam Orationis.*

21 *Vllo modo.* Legerim, *illo modo.*

Pag. 421. verſ. 4. *Num affirmes.* Sic ſcripſi. Veter. cod. *nunc adfirmes.*

6 *Definitione ** neceßitates* Forſitan legendum & ſupplendum, *Definitione, quadam neceßitate*, &c.

7 *Incluſionis viſa ſimilitudine.* Num potius, *Concluſionis vera ſimil.* vel, *ipſa ſimil.* legendum erit? num adhuc aliter?

17 *Quidem * definitionis.* Fortè verum, *quidem pars*, vel, *particula Definitionis.*

32 *Igitur in prima formula*, &c. Quæ hic de formulis Categoricorum Syllogiſmorum, vt vulgariter, non ſecundum Apuleium, loquar, traduntur, verbatim pleraque lib. II. Originum ſolemni ſibi more, tranſcripſit Iſidorus, quem moneo hinc ſæpius emendari adhuc debere. Porrò Syllogiſmos Categoricos, vocat noſter Prædicatiui generis concluſiones. Iſidorus: *Formulæ Categoricorum, id eſt, Prædicatiuorum ſyllogiſmorum, ſunt tres.* Deſumpta etiam hinc nonnulla videri poſſint, ætas id patiatur, à Marciano Capella lib. VIII. de Nupt. Philol. & Merc. vbi de Dialectica: & ab Aur. Caſſiodoro in Dialecticæ compendio, quod ipſius nomine circumfertur. in quo etiam quædam hinc corrigenda.

33 *Qui conducit.* Id eſt, qui colligit. Iſidorus.

Pag. 422. verſ. 15. *Ceteris * prior.* Scribo, *ceteris quæ prior.*

29 *Seruatur eius illationem.* Lipſius, *ſeruata eius illatione.*

Pag. 423. verſ. 1. *Quarti* Quarti modi.*

3 *Octauus modus eſt.* Tres formulæ primi Modi hic omiſſi, nempe Quintus, Sextus, Septimus: qui tamen ab Iſidoro ponuntur. Vnde certè necdum ſatis integrum hunc libellum ad manus noſtras perueniſſe videmus, & dolemus.

Pag. 427. verſ. 1. *Sicut.* Malit Nanſius, *ſi ſicut.*

11 *Mutationibus.* Idem etiam ſic hoc legendum coniecit, ex ſcriptura veteri, *imitationibus.* Ego putabam, *Enuntiationibus.* Sed malim illud.

16 *Potuit ſuggerere.* In Ms erat, *potuit ſuggere.* Vnde Lipſius, *poterit ſingere.* Vt cudi iuſſum, ſic etiam Nanſius legendum cenſuit.

19 *Sed vi.* Idem, *ſed III.* id eſt, *tertio.*

22 *Prætexas.* Num, *retexas?* Sic Lipſius.

31 *Iam oſtendimus.* Placeret magis, *vt iam oſtendim.*

Pag.

Pag. 428. verſ. 5. *Cui plus.* Lipſius, *cum plus.*

30 *Repudiantur.* Sic benè Clariſſimus Nanſius. In ſcripto libro fuit, *ruridantur.* Ita ſuprà: *Nam quod alicubi fallit, pro certo repudiatur.* & infrà: *Ceteræ triginta quattuor, quas enumeraui, uariò repudiantur.* Alia ſunt in hoc libello nec ſatis integra, nec ſatis ſana: quibus mederi abſq; ſcriptorum aliorum exemplarium collatione haud facile eſt. Sed & quædam ex Ariſtotele reſtitui poſſent. E quo ſolo omnia ſuppleri emendari, abſque veteris integrioriſque libri auxilio, haud facilè poſſint.

IN ANEXOMENON.

LEPIDISSIMVM hoc poëmatium primus in publicum dedit vnà cum aliis veterum aliquot eiuſdem ferè argumenti Epigrammatis vir eruditus Claudius Binetus: poſtea etiam Præcidaneis ſuis inſeruit doctiſſimus noſter Douſa, & Notis ſuis elegantiſſimis emendauit, illuſtrauit.

Verſu 4. *Fecit.* Neſcio cur potius ſit, *facit.*

10 *Cum pectora * adhærent.* Binetus, *Cum pectora vna adhæserent.* Malim Douſiacam coniecturam, *Cùm pectore artè adhærent.*

10 *Libido cum.* Binetus legit,

Libido cum laſciuo inſtinctu ſuſcitet,
Sinnent ad Veneris curſum femina.

Douſa ferè modo eodem,

Libido cum. l. i. ſuſ.
Sinuare ad Ven. curſ. f.

Ego hæc cum præcedenti verſiculo ita legerim:

Cum pectora artè adhærent Veneris glutino,
Libido cum laſciua inſtricta ſuſcitet
Sinuare ad Veneris artem femina.

Cum pectora glutino Veneris artè adhærent, & cum laſciua libido inſtricta femina, id eſt colligata, compedita, ad Veneris artem, ſuſcitat ſinuare. Apertius dicerem; ni vetaret pudor. De verbo Inſtringendi, vide quæ ſupra notauimus ad libros Mileſiarum.

15 *Hæremq;*

15 *Hærentq́; ſulcos.* Adſentior Bineto, legendum, *Arántque ſulcos.*

16 *Horto.* Rectè emendant, *hortulo.*

17 *Dum crebros ictus.* Scribit Binetus:

Dent crebros ictus conniuente lumine.

Douſa mauult, *combibente lumine.*

18 *Crepidante curſu.* Binetus, *trepidante curſu.* Sed Douſa: *Trepida in decurſu Venere, & anima feſſula.* Fortè non malè, *Trepidante fluctu Venere.* Notum, vnde Venus nata: quid per Fluctum item intelligi hîc poſſit, non etiam explicatione eget vlla. Sed nos manum de hac tabula.

IN FRAGMENTA.

PAG. 430. verſ. 20. *Abſtemius eſt.* Poſui hoc tamquam fragmentum Apuleij noſtri ex eius LIBRIS LVDICRORVM. Sed iam id num verum ſit, ambigo. Nam in Nonio dumtaxat ſic legimus: *Abſtemius, qui vino abſtinet. Apul. In te fuiſti quondam Athenis parcus, atque abſtemius. In lib. Ludicrorum: Abſtemius eſt,* &c. Ceterum malim locum hunc, cuiuscuius eſt, ita legere: *Abſtemius eſt homo, ſcit, quò rete lep.* &c.

31 *Pollinctor eius funeri.* Variè hic locus legitur in veteribus libris, quos noſter Vulcanius aliquot vidit: nempe vel, *pollincto eius funere domuitionem paramus:* vel, *pollinctores funere domuit. par.* Vide ad hunc locum quæ ſuprà ſcripſimus ad IV. Floridorum.

Pag. 431. verſ. 11. *Cepæ ſoccum.* Scribe in Priſciano, *ſuccum.*

14 *In te fuiſti.* Locus hic nobis de mendo ſemper ſuſpectus fuit. Olim ſcribendûm putaui, *Antè fuiſti,* &c. Nunc etiam ſuſpicatus ſum fortaſſis nomen libri qui etiam laudabatur eruendum, ſcribendumq́ue: *in Phe.* id eſt, *in Phædone: Fuiſti quondam,* &c. Quod ad eum Dialogum optimè referri poſſe videatur.

15 NVMERI *diſciplinam.* Hinc colligere fuit auctorem noſtrum etiam DE NVMERIS librum inſcriptû confeciſſe. Cuius rei certiores iam nos facit compendium

Arithmeticæ:

Arithmeticæ Caſſiodori : *Huius diſciplinæ tota vis in exemplis, additionibus, & detractionibus partium eſt ſita Quam partem qui volet pleniſſimè pernoſſe, L. Apuleium legat, qui primus Latinis hæc argumenta illuſtrauit.*

12 CONVIVIALIVM QVÆSTIONVM. Hic etiam proculdubio index Apuleiani ſcripti fuit. nam Macrobius eum diſertim inter eos locat qui ea de re ſcripſerunt, & poſt eum exque eo Io. Saliſberienſis: quorum verba hic obliti ponere fuimus, quæ iam inter Teſtimonia veterum de auctore noſtro ſcriptorum reperire eſt.

24 *Apuleius autem ait.* Vbi hoc? certè in libello de Deo Socratis, aut nuſquam. nam ibi de Dæmonibus, inter quos Lemures, Laruæ, Lares, Manius deus. Sed de Manibus hoc quod Iſidorus vult nō inuenias. Nec mirum. enim ſcriptum illud integrum nō eſt, quod ante nos alij etiam monuerunt. Sed & D. Auguſtinus probet, Apuleium etiam ſcripſiſſe quid Manes eſſent, De Ciuit. Dei lib. IV. cap. XI. Præter hæc omnia quorum iam Titulos & Fragmenta dedimus, ipſemet ſeſe alia multa tam Græcè quam Latinè conſcripſiſſe teſtatur: vt NATVRALIVM QVÆSTIONVM libros, in quibus multa de omne genus Animalibus commentatus eſt præter illa quæ Ariſtoteles variis multiſque voluminibus antè tradiderat, quod ex eius Apologia priore colligere cuilibet datur. Sed & HYMNVM, item DIALOGVM IN ÆSCVLAPIVM Græcè & Latinè ſeſe compoſuiſſe, Floridis eademque Apologia I. ipſemet etiam ſcribit. Vbi quoque ait, ſeſe publicè apud Oeenſes de eiuſdem Æſculapij maieſtate diſſeruiſſe. eam Diſputationē vulgò legi, in omnium manibus eſſe. Quin immò apud eoſdem Oeenſes pro ſtatua ſibi locanda aduerſus contradictionem quorumdam ciuium eum Orationem ſcriptam memoriæ commendaſſe, ſcribit ad Marcellinum D. Auguſtinus.

OMISSA.

AD lib. 1. Metamorphoſ. Pag. 1. verſ. 18. *Inquam, in Attide primis pueritiæ ſtipendiis merui.* Repoſuerim iam membranacei noſtri codicis ſcripturam, *linguam Attidem prim. puer. ſtip. mer.* Lingua Attis, id eſt, lingua Attica: vt Luſciniam, Attidem vocat Martialis:

Sic vbi multiſona feruet ſacer Attide lucus.

Sed & hanc etiam loco hoc lectionem adſtruit, inque tribus libris Ms. eſſe teſtatur Marinus Becichemus Scodrenſis, publicus olim Brixiæ profeſſor, æquæuuſque, quantum coniicere poſſum, Beroaldo. Cuius Epiſtolicas Quæſtiones aliaq; ſcripta nõnulla cuſa ante annos centũ vtenda nobis dedit humanitate doctrinaq; præſtantiſſimus vir Franciſcus Nanſius, qui ex vberrima inſtructiſſimaque bibliotheca ſua nullum non ſcrptorum genus vſui mihi futurorum, dum libris meis abſentibus carere num debeo, liberaliſſimè lubentiſſimeque ſuppeditauit. Sed & à Becichemo iſto, quem nos primum inſpexiſſe immò natum vmquam ſciuiſſe poſt confectas demum abſolutaſque Notas noſtras, ipſe Nanſius teſtis idoneus ſatis fuerit, alia etiam quædam in hoc ſcriptore noſtro ex libris ſcriptis quos quatuor aut quinq; nominat emendata, aliter quàm à nobis. quæ iam commodè cum aliis Omiſſis noſtris ad calcem libri etiam adiicere voluimus; vt minus quid in hac editione quo auctorem hunc ſaniorem planioremque reddere potuimus, ſtudioſus lector deſiderare poſſit.

22 *Offendero.* Idem Becichemus legit, *offudero,* quemadmodũ & Lipſium etiam coniecisse monere me fugerat.

28 *Theſſaliam ex negocio petebam.* Idem ait in veteribus codicibus ſuis addi, *dueronico ſeduente.* Vnde legit, *puero vnico me ſequente.* enim Apuleius ſeſe vnico famulo comitatum fuiſſe ſæpius meminit.

35 *Fronte curioſa exfrico.* Ex hac veterum librorum ſcriptura malit etiam Becichemus, *fronde curioſè exf.*

Pag. 2. verſ. 2. *Ac dum is ientaculum ambulatorium prataq; præterit, ore in latus deterto pronus adlectat.* Idem, ductu veteris ſcripturæ,

[...]purae, Ac dum is ieiitaculum ambulatorium, prata quà præterit, ore in [...]um detorto, pronus adfectat.

Pag. 3. verſ. 15. *Ætneo melle.* Idem teſtatur alibi legi, *[Ætn]eo melle*. vt & Beroaldus.

Pag. 4. verſ. 11. *Fruatur diutius tropæo Fortuna quod fixit ipſa. [E]ffeti ſequatur*, &c. Idem corrigit, ſcriptis libris etiam licet reclamantibus, *Fruatur diut. tr. F. quod fixit ipſa, effœta ſequatur.*

Pag. 7. verſ. 21. *Deſerta, vice Calypſonis.* Idem ex vet. lib. *[d]eſerta vita, Calypſonis*, &c.

Ad Not. Pag. 19. verſ. 24. Manus non mens errauit, quæ ſcribi voluit, *εἰρωνικῶς*, vbi malè, *ἀλληγορικῶς*.

Ad eumd. lib. 1. Metamorphoſ. Pag. 13. verſ. 14. *Opperior.* Tuetur veterem lectionem Becichemus, *opperimi[n]ur.* & ad Apuleium famulumque eius dictum numero multitudinis putat.

Ad Not. Pag. 25. verſ. 7. Fugit me notare, matrem Apuleij Saluiam Theſeo viro duumuirali nuptam fuiſſe.

Ad lib. 11. Metamorph. *Imis Tartari.* Corrigit Becichemus, *in ima tartari.*

Pag. 23. verſ. 30. *Iuxta ſe.* Liber vetus noſter, *iuxtim ſe.* quod iam repoſuerim. Vide Nonium. De quo nos etiam monuit amiciſſimus Canterus.

Pag. 24. verſ. 30. *Nam & pueris extra limen, credo vt*, &c. Locum hunc totum ſic emendari rectè putat Becichemus, *Nam & puero extra limen*, id eſt, famulo ſuo quem vnicum habebat, *credo vt arbitrio nocturni gannitus ablegaretur, humi [qu]am procul distractum fuerat grabatulum; & meum adſiſtit*, &c. Meum, grabatulum ſcilicet. Noſtram lectionem veriorem puto. Vide Notas.

Pag. 31. verſ. 33. *Adepta Coptica.* Quidam, inquit Becichemus, è veteribus libris, *operta coptitica*: non pauci, *adepta*. [A]lius cod. vetuſtiſſimus, *comperta Niliadum*, poſt verbum *cœptitica* habet: loco cuius quidã, *cooeptica*, nonnulli, *comptitica*. Alios etiam teſtatur hic *Chomata* legere, ex Vlpiano: ſe verò, *operata Coptica*: id eſt operationes, ab Operandi verbo quod rem diuinam facere ſignificat. Ad quod illum duxit prior illa ſcriptura vetus, *operta Coptitica*. E qua ego veram lectionẽ eſſe, iurare ferè auſim, *operta Coptica*. Operta,

Tt id eſt,

id eſt, ſacra quæ tecta & ſecreta. Sic infrà lib. XI. *Ferebatur ab alio ciſta ſecretorũ capax, penitus celans operta magnifica religionis.*

Ad lib. III. Metamorph. Pag. 51. verſ. 6. *Rodebamus.* Idem Becichemus e. v. c. *rodebam.*

Ad lib. V. Metamorph. Pag. 82. verſ. 23. *Aulea.* Idem *aulæ*, ſiue, *aululæ*: id eſt, ollæ, ollulæ. Fulgentius lib. III. Mythologiar. vbi ex hoc noſtro fabulam hanc narrat, eiuſque pænè verba eadem nonnumquam exſcribit, habet: *Nouaculam ſub puluinari abſcondit, lucernamq; modio contegit.*

Pag. 83. verſ. 12. *Altum ſoporem deſcenderat.* Fortaſſis ex Fulgentio iam ſcribẽdum videatur, *altum ſoporem extenderat.* ſic enim ille. In quo poſteà legendum moneo, *Tandem multis iactata Veneris perſecutionibus*: non vt vulgatur, *veneris, perſecutionibus.*

Ad Not. Pag. 68. v. 10. Repone, vetus Poëtria Myro.

Pag. 108 verſ. 25. Non de nihilo fortaſſis hic eſt vetus lectio, *in arculum.* nam Feſtus: *Arculum appellabant, circulum quem capiti imponebant, ad ſuſtinenda commodius vaſa, quæ ad ſacra publica capite portabantur.* Ad horum hominum comarum iactationem notandus adhuc locus inſignis L. Flori ex lib. III. vbi de bello Seruili: *Syrus quidam nomine Eunus, magnitudo cladium facit vt meminerimus, fanatico furore ſimulato, dum Syriæ deæ comas iactat, ad libertatem & arma ſeruos, quaſi numinum imperio, concitauit.* Sic, ad Deũm Matrẽ opinor quæ eadem cum Syria dea, Varro Eumenidibus: *Nunc feminiri tereteim comam volantem iactant tibi Galli.* Addatur & locus Antipatri:

Ἐκ πότε τις φρίκτοιο θεῆς σεσοβημένος οἴστρῳ,
Ρομβητὺς δονέων λυσσομανεῖς πλοκάμους.

qui etiam de Cybeles ſacerdote loquitur.

Ad lib. IX. Metamorph. Pag. 148. verſ. 15. *Cum ſuis adulteris voluptatur.* Ita rectiùs in ſcripto noſtro aliiſque editionibus veteribus, Repperi idem hoc Voluptandi verbum, apud Quinctilianum Declamat. III. cui index, *Miles Marianus.* Vbi ſic ex fide ſcripti codicis Clariſſimi Lipſij legendum eſt: *Cum alij excubent armati, alij clauſtra portarum tueantur, alij vallum foſſaſq; ſcutis innixi cingant, cibum ipſum ſtantes capiant; tribunus inter ſcorta voluptabitur?* nam pariter etiam paſſim hîc malè vulgatum eſt, *inter ſc. volutabitur.*

Ad lib.

Ad lib. XI. Metamorphoſ. Pompam Matris Deûm, cuius ſacra cum Iſiacis ferè eadem, veris etiam initio Romæ celebratam ſcribit, partimque eam deſcribit Herodianus: Ηρος δὲ ἀρχῇ ἑκάστου ἔτους ὡρισμένης ἡμέρας, μητρὶ θεῶν πομπὴν τελοῦσι Ῥωμαῖοι, καὶ πάντα ὅσα παρ' ἑκάστοις πλούτου σύμβολα, κειμήλιά τε βασιλέων, ὕλης τε τέχνης θαυμαστὰ, τῆς θεοῦ προπομπεύει. ἄνετός τε πᾶσι δίδοται, ἐξουσία παντοδαπῆς παιδιᾶς. ἕκαστός τε ὃ βούλεται σχῆμα ὑποκρίνεται. οὐδ' ἔστιν οὕτω μέγα ἢ ἐξαίρετον ἀξίωμα, ὃ μὴ παντὶ τῷ βουλομένῳ ἀμφιεσθέντι ὑπ' ἀρχῇ παίξαντι καὶ κρύψαι τὴν ἀλήθειαν. ὡς μὴ ῥᾳδίως διαγνῶναι τόν τε ὄντα καὶ τὸν μιμούμενον. Quæ elegantiſſimus Politianus ita conuertit: *Veris initio, ſtato ſolemniq́; die pompam matri Deûm Romani celebrant. In ea quæ apud quemque ſunt diuitiarum præcipua, ſupellexq́; pleraq́; Imperatoria, materiæ aut artis ſpectandæ, præferri ante Deam ſolent. Paſſimq́; omnibus ludendi licentia permiſſa. ſic vt perſonas induant, quas cuique libitum; nullamq́; non magiſtratuum quoque imaginem, prout cuiuſque ſtudium, repræſentent: ſic vt non temerè à falſis veros dignoſcas.* Atque hæc quidem, quia in illis quædam gemina iis quæ à noſtro recitantur, ex lib. I. Hiſtor. adſcribere operæpretium arbitratus ſum.

Ad lib. I Floridorum. Pag. 217. verſ. 6. *Religioſis.* Becichemus, *religioſi.*

9 *Portum apponere.* Idem in ſuis libris eſſe ſcribit, *ſeruum apponere.* Vnde ipſe veriſimiliter emendat, *ſertum apponere.* Notum, Deorum aras & ſimulacra ſertis olim coronare moris fuiſſe. quod & nos alibi notamus.

Pag. 219. verſ. 26. *Circa corporis ſui qualitatem.* Idem ſcribendum cenſet, *contra corp. ſ. q.* vel, *intra.* quod è ſcripto etiam noſtro reponamus.

Pag. 221. verſ. 28. *Alexandro illi, &c.* Idem, *Alexandri illius longè omnium excellentiſſimi regis.*

Pag. 222. verſ. 11. *Sæpe ſolus.* Reſcribe ex v. c. *ipſe ſolus.* quod & Becichemus vult.

Pag. 223. ver. 32. *Torno & cothurno.* Vetera exemplaria aliquot, *cum torno & cortino.* Vnde non malé Becichemus legere videtur, *cum torno & circino.* vt & Stewechius.

Ad lib. II. Floridor. Pag. 225. ver. 4. *Inductus.* Idem Becichemus, *indutus.*

 5 *Conſpica-*

5 *Conſpicatus.* Idem, *conſeptus*, vel, *conſeptatus.* minus bene.

29 *Suterna.* Reponit idem etiam è libris antiquis, *ſutrina.* quod fortaſſis tolerandum.

Pag. 228. verſ. 6. *Nec colorum columbarum.* Becichemus iterum, *nec colo columbarum.* quo quid ſibi velit ipſe non explicat.

30 *Deſendiſſet.* Idem antiquam lectionem ait, *recondiſſet.*

Pag. 231. ver. 18. *Vtrorum*, *ue.* Rectius veteres eiuſdem Becichemi codices, *eorúmque.*

Ad lib. III. Florid. Pag. 235. verſ. 29. *Quem qui.* Legit idem, *quod qui.*

Pag. 239. verſ. 20. *Auium inſtigati angores.* Idem rectè caſtigat hunc locum, *auium inſtigati clangores.*

Ad lib. IV. Floridor. Pag. 242. verſ. 24. *Democriti Phyſici ciuis.* Non malè quidam libri vet. *Dem. Phyſ. ſocius*, quos citat idem Becichemus.

Pag. 244. verſ. 27. *Paribus.* Idem, *pares*, mauult.

Pag. 245. verſ. 2. *Et dedicatur religio ſummo*, &c. Scribit idem, *& dedicatu religioſum, principio libri ratio quædam ex his quid me condidicere.* vnde ſenſum commodum non eſt vt elicias. Vide Notas noſtras.

18 *At verò.* Idem, *an vero.*

Pag. 248. verſ. 3 *Non quidquam.* Idem, *nequidquam.* Erant alia pauca ad ſcriptorem hunc noſtrum in eodem Marino Becichemo, quæ conſultò hic omiſimus; quòd ea nos etiam vel è libris vel ex ingenio obſeruata notata haberemus, & nonnulla etiam falſa eſſent, præterquè Apuleij ſolemnem loquendi modum. Quod cuilibet diiudicandum relinquimus.

FINIS.

IN APVLEIVM A. P. COLVIO BRVG. RESTITVTVM.

SPVMANTES *dum verſat equos Theſeius heros,*
Et ſolita biiugas dum regit arte rotas;
Bellua turbatis horrenda expellitur vndis,
Quæ petat infeſtis morſibus Hippolytum:
Impulſi terrore acri per ſaxa citato
Cornipedes curſu corripuere fugam.
Neptune, Hippolyto nuſquam ſuccurris, anhelas
Siſtere dum vanâ nititur arte rotas?
Magne Iouis frater, tumidarum rector aquarum,
Quem, niſi te, moriens inuocet Hippolytus?
Exclamans fruſtra, nondum cum ſanguine ſacro
Hoſtia cæruleum pacificaſſet auum.
Nam miſer effuſis loris diſcerptus equorum
Perpetuò furui regna habitaſſet heri;
Ipſe Coronides, Erebi indignante Tyranno,
Pæoniâ in lucem ni reuocaſſet ope.
Tu quoque barbariem fugiens, doctiſſime LVCI,
Iam Criticorum auidis vnguibus incideras:
Certatim hi rictu laniabant membra cruento,
Hi diſcerpebant vnguibus os nitidum:
Ipſe ſuas fruſtra dederat tibi Cynthius artes,
Proderat Actæam nec coluiſſe Sain.
Non tulit hoc, iuſtaq; exarſit COLVIVS *ira;*
Iſq; tibi hunc animum reddidit atque animam.
Nam velut affecto rediuiuæ in corpore vires
Vix tandem medica reſtituuntur ope,
Nequidquam prece Diuûm implorata, tibi tale,
APVLEIE *fuit* COLVIVS *auxilium:*
Is tibi deterſit maculas, priſcumq; nitorem
Reddens natiuam reſtituit faciem:

Scilicet in tanto ne auctorum examine ſolus
Squaleres cæcis luridus in tenebris.
Nec debes patriæ plus, Afer docte, patrique,
Illa licet tulerit, hic licet extulerit.
At tu, animam auctori qui tam bene reſtituiſti
Officiis Muſas perge iuuare tuis;
Ne tua, ne, COLVI, ſeclis fugientibus ætas
Tam bona perpetuâ nocte tegat ſtudia.

IANVS DOVSA FIL.

QVICVMQVE priſcis, hoſte ſtrato, ſæculis
Victrice Quiritem liberârat dextera,
Mortiſque præſentiſſimo ſubduxerat
Periculo: huius macti adorea plurima
Caput coronæ inſigniendum ciuicæ
Digno ambitu, ore clamitabant conſono;
Et aggeratim deferebant egregios
Hilaro atque ritu gaudiali in omnibus
Locis honores. Sed comis, mi tu, tuis
Qualis (Dei!) corollulas aptabimus?
Quantis, quibus dignabimur te honoribus?
Iam noſter Afer, auctor olim prænitens,
Extrema ſuſtinebat, & nouiſſimis
Extremiora, paululatim proximans
Morti, impiatus Barbarorum cædibus,
Lurore deformatus in flendum modum,
Sortem, ferè euitatus, eiulans ſuam,
Saltu ruebat in ruinam concito.
Sed hoc malum mutauit. ô factum bonum!
Non gaudet amplioribus victoriis
Inculta prorſum & barbara Neglegentia:
Quæ craſſiores plurimis affixerat
Auris; & obſtinata concinnauerat,
Audace niſu, corda; animiſque noxiis
Armârat omnis, vt darent neci bonos
Terſoſque ſcriptores: ſuo ſed hæc malo.

Latina namque culta Diligentia
Et integrare vota noſtra, & pectora
Conata fuit commaſculare plurium:
Expergitè ſuo fungerentur munere,
Huius ſaluti conſulentes, (cùm Salus
Sermonis hic ſiet Latini) qui minus
Minimo perierat; ſeriò, ſerò licet;
Omniſque triſtitudines abſtergerent;
Et infimatis inferiores Barbaros
Peſſum darent, qui ſæuiente dextera
Vt arma in omnis, ſic in hunc, quem cernitis,
Conſumſerant; & fœda caſtra mouerant;
Acieque directa, ſonârant claſſicum;
Mucrone iugulum fulminante foderant.
Sed paruere pauciores, proh dolor,
(Nam pauciens hîc eſt ſolitum parerier)
Nullique paruere COLVIO magis.
Nam non ſuum ſibi inacuit piè malum,
Noſtrique gerulus gaudij, amanter agnito
Non tantum ab inferis reduxit ſpiritum,
Mortiſque poſtliminio animauit Lucium:
Sed præſto fuit, incurioſis ceteris
Diſcriminis imminentis, oculus, quantus eſt,
Argoque perſpicacior, medicus bonus,
Medica bonam manu medelam commodùm
Et longiorem ſolis vſuram adferens,
Et ſæua momentariu' ſanans vulnerum
Infuſa ocellis luce multa conditis;
Promptuſque monſtris liberans pugnacibus,
Quis LVCIVM non liberaſſet Dea Lua.
Sublimat inferos, & atra Tartari
Secreta Sole illuminat nouo loca;
Panteſque durat, diluit montis; tenet
Noctem, diem fuſcat, oculos Cœli patris
Stinguit, potentem infirmat omnem Cœlitum
Exercitum; amnis ſiſtit, & mare colligat:
Et liberè vt, quodcumque ſentio, proferam;
Illius eſt exoſſa diligentia,

Illius eſt eneruus oppido labor,
Præſentiorem qui medelam LVCIO
Parat malè habito. Fruſtra enim eſt, quidquid parat,
Audaciæque ſentiet labem ſuæ.
Ergo igitur age Eſuritor Elegantiæ,
Pus eliquauit, Puritatem qui ſitis;
Age gratulare LVCIO, cui mundulè
A COLVIO eſt; qui cùm ſine cura eſt, ſedulò
Noctis dieſque tutius verſabitur.
Nam differens à mortuo nil; Non ſuum
Exuit & in Suum reuerſus: vt omnibus
Non ipſus horno pareat, anno qui fuit,
Aſpredine docto læuigata pumice.
Sermonis autem continet lubentias,
Secretiora his inuoluta dogmata,
Miſcetque ſæpe ſcitulas fabellulas.
Sed tu quis audies, decus & flos Belgicæ?
In LVCIO ſano nouus Æſculapius,
In liberato LVCIO nouus Hercules,
Sol luce lucidiſſima ortus LVCIO
Felix fies, felice pergas omine;
Nec hæc ſiet tua Diligentia poſtuma,
Curans nihil ſæuos ſeueros iudices,
Et vultuoſos, vix ſuos, mente viduos.
At cum ſuo ſit ſeiugatus carcere
Originem ſurſum ſuam quæret tuus,
Deo adfuturus æuiternum, ſpiritus.

PAVLLVS GVLIELMIVS.

INDEX RERVM ET VERBORVM IN PETRI COLVI NOTIS MEMORABILIVM.

Prior numerus paginam, alter verſum notat.

A

AB imis vnguibus vſq. ad ſummos capillos, *Prouerb.* 51,37.
Ab Inferis redire, *Prou.* 155,27.
Abacus *Mathematicorũ* 239,30
Abdicare 284,19.
Abies obſignata, *apud Plaut.* 160,20.
Abire ornata, maduſſa, *& ſimiliter* 29,21.
Abligurrire 139,8.
Abſcidere 60,27.
Abſens nemo damnatur 135,34.
Achilles Statius 187,13.
Accidit aures 70,34.
Accingi ad aliquid 127, 8.
Accire 188,4.
Accuſatorij libelli 232, 20.
Acetabula & Acetabulũ 142, 32.
Acriſius 231, 19.
Acriſiades, Vlixes *ibid.*
Actor *ſeruus* 40,3.
Addere cuſtodẽ alicui 224,26.
Addicere, *auium in augurio* 222,33.
Adeſte, adeſte; Age, age; Apage, apage 8,10.
Adfigere, ſuffigere cruci, patibulo *vnde dictum* 46,2. 51,7.
Adhuccine? 114,31.
Admixta ſauia 49,17.
Adnuntius, a, um 227,29.
Adoneus 40,17.
Adorandi ritus vetus 67,8.
Adorantium, Sedere 161,28.
Adſignare votum, orationem 255,30.
Aduehere 131,27.
Adulta fax flammis, incendium adultum 159,30.
Aduocatus fiſci 86,3.
Aedifex, *apud Tertull.* 25,37.
Aediles annonã curabant 22,10 *improbas merces, iniquaque earũ pretia coercebant* 22,37. *de menſuris cognoſcebant, quæ æquæ: iniquas frangebãt* 23,6
Aegyptiorũ litteræ, libri 159,3.
Aeliani parum cauta ſcriptio 85,10.
Aequum factum, *apud Plaut.* 16,11.
Aerumna Cupidinis 91,20.
Aethiopus, & Aethiops 62,24
Affatim piſcatum 22,26.
Affectus, *id eſt, Liberi* 215,7.
Affici pœnæ, *apud Marcian.* 10-70,27.

Affricatus 51,33.
pro Agris tributa depenſa 270, 23.
Albi calcei, fœminini 85,17.
Albion, Albium 273,10.
Aldus Manutius 3,16. 79,20.
Alexandrum Magnum viuum nemo, præter Lyſippum, ære exprimere poterat 17,19.
Aliam nullam Fotidi, *vel*, Fotide malle, *& ſimilia* 53,13.
Aliquamtnultum 22,1.
Aliqui, *pro*, *Aliquis* 12,12.
Altercare, *ſeu* Altercari, *quid Apuleio* 25,19.
Alti incedentes, *de hiſtrionibus Tragicis apud Senecã* 133,22.
Altiſſimæ tenebræ 220,10.
Alueus ligneus, ad frumenta purganda 125,22.
Amicalis, Amicabilis 282,10.
Amicities, *apud Lucret.* 75,17.
Amicitior 241,36.
Ampulla olearia, in balneis 173 38.
cur ei adiuncta ſæpè Strigilis 174,4.
cur à Plauto Paraſito tributa 174,14.
Anacreon Teïus Smerdiam, puerum amatum Polycrati Sami tyranno, carmine laudauit 183,37.
item Bathyllũ aliósque 184,5.
Αναλγησία 212,3.
Anima, *in tibicinio* 237,37.
Animo promptior 82,3.
Anniculus, a, um 231,2.
Annulus. *pro compede*: Annulatus, *pro compedito* 130,1,3.
Anquirere 248,4.
Anſer, tutela nauis 154,7.
Iſidi ſacer 154,14.
Antecænæ, *vel*, Antecænia 32, 22.
Antecurſoria potio 125,8.
Antelució, & Anteluculò 12,10
Ανθος Πυρὸς 100,27.
Antiæ 167,27.
Antigenidas, tibicen 168,32.
Antipathes 247,1.
Antiſtare 59,16.
Antiſthenes in multis ſeſe Herculis imitatorem ferebat 201, 13.
Antiſtita 244,3.
Antonius Auguſtinus 245,27.
Anus ad armile redit, *Prouerb.* 81, 31.
Apertiones matutinæ *templi deæ Iſidis* 156,17.
Applex, icis 142,7.
Apponere donum 161,25.
Approbare opus expeditũ 79,9
Aprini dentes adfixi liminibus templorum 161,30.
Apuleius ferè ſemper ad mores Romanos in omni ſua ſcriptione reſpicit 85,11.
eius libros Mileſiarũ necdum ſatis integros videri 69,11.
eius ſtilus qualis 4,1.
in eo verſus occultati hactenus 117,20.
eum à Diogene Laertio quædam mutuatũ 103,7. 256,22.
& à Platone 206,1. 210,34.
item ab Ariſtotele 271,15.
errore memoriæ lapſum 271, 9. 247,28.
pugnare cum Laërtio 203,7. 256,22.

Aqua, *de Clepſydra* 244,27.
Aquæ Calidæ & Frigidæ calices, ad vinum temperandũ 32,20
Aquarioli 263,1.
Arabus, & Arabs 62,24.
Ara velis oppanſis à conſpectu profanorum defendebantur 156,23.
verbenis ornari ſpargique ſolita 256,1.
Aras manibus tenebant precantes 77,5.
Arbitrari fidem alicui 255,13.
Arbitria, *id eſt, Arbitri* 221,10
Arbores ſacræ 163,4.
Arca communis, *inter ſocios* 83,29.
Arceſſere 82,30.
Archeſtratus rei culinariæ periſſimus ſcriptor 251,25.
eius Ἡδυπάθεια, *è qua quædam Ennius tranſtuliſſe videtur* *ibid.*
Arculum 292,17.
Arena Mathematicorũ 240,20.
de Arena, hoc eſt, feris in arena confectis, pauperior plebecula olim cœnare etiã ſolita 62,11.
Arenarius numerorum, *apud Tertullian.* 240,21.
Argentariis olim res multæ vendendæ de menſa dabantur 107,14.
nummi probandi 137,4.
Argumentum 70,1.
Ariſtotelis libri de Animalibus 150,25.
Arithmetici quemadmodum per digitos olim computarint 266,25.
Armilc, & Armillum 81,31.
Arx Athenis 195,13.
Aſa, ara 130,34.
Aſciam ſponte cruribus ſuis illidere, *Prouerb.* 52,33.
Aſclepiades primus vino mederi ægris reperit 197,33.
Atarna, *ſiue*, Atarne, *piſcis genus* 253,12.
Attentus operi 64,18.
Attis lingua 290,6.
Atque, *id eſt, ſtatim.* 18,24.
Audeſis 238,9.
Auguſti portus 160,9.
Auguſtum nomen, Auguſta maieſtas 56,2.
Auitium 218,15.
Aula, olla: Aurichalcum, orichalcum 58,22.292,6.
Aures regiæ 278,15.
Aureus; *id eſt, pulcer* 72,35.
in Auribus puerorũ puellarúmque, in Græcia, aurum pendens vel lapis, nobilitatis inſigne 205,17.
Auriculæ, *piſcis genus* 253,21.
Auriplices 247,13.
Aurum colare 170,17.
Αὐτολήκυθοι *qui, & vnde ſic dicti* 174,8,25.
Auxilia 151,31.

B

BACCHANTES *iaciebãt caput* 108,22.
Baculi laurei recitatorũ in theatro 176,14.
Balnei hora 139,22.
balneas plerumq; ante cœnam veteres adibant 70,13.
item antequàm irent ad tonſorem 50,4.
vbi lauabant prius, poſt vngeban-

gebantur 58,35.
Balnearia *peregrinantes ad ſuũ ſibi vſum ſecũ habebãt* 21,30
& aliàs etiã ea quiſque e domo ſua, quotiens lauatũ ibat, adportabat; nec a balneatore ſuppeditabantur 47,26.
& ditiores quidem pueros habebant qui ea ferrẽt, in promptuque ibi ſemper haberent, ſi quando dominus eis vſus eſſet 174,33.
balneares Soleæ 123,24.
Ampulla 173.35.
Strigilis 174,4.
Balneatorium inſtrumentum, *apud Marcianum* 1C.47,34.
Baptiſta Pius 5,22.40,25. 57,21.191,23.227,9,10,15. 233,11. 246,38. 247,7,15. 268,9.
eius error 32,2.227,19. 268,1,3,13.
Barbaricæ veſtes 166,14.
Barbaricarij 166,25.
Barbarus, *Phryx propriè*: Barbaria, *de Phrygia* 166,13.
Barnabæ Briſſonÿ laus 83,37. 200,2.150,33.245,13.
conniuentia 83,38.
Beatus Rhenanus 129,28.
Bibebant olim etiam de poculis Diis libatis 113,8.
Bidental ſeptum, *ſacratũ* 163,27.
Bitortilæ 247,14.
Blandities 75,14.
Blaterare 118,12.
Bonauẽturæ Vulcanÿ laus 283,33.
BONVM FACTVM 16,15.
Bubalus 62,16.
Bubones & id genus aues veſpertinæ foribus domorum adfigi ſolita 53,18.
Buccarum tubulario, *apud Arnob.* 148,7.
Buccones 264,26.
Burrire, *de Formicis* 104,15.
e Buxo dedolata ſimulacra 259,6

C

CADAVERA *olim cuſtodita* 38,14.
lota 99,26.
aromatis odoribuſque variis perſperſa 198,20.
vncta 198,32.
Romæ Toga, in Græcia Pallio inuoluta 169,26,22.
Cæleſtis, *dea Africæ* 200,23.
Cæli ſinus 276,17.
Cælum, Sublimen candens, *dictum Ennio* 280,9.
in Cænaculis dormiebant & habitabant antiqui 260,36.
Cæno faciem delinere 107,14.
Calcei *fæminini Romæ alÿ à virilibus* 85,4.
albi nimirum 85,17.
Calcei lutei 85,17.
Calces, *pro*, *Calices* 98,19.
Calida *.i. aqua calida* 39,14.
Caluis mortuorum Magi ad maleficia abutebantur 50,35.
Canacius 180,6.
Candelabrum *aliudquam* Lucerna 30,27.
Candicare 168,1.
Canes fæminæ, ad venatũ 93,1.
Canon *ſeruorum* 121,8.
Canticare, *an*, Cantillare 78,7
Canui, *pro*, *Cecini* 167,7.

Capil-

Capillus horrore implexus 234,28.
Cappadocia *equis generoſis nobilis* 105.37.
Cappadocus, & Cappadox 62,23.
Capronæ 167,30.
Captiuari 11,6.
Caradrus, *piſcis* 252,15.
Carbaſus votum itus reditus geſtans 153,31.
Carinondas, Magus 268,1.
Carolus Langius 131,11.
Carruca matronarū olim a mulis mulabuſquè tracta 113,35.
Caſſa ſalus, ſpes, inuidia, præſumptio &c. 74,6.
Caſſiodorus ab Apuleio quædam mutuatus 286,17.
Cataclita veſtis 151,15.
Categoricos ſyllogiſmos *quomodo Latinè vocet Apuleius* 286,12.
M. Catonis Oratio cum in Hiſpaniam proficiſceretur 241,18
Catus canere 165,21.
Caudex, codex: Caulis, collis 58,12,20.
Celarim 63,31.
Cenſa eſt, *cenſuit, apud* Ouid. 51,11.
Centunculus mimi 238,22.
Cera vota & preces obſignandi Deorumque genibus adfigendi mos 255,30.
Cera lino ſuppoſita ſigna olim imprimebantur 266,9.
Cerati codicilli, *apud* IC. 266,4.
Ceratis tabulis veteres ſcribebant 266,1.
Ceraulæ 168,12.
Cerei papyro circumdati 188,24.
Cerebrum Iouis 253,1.
Cereris mundus 76,13.
Ceſſim 32,17.
Charontis portorium, naulum 80,15.
Cheniſcus, *in naui*, χηνίσκος 154,7.
Χερσαῖα *animalia, apud Platon.* 208,8.
Chorus Stellarum 81,20.
Cibaria ſeruorum 120,35.
ea variis nominibus appellata 121,1.
alia Vrbana, alia Ruſtica 122,1.
a quo dari ſolita 121,15.
quando 122,12.
certa menſura 121,122.
certo pondere 121,29.
Cingula, *equorum* 230,18.
Circumſecus 153,15.
Clariſſimi viri, *qui* 25,9.
Clatri, Clatrata feneſtra, *apud Plautum* 98,7.
Claudius Binetus 287,17.
Claudius Puteanus V.C. 108,33
Claui, *pendentium* 51,7.
Clepſydra iudiciariæ deſcriptio 44,5.
clepſydra Rhetorum & aduocatorum 244,27.
quo modo & a quibus darentur 244,36.
Clemens nutus 165,5.
Cluden, *noua vox* 263,9.
Cluentes ratione 220,20.
Clypea, *Africæ promontorium* 251,34.
item piſcis genus 251,36.

Clytius, vates 227,15.
Coaceruatim 177,15.
Cohircinatio 261,36.
Coĩs, *compendiũ, erroris cauſa* 278,38.
Colare, Colatus 170,17.
Collatio locorum D. Ambroſij & Baſilij 130,17.
Collus, & Collum 242,27.
Coloniæ Auguſtæ 186,22.
Colorari Sole 213,22.
Coluber, & Colubra 73,10.
Comedere, *obſcœnum apud Plaut.* 207,2.
Comitialis morbi materia 254,37. Commilitia, & Commilitium 190,22.
Comminare 86,7.
Comminiſcere 60,16.
Commulcare 109,25.
Cõpaſcuꝰ cœtus, *an* cibus? 54,27
Compauire, Compauitus 88,4.
Comperto, Hypatæ eſſe caſeũ recentem, & *ſimilia* 7,3.
Complices, Complicen 142,8.
Compotire 158,28.
Computãdi per digitos ratio vetus 266,30.
Concanuiſſe, *pro* Concinuiſſe 167,7.
Conchæ ſtriatæ 249,20.
Conditio, *in nuptiis contrahendis* 181,3. Cõditus ſuauè, ſuauitate 119,35.
Conditus, us 243,5.
Confixum, Confixilis machina 62,3. Congerere 41,8.
Congermaneſcere, Congermanitus 30,10,15.
Congredio & Congredior, *indifferenter* 133,18.
Coniuga 120,1.
Coniugium *i. Coniux* 120,16.
Conliſiones nubium 277,22.
Conſeci, *apud Plautum* 277,9.
Conſopire 147,22.
Contabulatio, & Cõtubulatio 148,1. Cõtemplare 171,21.
Contendit monumẽtum mariti 99,13.
Contentus intra hoſpitium, & *ſimilia alia* 115,34.
Contigere 125,15.
Cõuiuia de extis victimarũ 112,20. *qui ad ea admiſſi* 113,11. *in Conuiuiis non ſolum pueri ſed etiã puellæ olim miniſtrabant* 36,30. *pueri verò elegãter cõpti, comati, calamiſtrati* 37,3
Copiæ, *id eſt, cibi* 109,21.
Copides, *venatorum* 150,26.
L. Corneliæ de Falſis caput 106,3
Cornua ferarum à venatoribus ad arbores Diis ſuſpenſa, & Dianæ imprimis 162,13. (32.
Cornua vertere in aliquẽ 263,
Coruinus celer, vel Clemens, quæſtor publicus 270,29.
Corycium antrum 271,34.
Cothurni & Socci 133,20.
Cottidianò 154,33.
Craſſare, *id eſt*, Graſſare 34,3.
Crates Cynicus ab Hipparchi virgine nobili in maritum petitus 180,15.
Θυρεπανοίκτης dictus 203,10.
Hercules 203,13.
Creophylus 185,25.
Criſpare iactus crotali 184,37.
Crocotæ, *veſtes fœmineæ* 107,25
Crocotarij 107,35
Crocus, & Crocum 146,3.

Crocus

Crocus vino mixta 145,35
eâque ſparſa in theatro 146,1
Cruciarius 136,18
Crurum fragium, Crurifragium 125,17
Cruci affigere, ſuffigere 46,1
vnde id dictum 51,7
Cubicularij ſerui in caput domini cur plurimũ torti 143,28
Cubitum terreſtre 141,9.
Cucurbita glabrior, *Prou.* 72,3.
Cucurbitæ caput, *Prou.* 16,24.
Cunctim 177,15.
Curare 87,14. Curare corporis, virginitatis 70,23.
Curioſus agnus 165,15.
Curru, magiſtratu aliquo obuio facto, deſcendendi mos 201,36. *Currus quadriuges aut ſeiuges honoris gratia ponere alicui, mos vetus* 190,36
Curſores *ſerui* 131,16.
Cuſtodem addere alicui 224,36
Cuſtodia militaris 840,15.
Cuſtodia mortuorum 38,14.
Cynici Philoſophi Herculis ſeſe iactabant imitatores 202,13.

D

DAMIGERON, *Magus* 268,3. (135,34.
Damnari abſens nemo poterat
De menſa paratus 107,13.
Dearũ ſpecula, Pectines 151,5,9.
Decermina 7,31.
Decidere, Deſidere in poplites 73,38. Decidiſti, *decidere feciſti, apud Plaut.* 48,23.
Decipula, & Decipulũ 142,31
Dedicare 284,6.
Deditícij ſerui 119,1.
Deducere 203,26.
Defæcare vina 124,10.
Degulare, Degulator 26,25,24.
Deincipiti die 187,30.
Delaſſatus 67,1.
Delicia 218,17. Delicies 75,15
Deliquare 196,34.
Deliquiũ Solis, Lunæ 196,36.
Deliquum, *apud Plaut.* 197,7.
Demenſum *ſeruorum quid, & vnde dictum* 121,13,21.
quid inferioris æui ſcriptoribus denotarit 122,15.
Demẽtare, *et* Demẽtire 254,22
Demolire, *in Pandectis* 60,18.
Denſere 273,38.274,1.
Dentes aprini liminibus templorum, in honorem numinũ, ſacrati 162,30.
Deos adituri corpus lauabant 147,1. Deparcus 243,16.
Depauire 88,9.
Depeciſci, Depector 260,29.
Dependere 197,14.
Depẽſum, actio Depẽſi 245,31
Deprecandi ſæua & infelicia mos vetus 31,12.
Derepentè, Derepẽtinò 18,38.
Deſcendendi curru vel equo mos, magiſtratu aliquo obuio factò 201,36.
Deſtinare, *quid apud Apuleium* 14,1.
Deregere 246,18.
Detrux, *noua dictio* 119,39.
Deuaſtus 131,32.
Deuotiones Magicæ 12,1.
Deuotiones ſepulcrales in ſcrobem procuratæ 12,4.
Deus, *id eſt, Sol* 149,23.
Diadema candida 144,13.
Dianæ templis omnibus olim

cornua ferarũ a venatoribus ſuſpenſa ; item dentes aprini 162,15,30.
Diaria *ſeruorum* 121,6.
Dicare 284,3.
Dicibula 195.38.
Dicis cauſa 216,5.
Dies Feſti cur inſtituti 281,10.
Dies naſcens 149,23.
per Digitos cõputandi ratio 266, 25,33. 267,17.
Dij vicatim circumlati mendicantes 150,27.
Diogenẽ Laertiũ ab Apuleio mutuatũ quædam videri 180,18 *cũ eo pugnare* 203,7.256,22.
Dionyſius Lambinus 29,34. *eius in Plauto error* 16,5. 60,2.196,10.250,11.256,13.
Διὸς ἐγκέφαλος 253,2.
Diribitores, *in conuiuiis* 36,22
Dirum exemplum 28,21.
Diſpectæ, *an*, Diſiectæ nuptiæ 66,9,
Diſpeſcere 181,30. 220,33.
Diſpunctor 219,10.
Diſpungere, Diſpungere rationes 229,11,5.
Diſſecare femora 88,22.
Diſſectæ nubes 277,6.
Diſſicare, Diſſicere 108,28.
Diſternere 146,14.
Diſtinguere, & Diſtringere capillum 29,17.
Ditis pater 80,33.
Diu diuque 95,28.
Diuexatus 67,6.
Diuiduus, Diuidua pars 368, 23.
Diuinatio per Sortes quomodo olim fieret 116,21.
Diuiniſciens 244,1.
Dius 79,38.
Diutinò 154,30.
Δοκιμαςὴς, apud Menandrum 137,10.
Dolia vini olim defodiebantur 115,24.
Domini, *pro*, Deûm, *in Apuleio frequens error* 111,12.
Dominicus Baudius 158,23.
Donariis vtenſilibuſque ſacris nomen Dei Deæue cui ea data dicata inſcribebatur 74,35.
Donum apponere 161,25.
Dormiebant veteres in canaculis 260,36.
Ducatio, Ducator, Ducatrix, Ducatus 211,36,35,33.37.
Ducenarij *procuratores principis* 83,35.
Ducenaria, *in Cod. Theod.* 84,3.
Dulcia, Dulciarius piſtor 138, 1,4.
Dum, *in fine dictionis* 250,1.

E

E *particula minuendi vis* 273,27.
E re nata 57,19.
Ecce ex improuiſo, *apud Salluſt.* 94,13.
Eccilli, Eccilla, Eccillum, Eccillud; Ecciſtam 260,21, 23,24.
Edere, *inter obſcœna apud Plautum* 107,4.
Ediſſerere 83,19.
Educatores 25,11.
Edulia ſolida 140,4.
Effari, Effatus 68,33.152,36.
Efferare argentum 68,37.
Effutire 233,37.

Egeli-

Egelidus 273,25.
Electrius, *apud Plaut.* 202,37.
Elops, *piſcis* 252,33.
Emicationes ſiluarum 279,11.
Ennij opus intitulatum, Ἰχθυο-φαγητικὰ *vel* Ἡδυπάθεια*: in quo multa mutuata ab Archestrato* 251,20,25.
Epiclintæ 276,8.
Ἐπιπόρπαμα, *inſtrumentũ muſicum* 183,24.
Epona, *dea* 54,38.
Epula diebus Feſtis 281,13.
Epulorum partes a ſeruis in cõuiuas diuidi ſolita 261,12.
Equi venales ornari ſoliti 230,1.
Equo in via, magiſtratu aliquo maiore obuio facto, deſcendendi mos 201,36.
Equo clarus 91,33.
Equo publico donatus 91,35.
Equorum Monilia, Cingula 130,15.18.
Errici Memmij V. C. in Plauto coniectura elegans 277,8.
Eructationes terrenæ 273,21.
Etiamdum, *apud Plaut.* 250,6.
Etiamnunc 14,38.
Euentus Bonus, Scæuus 63,8.
Euitare 45,25.
Eurybatus aut Phrynondas, *Prouerb.* 264,5.
Eurytus Tarentinus 204,33.
Ex ſummis viribus, opibus, ſtudio 42,13.
Ex vnguiculis perpruriſcere 141,29.
Exaduerſum, & Ex aduerſo 181,27.
Examurcare 62,17.
Excidere 60,29.
Excitus ſtrepitu 111,24.
Excedere, *inter obſcæna apud Plaut.* 106,36.
Exequias ire, venire 188,29.
Exertus cachinnus 116.
Exitum 53,24.
Expauire, Expauitus, *in Gellio reſtitutum* 88,21.
Expungere rationes 229,16.
Ἐσχάται ποιναὶ, *in Nouell.* 89,4.
Exſicare 109,5.
Exta victimarum educendi mos vetus 14,13.
ea in lancibus Deorum aris impoſita 182,12.
dequibus, reliquiiſque aliis ſacrificiorum comedebant olim 112,10.
conuiuia conficiebant, amicoſque excipiebant 112,20.
ad qua nõ niſi ſacerdotes, aut illi qui a ſacris nõ arcebantur admitti poterant 113,11.
Exta fiſſiculare 222,15.
Exterminare 270,7.
Exterminatus, Externatus animi 52,20
Extorres Lare 71,22.
Extraneus, *ſiue* Extrarius 195,21.
Extrema pœna 89,1.
Exuberare 242,2.
Exuperans 208,15.
Exuuiæ Deorum 224,13.

F

FABIA *lege de Plagiariis qui teneantur* 106,3.
Fabrè 35,35.
Faces funebres 188,25.
Facies, *gignendi caſu* 82,21.

Facies medicata 262,12.
Fæminal 33,25.
Fæminæ Romanæ in gremiis, ſiue ad pedes maritorum cubantiũ ſedentes cœnabant 20,8,14
Fæminini calcei diuerſi à virilibus 85,4.
Fax vino vt tolleretur 224,15.
Fallacies 75,13.
Falli ſermonis, *apud Plaut.* 70,25.
Fanatici 108,20.
Fartum theatrum 187,35.
Fauitor 269,26.
Ferarum Cornua à venatoribus Diis ad arbores ſacras ſuſpenſa & dicata 162,15.
item Pelles 163,1.
Feſti dies cur inſtituti 281,10.
illis Epulæ, illis Ludi *ibid.*
Feſtinanter 71,9.
Feſtinare raptum 218,3.
Feſtinis 162,5.
Feſtorum dierum nomine certum argẽti præſtari pondus, *apud Scæuolam* IC. 281,28.
Feſtos dies alibi celebrare, *apud Vlpian.* 281,35.
Feſtus fruſtra Verr. Flaccum reprehendens 140,11.
Fibula, *fortè inſtrumentũ muſicum* 183,24.
Fictilibus vaſis veteres Romani in ſacris vtebantur 241,21.
Fidem alicui arbitrari 253,12.
Figuraculum 173,29.
Filum corporis 223,32.
Finales Lapides vncti 164,7.
Stipites politè exaſciati 164,2.
Fiſci aduocatus 86,3.
Fiſſiculare exta 222,13.
Fiſſum, *in Extis* 222,18.
Fiſtulæ, *in theatro per quas crocus expreſſa* 145,30.
Flagra, *inter tormentorum genera* 45,32.
Flori crines, *apud Virgilium reſtitutum* 100,35.
Florus, a, um 100,32,36.
Florida veſtis, *fœminarum propria; item virorum delicatiorum* 28,4,15.
Flos flammæ, *apud Lucret.* 100,24.
Fluctus, *in re Venerea* 288,9.
Fœta, *mulier* 147,11.
Folia Farfari 11,1.
Folles, *nummi genus* 60,1.
Follicare, follicantes nares 119,20.
Follis, Folles aurei 59,30.
Follitim ductitare, *apud Plautum* 59,38.
Formidines, *apud Gellium* 259,1.
Formido, *linea ad aues capiendas* 259,25.
Formula ſolemnis in ſponſalibus diſcutiendis 181,11.
Fors, *id eſt, forſitan* 263,27.
Fors fuat 268,32.
Fortaſſean 248,35.
Fortuna egenus 167,15.
Franciſcus Modius 169,25,35. 206,13,18. 213,3. 270,10. 274,8.
Franciſcus Nanſius 238,5. 281,38. 284,7,21. 285,32. 286.29,30,33. 287,4,5.
eius inſtructiſſima bibliotheca 290,15.

Fribuſ-

Fribuſculum, & Friuuſculum 26,10.
Fringultire 248,27.
Frontes inſcripta inuſtaq; ſeruorum 118,34.
Fructuum quorumlibet primitiæ olim diis ſacrabantur 256, 31.
Frumentũ olim appenſum 121, 33.
Frutex, *in hominem ruſticum, ineptum* 259,27.
Fugitiui ſerui per præconem inueſtigabantur 78,10,24.
eoſque ab alio inuito domino ſuſcipi, legibus vetitum 77, 35.
Fuiſſe, *frequens in Plauto, aliis* 91,14.
Fulmine tactus locus ſepiri Diiſque conſecrari ſolebat 163,26.
Funem torquere 234,26.
Funes accenſi, papyris circumdati 188,25.
Funiculi, *ad ſarcinam lignorum conſtringendam* 80,15.
Funus locatum 198,1.
Furatrina 79,17.

G

GALERVM, & Galerus 241,23.
Galli ſemiuiri 275,31.
comam iactantes 292,20.
Genua incerare Deorum 55, 34.
Geryonea, *an* Geryonacea cædes? 42,27.
Gluttones 247,35.
Gluttus *ibid.*
Godeſcalcus Stewechius 54,17. 79,7.97,23.179,1.202,6.212, 5.218,6.224,28.231,4.
Graciſmus 31,31. 115,14. 204,1.
Γραμματεῖς *Aegyptij* 154,26.
Graſſatio nocturna Athenis adoleſcentum luxu perditorum 34,20.
Griphi 176,24.
Γρῖφος 176,21.
Griphus *Auſonij* 176,34.
Groſſiers 7,17.
Gulones 248,1.
Gumiæ 257,35.
Gurrire, *auicularum* 193,35.
Guſtatio 125,9.
Guſtulum 30,32.
Gylo Crotonienſium princeps 184,26.

H

HABERE, Hauere: *id eſt, Auere* 199,24. Habitus, *Auitus* *ibid.*
Habitabant olim in cænaculis 260,36.
Hadriani Iunij laus 16,31. 247,11.
conniuentia 100,33.
Hadrianus Turnebus 109,7. 138,22. 221,16. 246,38. 251, 33. 252,2,20,30. 253,11,21.
eius laus 50,23. 55,22.
conniuentia 8,20. 181,21. 243,8.
Hæc, *pro, Hæ* 57,1.
Hallos 275,8.
Hebens corpus annis 227,7.
Ἡδυπάθεια, *titulus operis Archeſtrati Enniique* 251,25.
Helenus, vates 227,21.
Hepatia 254,3.
Heraclitei 205,2.

Here-

Heredium, Herediolũ 179,1.
Hermodamas 185,29.
Hic, *pro*, Hæc, *in Apuleio ſa-pius occurrens* 45,7.
Hieronymi Groſlotij laus, & Coniectura 127,10.
Hipparche Crateti Cynico nupta 180,16.
Hippias, Sophiſta multiſcius 173,1.
Hirci, *ſeu*, Hœdi, *de impudicis & exoletis* 261,38.
Hiſmenias, tibicen 168,35.
Hiſtoriæ gratia proficiſci aliquò 205,16.
Hiſtrionicæ veſtes è qua materia olim confectæ 238,22.
Hoc noctis 16,21.
Homeri ῥαψῳδία 176,6.
Hormus 144,26.
Horripilare 53,38.
Huiuſcemodi 114,16.

I

IACOBVS *Cuiacius* 78,17. 83,28. 126,34. 144,1. 153,16. 199,30. 132,35.
eius laus vera 13,24. 14,29. 35,10. 83,36. 248,36. 250,17.
vetus liber 217,31. 218,1. 219,1,6,24.
Iacobus Pamelius 115,2.
Iacobus Reuardus 126,35.
eius Coniectanea propediem edenda 84,19. 266,6.
Iactare comã Deæ Syriæ 292,20.
Iannes, Magus 268,14.
Ianuæ olim lauris lucerniſq; ornatæ quæ, & quando 65,30.
Ianus Douſa à Noortwijck 116,11.
eius laus 33,35. 269,13.
Coniectura 55,6. 133,15. 151,24. 165,15. 187,30. 218,15. 235,31,36. 236,15.
Iani Douſæ filij laus, & Coniectura. 177,37. 187,24. 208,22.
Iani Palmerij temeritas, error 94,14. 110,19. 115,13. 128,5.
Ianus Gulielmius 5,26. 12,34. 13,23. 17,36. 20,5. 54,16,25.
eius laus, & mors immatura 12,34.
Coniectura *ſuprà, &* 40,26,34. 66,9. 76,12. 82,1,10,12. 86,1,15. 87,15,29.
Ἰχθυοφαγητικὰ, *titulus operis Archeſtrati Ennijquè* 251,23.
Id genus orationem, *& ſimilia* 179,33.
Ideæ Platonicæ 205,31.
Ierna 273,13.
Igniculum 30,31.
Ignis, *inter tormenta* 45,33.
Illibata, & ſolida edulia, fercula 140,4.
Illicia formoſitas 68,6.
Illuta, *apud Plaut.* 166,38.
Illutibarbus 166,35.
Illutibilis odor, *apud Plautum* 167,1.
Imbibere aliquid 211,16,21.
Imbuere ad aliquid 21,26.
Imitus 128,29.
Immane ſcelus 243,33.
Immedicatum os 262,11.
Imminutum ius, *apud Paullum IC.* 235,6.
Immune facinus, Immunia ſcelera 243,23.
Impatientia 158,9.
Imperatoris oculi 278,15.

Impetibile 265,12.
Implexa barba, Implexibarbus 234,30.
Implexus 169,37.
Impotentia, Impotenter 132,33,38.
Impudentiæ labes 96,38.
Impunctum cryſtallum, Impungere 36,3.
Ininfimum deiici, agi 13,13.
In mentem fuit, *& ſimilia* 58,5
In lapides ſuccinum cauatum, *& ſimilia* 36,6. 57,37.
In rubore ſuffuſus 24,22.
in laboribus feſſus 77,30.
in poculis altercantes, *& alia* 128,21.
Incendium adultum, *apud Nazarium* 159,30.
Incertum ſalutis, conditionis &c. 64,33.
Inciens ſcropha 32,1.
Incingere 99,11.
Incognoſcere 191,29.
Inconcupiſcere 191,28.
Inconniuus, Inconniui oculi 38,25.
Incontanter 72,28.
Indigenus ſermo 4,18.
Indolentia, *apud Cic.* 212,4.
Ineptuſdum, *apud Plaut.* 250,7.
Inerrabilis orbis 272,14.
Inexplicabiliter 24,27.
Inferialia officia 96,6.
Inferior accumbere 20,20.
Ingeniatus 196,15.
Ingluuies 17,21.
Ingratus, *dubiæ & geminæ ſignificationis* 46,16
Inimicis diræ imprecandi mos 30,21.
Initiari volentes primarium ſacerdotem adibant 157,32.
Initiati Iſidis cibis profanis abſtinebant 158,5.
per aquā purgabātur 159,11
inuinij erant 159,16.
Inſcendere 101,35.
Inſtrictus 104,3.
Inſuperhabere 131,23.
Intemperare 191,33.
Intemporalis 214,19.
Intendere, *iudicij verbū* 136,4.
Interbitere 97,21.
Intercidit, *intercidere fecit* 47,26.
Interdum, *pro, Interim* 43,20.
Interneciuum odium, teſtamentum 72,23.
Internuculi 221,14.
Interſcapulum 180,25.
Interſtinguere, Interbibere, Intertrahere, Internecare, Interturbare 61,22.
Intribuere, *apud Plinium* 191,35.
Intrimenta 138,5.
Intritum 138,8. 154,19.
Inuergere linguæ ſauciantis ſuſurros 97.35.
Inuidere *.i. non videre* 235,14.
Inuiſitatus 92,15. 178,35.
Inuncare 246,24.
Inuolare aliquem 42,20.
Ioachimi Camerarij laus 29,31. 247,15.
error 161,7. 250,11.
Ioannes Picus Mirandula 283,37.
Ioannes Sichardus 283,28.
Iocinera 254,1.
Ioſephi Scaligeri laus, & Obſer-

nationes, Coniectura 29,13. 78,31. 84,3. 117,6. 142,34. 164,1. 183,13. 201,32. 211, 33. 219,10. 234,28. 246,26. 247,7. 251,38. 280,5. 281,8.
Ioſiæ Merceri laus & Coniectura 77,37.
Ire exequias 188,30.
Irrepoſcibile 269,21.
Iſacij Hortiboni laus 185,25.
error 205,29.
Iſidi deæ palla nigra 147,32.
Siſtrum in dextra, Situla in ſiniſtra 149,5.
templum eius 155,35.
ſacerdotes Initiatique eius vbi habitare ſoliti 155,35,36.
Apertiones templi matutinæ 156,17.
Salutationes 157,16.
Feſtum & Pompa ei celebrata quando 150,8. 293,1.
in quo ſimulacrum eius humeris à ſacerdotibus geſtatum 152,4.
cui Specula à mulierculis prælata 151,5.
item Pectines 151,9.
Iſidorum ex L. Apuleio quædam tranſcripſiſſe 285,10.
Ityræi 169,27.
Iudices ſedebant 241,30.
Iudicibus conuicium facientium pœna 233,20.
Iuerit, *id eſt, Iuuerit* 192,8.
Iugari 206,38.
Iuliæ legis de Adulteriis pœna capitalis 126,34.
Iumentarius 119,18.
Iuno Soſpita 77,28.
Syriæ deæ nomine in Oriente culta 77,10.
Iuriiurando ſæpius lapides olim adhibiti. iurare ad lapidē. iuraturi lapides ignitos tollebāt, & in mare proiiciebāt 221,23
Iurulentus, & Iuſſulentus 27,14.
Iuſti Lipſij laus, Obſeruationes, & Coniecturæ. 34,15. 55, 9. 7,29. 27,13. 29,23. 33,10. *& deinceps plus centies.*
Iuxtim 291,10.
Iyngi *auiculæ vis amatorij philtri* 247,8.

L

LABARE 74,34.
Labaſcenti, *an*, Laboranti veſtigio? 174,31.
Labes impudentiæ 96,38.
Laciniæ 9,28.
Laciniofa, & Lacunoſa conuallis 9,37.
Laciniofus ſermo 9,32.
Laculari, Laculata veſtis 182, 29.
Lætare 46,31.
Læuius poëta 246,34.
Lampo, vatis 227,10.
Lances, *quibus exta victimarū aris imponebantur* 182,12.
ΛΛΟΙΣ ΑΦΕΣΙΣ 154,35.
Lapides iuriiurando ſæpius adhibiti. Lapis ad quem iurabatur Athenis. lapides ignitos tollebant iuraturi, & in mare eos proyciebant 221,23.
Lapides finales vncti, ſacri 164,7.
Lata fuga, *apud Marcianum IC.* 71,26.
Laterculi 138,28.

Latiſſi-

Latiſſimus cachinnus, riſus 79,5.
Latrones conclamare 55,16.
Latrones vt in prouinciis per præſides procõſuléſue conquirerentur 84,25.
Lauabant olim totum corpus qui Deos adituri 147,1.
Lauacri tempus, hora, in balneis 139,23.
vbi prius ſe veteres lauabant, poſt vngebantur 58,36.
Lauri virgam manu tenebant poëmata recitantes in theatro 176,3.
Lauris & Lucernis ianuæ olim ornatæque, et quando 65,30.
Lecti veſtibus tecti 17,8.
Lecti tricliniares & cubiculares eburnei 35,17. *argẽtei* 35,33.
Lectus, us *quarto inclinatu rectè apud Plautum* 128,3.
Lege Fabia de Plagiariis qui teneantur 106,4.
Legis Corneliæ de Falſis caput 106,3.
Legis Iuliæ de Adulteriis pœna capitalis 126,24.
Leodamas 185,29.
Leuare animũ religionis, *apud Liuium* 70,30.
Libandi mos ad ſepulcra 63,38.
Libata Diis dapes, Libata pocula 112,15. 113,8.
Libelli *accuſatorij* 232,21.
Liberari tutelæ, *apud Vlpian.* 70,26.
Liberũ hominem pro ſeruo vendentes ementes qua lege puniantur 106,3.
Licia diſcolora, *ad Magica maleficia* 246,4.
Ligurrire 139,8.
Lintea balnearia 21,10.
Linum *quo tabulæ litteráque olim conſtringebantur, cuique ſigna impreſſa* 266,9.
Litteratus, Litteratæ frontes ſeruorum 118,31.
Lituratus 118,29.
Lituum, & Lituus 242,35.
Loca lautia 54,25.
Locare funus 198,1.
Locuplex, *pro*, Locuples, *in* MS. 92,2.
Locus princeps 243,9.
Lollianus Auitus V.C. 242,35.
Lorus, & Lorum 242,27.
Lubentia ſermonis 8,38.
Lucas Fruterius 162,5. 164,35. 187,28. 201,11. 235,32. 236,10
Luci ſacri 76,16.
Luciliana Satyra è lib. XV. *argumentũ, et Cento* 20,15,18.
Lucilij Schedium 217,18.
Lucuns, Lucunculus 138,21.
Ludere de alieno corio, *Prouerb.* 86,26.
Ludi diebus feſtis 28,13.
Ludiones *qui, quales* 263,16.
ad Ludos pecuniam ciuitati relinquere, *apud Modeſtin.* IC. 281,32.
Ludouicus Viues 220,14,22. 223,19. *eius error* 200,25.
Lunæ deliquium 197,1.
Lurcari, Luſtrari 261,30.
Lyſippus ſolus Alexandrũ Magnum viuũ exprimere poterat 171,9.

M

MACCI 264,12.
Μακκοᾷν 264,23.

Mace-

Macedoniam profectus, *pro, in Maced.* 9,22.
Magi caluis reliquiiſq; aliis mortuorum ad maleficia abutebantur 50,35.
mercede ab Inferis mortuos reducebant 41,2.
Magis magiſque 95,25.
Magiſtratu obuio facto, equo vel curru deſcendendi mos 201,36.
Magnarij negotiatores 7,16.
Magnifica oratio; Magnificū, *apud Petronium* 204,22.
Maiores 47,17.
Mala ſacrificia, *apud Modeſtinum* IC. 258,2.
Μᾶλλον, *ſubauditum* 245,19.
Μᾶλλον μᾶλλον 95,28.
Mandibula, & Mandibulum 142,32.
Manticulæ, Manticulari, Manticulatus, *apud Plautum*; Manticularius, *apud Tertullianum* 256,8,15,16.
M. Antonius Muretus 13,22. 191,17, 231,15.
Margarita Poëtica 13,7.
Marinus Becichemus 190,11. & *deinceps.*
Matris manubiæ, *apud Cic.* 224,20.
Mathematicorum Abacus, Puluis 239,30.
Matri Deûm pompa celebrata Romæ veris initio 293,1.
à ſacerdotibus ſuis tamquam mendicans circumlata 105,20.
eorum graphica deſcriptio 109,11.
qui cincinnati 104,115.
cano faciem obliti 107,20.
tripudiantes 108,12.
comam iactantes, rotantes in orbem 108,25. 292,20.
ceruices intorquentes 108,20
vaticinantes 109,18.
ſtipes corradentes 109,35.
Semiuiri Galli 275,31.
Matronarum nobilium carruca à mulis olim tracta 113,24.
Matutinò 254,33.
Me exornato, errabam, *locutio noua* 159,37.
Medicata facies, os 262,12.
Medicifices 18,5.
Menander à Philemone in certamine comico victus 187,1.
Mercurij comis ſtella 278,37.
Meretrices purpuriſſo genas interpolabant 262,15.
Meritiſſimò 194,6.
Μήτρα χωελάπου, *piſcis genus* 249,14.
Milites ſæpius cuſtodes reis captiuiſque additi 84,15.
Militibus in Principiis olim ius dictum 280,29.
Mimi *nomē ſæpiuſculè in ſcriptoribus priſcis loco ſuo motum* 135,20.
Mimi centunculus 238,22.
Minare 86,7.
Miniſteria municipalia, *apud Vlpian.* 44,1.
Miniſteria publica 43,37.
Miniſterium publicum 43,37.
Miniſterium publicum, *apud Marcianum* IC. 44,3.
Minores 170,23.
Minutia frumentaria 280,3.

Minu-

Minuties 75,14.
Miſſa facere 48,14.
Miſſio populi, *in Eccleſia veteri* 155,1.
Μίξαι τὰ χείλεα 49,17.
Mneſarchus, pater Pythagoræ 184,20.
Modomnicanax 180,14.
Mollitur pompa, *vt apud Terent.* Dum molliuntur *&c.* 150,38.
Monilia equorum 230,15.
Monumentarij ceraulæ, *tibicines olim dicti* 168,12.
Mordicibus 54,12.
Mors quid, Platoni 214,24.
Mortuis obolum in os imponebant, Charonti portorium ſiue naulum 80,15.
& illis viaticum 80,38.
iidem Toga, Pallio inuoluti 169,6.
aromatis odoribuſque perſperſi 198,10. *vncti* 198 32.
Moſes Magus habitus 268,9.
Mucidus odor, *apud Plaut.* 209,10.
Mulcare 109,26.
Muli mulaque cui vſui apud veteres 113,34.
Muliones de Vrbano miniſterio 114,11.
Multatus eſt, *pro, Multauit, apud Suetonium* 52,16.
Multiforatiles tibiæ 145,7.
Mundus Cereris 76,13.
Mundus omniũ parens 276,31.
Mures marini 252,2.
Murtiæ metæ 78,24.
Myrtilus, ſcriptor vetus 113,30
Myſi cum Phrygibus olim funebri pompa, ob vocem barbaram luctui ciendo idoneam, plurimum adhibiti 166,8.
Myſus aut Phryx, *Prou.* 165,37

N

NACCAE 124,35.
Naſus, & Naſum 242,26.
Natalium notacula 73,3.
Natio peregri 35,6.
Nauci non putare 268,20.
Nauigantium votum itus reditusin carbaſo notatũ 153,30.
Nauis Tutela *quid, & vbi* 154,3.
Nauſeabiliter 258,16.
Ne immeritò 18,4.
Nequius excogitatu 254,6.
Nicolaus Faber v.c. 283,9.
Nimium nimiumque 95,20.
Nobilitatis inſigne in auribus puerorum puellarumq; ex auro vel lapide pretioſo, apud Græcos 205,1.
Nocturna ſacra 257,36.
Nodi, *in Comœdia* 187,8.
Nõ ex omni ligno debet Mercurius exſculpi, *Prou.* 254,14
Notaculum 73,4.
Notitiam oris ſui pandere 278,12.
Notities 75,17.
Notoria, & Notaria 83,25.
Nubium conliſiones 274,12.
præſtigiæ 275,5.
Nullus, *id eſt, non* 127,26.
Numerandi per digitos ratio vetus 266,23,33.
& quomodo numeri denotati 267,8,26.
Numero multi 83,12.

Numerorum arenarius, *apud Tertullian.* 247,21.
Nummi argentariis, nummulariisque inſpiciendi probandi dabantur 137,4.
Nuptiales Sportulæ 265,29.
Nuptiarum die poſtes ſponſi coronabantur 65.3.
immò ipſe, immò etiam ſponſa 66,13,19.

O

OBERTVS *Giſanius* 284,18.
Obnixum ſilentium 62,11.
Obſeptus vterus ſarcina prægnationis 11,14.
Obſeruitare 100,21.
Obſignandi mos per Ceram & Linum 266.9.
Obſtitus 219,11.
Obuoluere contumeliis 262,8.
Oculi Imperatoris 278,15.
Oculi obuncti 107,23.
Odor, & Olor 17,32.
Odor illutibilis, *apud Plaut.* 167,1.
Officia inferialia 96,6.
Officinator 115,31.
Offulcire vulnus 14,27.
Olitor 181,37.
Olíueta & Vineta, *coniuncta ſapius* 182,1.
Omnes circumſecus, *Græciſmus* 31.30.
Omnicanax 180,4.
Omnimodis 87,30.
Omnituens Solis 279,6. (31.
Omnium parens Mundus 276,
Opera eſt, &, Operæ eſt, *apud Plantum* 250,28.
Opera vita erat, *Græciſmus, apud Terentium* 115,14.
Operta 291,38.
Oppatiire 83,8.
Optimum factum 15,26. (9.
Opus expeditũ approbare 79,
Oratorum geſtus ſeſe ad dicendum componentium 38,9.
Orientem obuerſi qui precabantur Deos 41,11.
Oris ſui notitiam pandere 278,22.
Ορμος 144,30.
Ορθοτειχεῖν 55.5.
Ortiuus Sol, cardo 55,22.
Oſcula, *pro Labiis* 49,26.
Oſtiæ portus Auguſti 160,21.
Oſtrea Abydi 252,2.
Otacuſtæ 278,20.
Ωτάρια 253,11.
Ουραγία 200,30.

P

PACATIS itineribus, *&*, Pauſatis 83,3.32.
Pæniſſimè 95,1.
Pala annuli, Paleta 173,30.
Pallio cadauera inuoluta apud Græcos 169,22.
Pamphylium mare 273,4.
Panis petitu ſordidus 81,15.
Paraſito cur balnearia inſtrumenta, vt inſignia, attributa à Plauto 174.17.
Patientiam accommodare, *in Cod. Iuſt.* 158,15.
Parmulæ, *in Pſittaco* 179,19.
Parum fidẽ, *apud Plaut.* 22,28.
Parum pretium 189,10.
Paſcere, *pro* Parcere 130,33.
Paſſiua Agendi ſignificatu poſita 52,7. (21,35.
Paſſiuus a, um; Paſſiuitas 129,

Paſto-

Paſtophori, Paſtophoria 156,3
Patronus Municipij, Prouinciæ, Populi Romani 46,35.47,13.
Pauire 83,5. (12.
Pauita terra, *apud Varron.* 88,
Paullus Gulielmius 38,11.
Pax, *ſilentij nota* 261,14.
Pax 261,21.
Pecten marinus 251,10.
Pectines Dearum 151,9.
Pecunia in Zonis 84,5.
tabulis debita 261,9.
in ſacculo condi annuloque obſignari ſolita 136,36.
dari item probanda nummularis 137,4.
Peditum, *apud Catull.* 141,10.
Pegma 62,2.
Pelagiæ, *piſces* 249,23.
Pelles ferarū a venatoribus Diis de arboribus ſuſpenſa 163,1.
Penitæ medullæ, radices *&c.* 95,18.
Perbitere, *apud Plaut.* 97,21.
Peregrè & Peregri 35,8.
Peregrè aduenientes nuntiari, ſeſe adeſſe, antequam domum venirent, iubebant 75,1.
Peregrinantes in Zonis pecuniam ſecum habebant 84,5.
balnei item utenſilia 21,30.
Perflatilis 50,26.
Pergere iter, ciuitatem, turrim &c. 80,13.99,14.
Perlita eſt, *id eſt, Perleuit* 52,7.
Perlitus, & Perlutus lotio 15,12.
Perpruriſcere ex vnguiculis 141,29.
Perſpergere 198,18.
Perſultare maria 68,14.
Petilus, a, um 74,18.
Petila ſauia, labra 74,23.
Petri Danielis Seruius 73,14.
Petri Pithœi laus, & Obſeruationes, Coniecturæ. 200,24. 217,32.218,1,17,38.219,2,6.221,14.227,3,18.237,3.246,2.239,14,16.
Petrus Victorius 139,9.
Pherecydes Syrius pediculari morbo periit 185,10.
Philemo Menandrum in certamine comico vicit 187,1.
Philippus Beroaldus 5,30.10,11 *& deinceps*
eius laus 6,24.27,21.
Coiecturæ ſententiæq; probæ. 30,38.31,8. *& deinceps ſæpius.*
Errores 5,15.20,12.26,20. 30,27.31,23.33,7,31.43,15. 60,17.63,1,28.68,14.69,36. 86,28.104,5,14.105,34.107,13.110,10.129,19.137,12. 142,9.143,14.153,16.154,1.
Φελλοτελχεῖν 54,5.
Phryges & Myſi pompa funebri, ad luctū voce barbara ciendū, plurimū olim adhibiti 166,8.
Phryges veſtes acu pingere inuenerunt 166,27.
vnde Phrygiones 166,30.
Phryx, *id eſt, ineptus, imperitus,* 165,37.
nam Phryx *propriè,* Barbarus; *Phrygia,* Barbaria 166,13,14.
Phrynondas vel Eurybatus, *Prou.* 264,5. Pigrare 11,22.
Placentæ caſeatæ 5,26.
Placentarius 138,4.
Plagiarij 106,3. (95,15.
Planiſſimè, *apud Plaut. ſæpius*

Platonis mater 202,34.
natiuitas 203,1.
de eo Socratis ſomniũ 203,10.
eius verecundia 203,34.
pictura ſtudium 204,4.
Poëſeos, & Tragicæ Dithyrambicæque præcipuè 204,5.
ſed & amatoriis carminibus adoleſcens luſit 237,35.
Heracliti ſectator 104,16.
tres eius in Siciliam aduentus 204,13.
Plauſtrum, & Ploſtrũ 58,23.
Plauti ſententiam quamdam ab Antiphane ſumptam videri 195,14.
Plautus Aldi 194,34.
Camerarij, Lambini 29,31, 34. 194,21.
Simonis Carpentarij, Pariſienſis 29,36. 250,14.
de Poculis delibatis altaribus Deorum veteres etiam bibebant 113,8.
Poëmata in theatro recitata ab iis qui lauream virgam manu tenebant 176,3.
Pœna Extrema, Vltima, Summa 89,1.
A. Politianus 21,12. 293,10.
elogium eius verum 168,15.
Pollingere, Pollinctores 199, 7,8.
Pollucere ſe ſceleribus 220,16.
Pollum, Pollulatim 32,33. 73,24.
Pontificis Maximi Scribæ 154, 26.
Porrigere iter 31,35.
PORRO FIDI THEBANI CIVES, *apud Plaut.* 110,17.
PORRO QVIRITES 110,10.
Portus Auguſti 160,22.
Poſtes ſponſi nuptiarum die ſeriis coronabantur 65,23.
Poſtuma doctrina, fama, mors 250,16.
Potire 158,31.
Pouppen/ *ſeu,* Puppẽ 260,12
per Præconem res perditas, ſeruos fugitiuos inueſtigandi, præmium edicendi mos 78, 10,21.
Præconum dicacitas, & in mancipia venalia, ioca, dicta 104,30.
Prædicatiui generis concluſiones, *id eſt, Syllogiſmi Categorici* 286,12.
in Prædiis ſuis veteres plerumque ſacellum Deo Deæue cuipiam ſacrum habebant 257,7.
Præfectus vrbis de falſis teſtamentis cognoſcebat 233,26.
Præfiſcinè, & Præfiſcini 191, 15.
Prægnatis, *gignendi caſu, & ſimilia* 10,26. 73,30.
Prælauitur 236,19.
Præſides vt latrones conquirere in prouinciis ſoliti 84,15.
Præſidis res aduehendæ in prouincias 131,27.
Præſtigiæ nubium 275,5.
Precantes ad Orientẽ verſi 4.12
ſedentes 161,24.
aras manibus amplexi 77,5.
Precaturi Deos corpus totum lauabant 147,1.
Preces cera obſignatas Deorũ genibus adfigendi mos 255,30.
Primitiæ fructuum quorumlibet

bet Diis ſacrata 256,31.
Primores digiti 67,12.
Primumdum, *apud Plautum* 250,5.
Princeps locus 243,9.
Principes Africæ 186,19.
Principes ciuitatis 186,23.
in Principiis militibus ius dictū 280,29.
Priuum dedecus vitæ, Priua diuinationis experimenta 58,26.
Procliuus, & Procliuis 9,2.
Procuratores principis Ducenarij 83,35.
Proferre vera 15,30.
Profundum, *pro Ventre* 64,12.
Prohibitum eſſe, *id eſt, Prohibuiſſe* 260,20.
Prolectare 70,10.
Prolixè curare, accipere 87,10
Prominare 86,10.
in Pronuntianda ſententia verba ſolemnia 172,17.
quæ de tabella recitabatur 172,17.
Propter quod 233,34.
Propulſos eſſe famem, *id eſt, Propuliſſe* 247,32.
Proſicare 109,9.
Proſicies, *apud Varronē* 75,17.
Protagoras Sophiſta 195,32.
Proterrere 63,3.
Protrimenta 138,10.
Proturbare domo 127,6.
Publica miniſteria 47,37.
Pudicitius 241,36.
Puellæ miniſtrantes in conuiuio 36,30.
& pueri calamiſtrati, compti, comati 37,3.
Puerilia oblectamenta, Pulli, Paſſeres, Anſeres etc. 100,3.
Pulueraticum 240,30.
Puluis *Mathematicorū* 239,30
Puniri abſens nemo poterat. 153,34.
Punita ſum, *Puniui* 52,10.
Pupa, Pupula, Pupilla 260,7.
Pupæ 260,10.
Pupus 260,15.
Purpuriſſare genas, meretricum erat 262,25.
Putrix, *in lib.* MS. 17,22.
Pyrrhica 144,1.
Pythia & Iſthmia certare, *Græciſmus* 104,1.
Pythagoras primus Philoſophus 234,17.

Q

QVA patet 14,23.
Qua ratione 177,32.
Quadrigas alicui honoris gratia ponere, mos vetus 190,38.
Quæſere 60,38.
Quam, *ſubauditum* 245,13.
Quam accuratiſſimè adfixa fuerant, *et ſimilia alia* 40,20
Quam in, Qua in: *id eſt, In quam, In qua* 196,17.
Quam poteſt 12,25.
Querela, *in matrimonio* 180,33.
Querquera, *ſeu* Querquerum 249,26.
Quid? *apud Plautum* 150,11.
Quid malum? 65,1.
Quieſcere pugnæ, *apud Quadrigarium* 70,28.
Quiquam *.i. quoquam* 236,7.
Quiqui, Quemquem 85,31.
Quiritandi *verbum ex Apuleio ſa-*

ſæpius exciderat 94,33.
Quitus eſt 233,4.
Quò te agis? 70,9.
QVOD BONVM FELIX ET FAVSTVM 26,25.
Quouis alio, *antiquè pro, Cuius alij* 97,22.
Quoquomodo 86,20.
Quot quotquè, *apud Manilium* 95,36.

R

R *littera locum S. in multis dictionibus occupauit* 130,34.
Radi, olim indecorum 167,23.
Ῥαψῳδοὶ, Ῥαψῳδία *Homeri* 176,5,6,
Raptum feſtinare 218,3.
Rationibus ſeruorum expunctis & putatis domini ſubſcribebant 265,24.
Rebitare, rebitere: Reuitare, reuitere 201,29.
Recidit, *recidere fecit* 48,19.
Refricare 65,3.
Regiæ aures 278,15.
Regiones templorum 224,23.
Renumerare pecuniã 269,15.
Repigrare 11,18.
Reſculæ 61,32.
Reſicare 109,9.
Retia, Retiola, *fam. gen.* 93,31.
Retia apraria, *apud* 1C. 93,33.
Retrimenta 138,12.
Reuinci 98,1.
Rhectæ 276,10.
Robur, *in Carcere* 264,30.
Robuſtus codex, carcer, *apud Plaut.* 264,32,34.
Roſeus ros 141,26.
Rubeus, & Ruſſeus 27,22.
Ruſpare, *ſeu* Ruſpari 253,33.
Ruſtus, Ruſſatus 235,23,25.

S.

SABAZIVS, Sabazia ſacra 106,27.
Sabulum, *fortè inſtrumentum muſicum* 183,11.
Saburratæ mulieres, Saburratus ſanguis, *apud Plaut. Arnob.* 71,30.
Saccandi vina mos 124,10.
Saccata aqua, *in Seneca reſtit.* 124,30.
in Sacculo pecuniam condẽdi obſignandique mos 136,36.
Sacellum in agro, villa, prædio. Deo Deaue alicui ſacrũ 257,7.
Sacerdotem primarium initiandi cur adire debuerint 157,31
Sacerdotes templi Iſidis vel Serapidis vbi habitare ſoliti 153,35.
Sacra nocturna 257,38.
Sacrificales epulæ 112,12.
qui ad eas admiſſi 113,10.
Sacrificium ante nuptias 65,10.
Sæpiculè, & Sæpiuſcule 13,7.
Sæuities 75,13.
Sagaria negotiatio, Sagarij negotiatores 10,15.
Saliſberienſis ex Apuleio, more ſuo, quædam tranſcripſit 203,21.
Salus lignea, *apud Plaut.* 266,5
Salutationes Deorum, matutinæ 157,16.
Salutigeri 222,1.
Salutigeruli pueri, *apud Plautum* 222,1.
Sarcinans, *fortè* Saburrans, fœtus; Sarcina prægnationis 71,30.

Sardinienſe mare 273,3.
Sargus, *piſcis* 252,20.
Satis agere 101,21.
Satis tempus, *apud Caium* IC. 22,30.
Satullus, Satullè, Satullare 86,15.
Sauia, *pro Labiis* 49,23.
Saxorum ſupplicium frequens apud Graecos 11,31.
Scabres 185,16.
Scæuus, *dictio in bonis ſcriptoribus ſæpius loco ſuo mota, aliquotienſque eis reſtituta* 48,30. *in Apuleio vero* 54,34. 61,19. 63,7. 66,11. 83,17. 118,4. 148,35. 142,25. 269,25. 270,30. (243,23.
Scelera immania, immunia
Scena, *abſtruſiore ſignificatu* 63,24.
Scheda, Schedium 217,21.
Schemæ & motus 63,3.
Scindulare tectum 50,22.
Scitamenta 138,30.
Scriba Pōtificis Maximi 154,27
Scribendi mos olim in tabulis ligneis cera oblitis 265,38.
Scrutandi mos res perditas in domo aliena 132,11.
Scrutariam facere 123,13.
Scrutinium 132,10.
Secretaria auium, terræ 192,29
Secretarij *vnde dicti* 193,13.
Secretarium *iudicis* 192,32.
quod & Secretum 193,6.
S3, *id eſt*, Sed; *id eſt*, Scilicet 134,17.
Sedere *in ſacris* 161,29.
de Iudicibus 241,30.
Seminium 210,6.
Semiuiri Galli Deûm Matris 275,31.
Senecta infirmitas, ætas *&c.* 90,7.
Senici, Senicem, *apud Plaut.* 81,4.
Sententia iudicum olim de tabella recitata 172,17.
in ea pronuntianda quæ verba ſolemnia 233,12.
Sertum apponere 293,25.
Serapi tibicines dicati 151,20
eius templum 155,20.
Sericum tegmen vitandi Solis 68,22.
Serpentes, *pro Pediculis* 185,11.
Seruius Petri Danielis 73,14.
Serui curſores 135,16.
partes epulorum diuidentes in conuiuas ſingulos, & ſcindentes 36,12.
monentes dominos ſuos per viam de lapidibus ad quos offendere poſſent 42,7.
per Famem puniti 120,30.
ſcilicet cū ſtatuta Cibaria illis non concederentur ibid.
quæ variis nominibus olim appellata 120,35.
& Vrbana alia, alia Ruſtica 122,1. (121,15.
ab actore ſeruo dari ſolita quando 222,12.
quo modo 221,27. (34.
Frontes inuſti inſcriptiq́; 118
Stigmatiſque notati 119,11.
qui cū manumitterētur, Dediticiorum numero erant 119,1.
Fugitiui per præconem publicē inueſtigabantur 78,10.
quos recipere inuitis dominis, legi-

legibus vetitum, 77,35.
Sidonius Apollinaris Apuleiani ſermonis imitator 14,8. 72,8. 246,30.
Sigillatim, Singillatim, Singulatim 177,1.
Sigiſmundus Gelenius 248,11.
Signa impreſſa tabulis publicis 266,21.
Signandi mos per Ceram & Linum 266,10.
Signare votum 255,30.
Signifex 25,35.
Significatus 209,17.
Signum dare, *in myſteriis, ſacris* 257,16.
Simeo Boſius 9,11.
Similis temulento, *etc.* 24,15.
Simo Carpentarius 24,15.
Simonides Ceus 236,25.
Simonideus 40,19.
Simulacra Deorum ſertis coronabantur 67,31. 293,15.
Sine feriis, *Prouerb.* 33,13.
Sine ſine 8,8.
Sinuare vela 217,31.
Sinus cæli 276,17.
L. Siſennæ libri Mileſiarũ 3,33.
Siſyphus, Siſyphi artes, *Prou.* 263,37. 264,2.
Sititor 5,10.
Socci, & Cothurni 133,10.
à Socco ad Cothurnum aſcendere *ibid.*
Socratis dictum ſuper Speculi vſu 239,4.
eiuſdem ſomnium de Platone 203,10.
Sol, ὁ θεὸς 149,23.
Sol obſtitus 219,11.
Soleæ balneares 123,16.
in Sole ſoliti eſſe veteres, ad ſiccitatem corpori conciliandam, & colorem 213,22.
vbi ſe lauabant, vngebant ibid. 214,1.
Solida edulia, Solida viſcera; Solida ſella, *apud Verrium* 140,3,7.
Solis deliquium 196,36.
Solis omnituens 279,6.
Sonor, oris 149,3.
Sonu, *apud Siſennam* 128,8.
Sorbillare 32,35.
per Sortes diuinatio quomodo fieret 116,21.
Sparſio croci in theatro 146,6.
Sparſus capillus 29,3.
Specimen 91,30.
Specimen hiſtoriæ; veri, *apud Lucret.* 91,24.
Spectatores, *pecuniæ* 137,15.
Spectatum, ti 63,29.
Specula Dearum 151,5.
Specularum incenſores, *num,* inſcenſores, *num,* inſpectores 278,25.
Speculum argenteum 238,37.
Specus, ſpelunca ſacra 162,17
Spiritu, *id eſt Spiritui, & ſimilia* 18,15.
Splendicare 72,1.
Splendidare 270,33.
Spondeum, *σπονδεῖον* 157,10.
in Sponſalibus diſcutiendis formulæ ſolemnis 181,11.
Sponſus & Sponſa in nuptiis coronabantur 66,14.
Sportula *pro introitu Collegij, Curiæ, Corporis alicuius* 85,21
Sportulæ *nuptiales* 265,29.
Statius Cæcilius comicus 235,8.

Sta-

Statuæ ponendæ locus à municipibus impetrari ſolitus, exque decreto ordinis decerni 190,2,5
Statuis ſacris vela oppanſa 156, 17. Stellæ cæligeræ 272,28.
Stellarũ chorus, choreæ 81,20.
Sternutanti ſalutem imprecandi mos vetus 126,2.
Stigmata *ſeruilia* 119,1.
Stipes *Diis data* 109,35. (2.
Stipes finalis politè aſciatus 164,
Στλεγγιδολήκυθοι 175,2. (35.
Striæ, Striaturæ, Striatus 182,
Striatus tumor ſerpẽtis; Striata frons triſtitie 152,20,21.
Striatæ conchæ 249,20.
Strigiles balneares cui vſui 175, 4,18.
ex qua materia cõfecta 175,4.
Strumentum *.i. Instrumentũ, apud Tertullianum* 110,30.
per Styga Dij iurabant 80,6.
Subare 251,5.
Subciſiuus 45,20.
Sublimen 280,8.
Sublimen candens, *apud Ennium, de Cælo* 280,9.
Sublimus 43,32.
Suboles, *in Arboribus, in Capillis* 29,13.
Subſcribere rationibus ſeruorum putatis & expunctis olim domini ſolebant 265,23. (26.
Subſiſtere, *quid in Apuleio* 53,
Succus, us, *quarto declinatu* 128,2.
Sudorus, a, um 189,2.
Supergreſſerat 133,15.
Συμβολαί, Symbolæ 212,15.
Summum ſupplicium, Summa pœna 89,5,10.
Supplicum eorumque qui ad aras confugiebant, Sedere 161,34.
Surire 251,5.
Suſcitabulum 183,16.
Suſpiratus 82,24.
Suſpiritus 9,7. (294,2.
Sutrina, Sutrinum 175,36.
Syllogiſmi Categorici quomodo vocentur Apuleio 286,12.
Syria dea *quæ. vbi præcipuè culta. quibus hoſtiis ei factũ* 77, 10. *eius templum* 155,20.
Sacerdotes, cincinnati 105,15
cæno faciem obliti 107,19.
oculis obunctis 107,24.
fæminino ornatu 107,25.
tripudiantes 108,12.
ceruices mouentes, torquentes 106,20.
comam ei iactantes, rotantes 108,25.292,20.
ariolantes 109,18.
Stipes corradentes 109,36.
Deam circumferentes 105,20

T

TABERNARIVS, Tabernariæ blanditiæ 171, 30,32.
Tabulæ, Tabulata, Tabulatio, *in veſtibus* 148,18.
Tabulas per Ceram & Linum obſignandi mos 266,9.
item in Tabulis ligneis cera oblitis ſcribendi 265,38.
Tabulis pecunia debita oſtendebatur 261,9.
Tabulis publicis ſigna impreſſa 266,21.
Tagere 125,15.
Te moraris 158,38.
Temperatus ictus 60,25.

Templi Iſidis Apertiones matutina 156,17.
Templorum regiones 229,23.
Templum ad quod per gradus adſcenditur 155,18.
Temporius 126,19.
Tenere quæſtu vitam 6,17.
Termini è lapidibus, vncti, ſacri, culti 164,21.
Tertiata verba 73,12.
de Teſtamento falſo Præfectus vrbis cognoſcebat 233,26.
Textrina, & Textrinum 175,26.
Θαλλὸς, Θαλλοφόροι, Thallus 155,15,6.
Theatrum fartum 187,35.
Themiſon princeps medicus, ab eoque ſecta 249,17.
Theodori Canteri laus, Coniecturæ, Obſeruationes 6,2. 11,4. 18,10. 43,35. 130,11. 135,23. 203,32. 204,9. 216,5. 219,7. 220,28. 221,8. 230,34. 236,31.
Theodorus Cyrenis 204,30.
Theodori Marcilij laus 146,7.
Θεὸς, *Sol* 149,23.
Theſaurus fraudis, ſtupri 72,31
Theſſalia regio 23,21.
Thracus, & Thrax 62,21, 87,27.
Tibiæ multiforatiles 145,7.
Tibicines, Monumentarij ceraulæ *dicti* 168,12.
Tibicinium 165,33.
Tinnulum 183,23.
Titio candens, ardens 90,22.
Toga cadauera olim inuoluta 169,6.
Togam in funus alicuius dedicare, *apud Paulum* 10. 169,20.
Toga inuolutus 265,36.
Tomices 106,29.
Tonitruum, *pro Tonitru* 97,3.
Tormenta pro Pœnis 82,33.
Tormentum ſtuppeum 234,31.
Torquere funem 234,36.
Tragicæ veſtes è qua materia 238,24.
Tragici, Alti incedere, *dicti Seneca* 133,25.
Tranſadigere 61,14. 94,23.
Tributa pro agris prædiiſque depenſa 270,23.
Triſtities 75,16.
Trochiſcili 277,7.
Tuber, Tubus, Tubulus, *vnde* 148,3.
Tubulare, Tubulatio 148,4,11.
Tuburcinari 261,31.
Tumicla ſpartea 106,27.
Tumulus montis 79,22.
Turbellæ 55,36.
Turbulentare 30,14.
Tutela nauis *quid, & vbi* 154,3.

V

VALESIVS, Valerius 130,34.
Varronis volumen Περὶ ἰδιωμάτων 251,31.
Vatinij 171,3.
Vector, *de Equo* 201,2.
Vegetare 228,18.
Vela oppanſa ſacris Statuis & Aris 153,23.
indices à conſpectu vulgi ſecernentia 157,5. 191,7.
Vela ſinuare 217,31.

Venato-

Venatores Diis ad arbores cornua ferarũ ſuſpenſa dicabant 162,15. *item Pelles* 163,1.
Venio perpetrare, viſere *&c.* 75,32. (13.
Veratrix, *de Saga et Maga* 127,
Verbenæ ara ſpargebãtur 256,1.
Vernaculi 23,33.
Verrius Flaccus contra reprehenſionem Sex. Pompeij defenſus 140,11.
Veruex, *in emaſculatum, exoletum* 88,26.
Veſperna, *id eſt, cœna, apud Plaut.* 5,21.
Veſtes hiſtrionum è qua materia conficerentur 238,22.
Veſtiri luce 277,20.
Veſtis laculata 182,29.
Veteratrix 127,12.
Veterna macies 119,27.
Viatorum olim in via ad lapides, arbores, aras ſacras ſiſtendi, inibique vota reddendi ſuperſtitio 163,16. 164,20.
Vice, *vel*, vicem Calypſonis, *et alia talia* 13,30.
in Villis ſuis veteres delubrum Deo Deaue cuipiam ſacrum habebant 257,7.
Vina defæcandi, ſaccandi mos 124,10.
Vineta & olineta, *cõiuncta ſæpius à priſcis auctoribus* 182,1
Vinnulus 116,10.
Vinum croco mixtum 145,35.
Virginal 249,5.
Viroſa mulier 120,3.
Viſcera ſolida 140,6.
Viſceratio 113,15.
Viſcus 27,1.
Viſcus aprugnum, *apud Lucil.* 27,4.
Viſpillones 199,38.
Vita, *id eſt, Victus* 115,11.
Vita opera, *Græciſmus* 115,12.
Vlixes Acriſiades 231,25.
mendicus 145,21.
Vltima mulier 30,12.
Vltima pœna, Vltimum ſupplicium *apud* IC. 89,1.
Vltramundanus 208,11.
Vnctados, patrimonia 269,2.
Vnctulum 30,32.
Vngebant ſe veteres ad Solem 213,29.
Vngue latius 34,9.
Voluptari 292,32.
Voti compotire 158,19. (30.
Votum adſignare, ſignare 255,
Votum itus reditus anni totius in carbaſo nauis ſcriptũ 153, 30. Vrigo 10,9.
Vſitandi *verbum, pro* Viſitandi, *ſæpius corruptè in auctoribus antiquis à librariis exaratum* 93,16.
Vt res eſt 238,27.
Vulturius, *non*, Vultur 57,29.
Vulgulæ, *piſces* 249,13.
Vxor non ducebatur, niſi prius ſolemni ſacrificio facto 65,10.
Vxores maritis ancilla dedita 71,18.

Z

ZAMOLXIS 244,10.
Zeno Eleates 234,21.
Zona, *apud Vlpianũ* IC. 84,13.

FINIS.

SCRIPTORES VETERES

Qui hiſce NOTIS citantur, explicantur, vel emendantur.

Prior numerus paginam, alter verſum notat.

A

ADAEVS 93,11.
Aelianus 5,26. 11,32, 34,27. 84,38. 99,27. 107,25. 175,9. 184,3. 185,14. 262,23.
Aeſchylus 100,27. 166,10.
Afranius 120,3. 138,23. 261,25. 269,10.
Aggenus Vrbicus 240,31.
Albinouanus 81,27.
Alcæus 110,2.
Alexander Magnus 125,19.
Alexis 95,29.
Alfenus IC. 32,18.
reſtitutus 60,19.
D. Ambroſius 11,9. 23,33. 29,3. 37,11,14. 52,10. 65,23. 66,2,22. 75,6. 77,8. 102,23. 130,17. 227,29. 232,28. 234,20. 281,24.
emendatus 49,6,7,8,9. .
Ammianus Poëta 126,2.
Anacreon 184,9.
Anianus 86,11.
Annæus Cornutus 186,25.
Antidamas 35,36.
Antipater 188,26. 204,2. 292,26.
Antiphanes 195,15.
Antoninus Imp. 120,32.
Appianus Alexandrinus 77,14.
Apuleius, locis extraordinariis 4,26. 6,20. 7,8,9. 9,21,26,29, 36. 10,14. 11,15. 12,10. 20,14, 3,4,5,24. 38. 15,12,13,14,18, 34. 19,1. 20,17. 22,1,2,3,4, 24. 23,21. 24,16,17,23,25,30. 26,31. 27,38. 28,5,21,29,19, 25. 30,9. 34. 31,35. 32,35. 33,4, 30. 34. 9,10. 36,8,9,10. 38, 1,27. 39,1,12,24. 40,15. 42, 4,15,16,20,21. 43,14,17,37, 38. 44,21. 46,5. 47,19,20. 49,27,28. 50,26. 52,10,22. 53,16,28,29. 55,34,36. 56, 21,33. 57,29,30. 59,16. 60, 25,27,29. 61,15. 63,11,20,21. 64,1,16,19,20,33,38. 67,24, 34. 68,31,37. 70,10,11,15,16. 71,9,17,31. 72,1,28,29. 74, 10. 75,13,33. 76,13. 77,31,32. 79,6,14,23. 80,28. 81,12,20, 31. 82,4. 83,13,14. 86,9,10, 20,22,31,35. 87,17,18,25. 88, 23,38. 89,13. 90,22. 93,23. 95,27. 97,1,15. 99,11,13,29. 100,23. 102,12. 104,7. 109,23, 111,15. 119,26. 120,1. 121,1. 127,9. 129,22,23. 139,9,18. 145,7. 148,4. 149,3,25. 151, 6. 153,18. 155,28. 156,24. 158, 26. 161,26. 165,6. 166,16, 33. 168,1. 169,37. 171,32. 174,33. 177,6,7,9. 179,5, 35. 180,6. 181,29. 183,23. 186,20,30. 190,17. 191,32. 192,30.

192,30. 194,6,7. 197,15. 198, 19,21. 199,8,11. 209,18. 210, 7. 211,26. 212,2. 221,9. 224, 14,17. 229,16. 232,21. 233,5, 37. 237,24. 238,10,28. 241, 37. 243,34. 244,28,29. 245,19, 23. 248,20,27. 250,1,2,28,29. 254,7,22,30. 261,10. 270,18. 275,5. 292,8.
emendatus 9,7,8,9. 31,31. 36,9. 42,17,18. 43,18. 48,25. 55,26,58,28. 59,20,23. 60,28. 62,4. 64,21,29. 66,33. 67,14. 75,14,15. 77,33. 81, 16. 94,33. 95,3,5,7,10. 96, 19. 104,4,6. 107,30. 108,3,4, 5. 109,5. 114,16,17,18. 115, 1,35,36. 129,24. 134,18. 177, 3. 191,33. 192,11. 218,18. 248,5. 269,4.
illuſtratus & explicatus 45,21,22. 50,13. 123,35. 138,3.
Archeſtratus 36,36. 252, 7,10,16,27,33. 252,8.
emendatus 253,8.
Aretæus 109,10.
Ariſtophanes 95,32. 113, 13. 174,7. 213,27,36. 264,14.
Ariſtoteles 187,14. 212,15. 271,9,20,29,33, 35,37. 272,2,5,7,10,14,17, 26,30,33,37. 273,3,4,6,9, 10,13,15,19,21,23. 274,6,9, 18. 275,8,15,19,25. 276,2,8, 11,18,27,35. 277,2,12,14,17, 21,27,31. 278,2,13,16,20,23, 25,32. 279,2,8,13,25,33, 35. 280,1,28,37. 281,1. 282, 1,16. 283,35.
Arnobius 17,31. 23, 27. 25,24. 27,1. 33,13. 55, 9. 65,5. 71,35. 74,11. 80, 37. 88,30. 94,33. 102,9. 106, 23. 112,21. 113,31. 115,37. 135,23. 140,5. 146,4. 147,14. 157,19. 183,7. 190,28. 199,4. 213,25. 220,11. 235,19. 249, 29. 262,9. 268,6. 272,24.
emendatus 19,3. 74, 31. 79,30. 148,6. 164,15. 243,13.
illuſtratus 89,11. 110,11.
Artemidorus 155,27. 169,11.
Aſconius Pædianus 47,15.
Athenæus 6,30. 35, 24. 77,25. 104,36. 155,11. 157,11. 176,16,34. 236, 32. 247,29. 249,15. 251,27. 253,21,23.
Attius 11,23. 101,3. 178, 16. 244,4.
emend. 70,34. 96,21. 188,9. 231,8. 233,8. 284,15.
Auctor ad Herennium 70,38.
Auſonius 40,19. 176,34. 236,25. 260,8. 268,35.
D. Auguſtinus 3,24. 68, 34. 119,4. 140,8. 163,17. 164,17. 199,36. 217,14. 220, 2,22,25,27,32,34,37. 221, 4. 224,2,7,10,31. 232,8. 234,19. 249,9. 258,26. 267, 2. 280,14,18,21. 281,21. 282, 14. 289,17,34.
explicatus 60,4.

B

BACCHYLIDES 257,12.
D. Baſilius Magnus 28, 6. 35,23. 130,23. 193,15. 230,23.

expli-

explic. 114,7.
Beda 267,7.
Fur. Bibaculus 265,36.

C

CAECILIVS 8,11. 194,8.
I. Cæſar explic. 137,2.
Caius IC. 22,30. 119,2. 216,7.
Callimachus 117,4. 185,27.
Calliſthenes 251,36.
Calliſtratus IC. 23,19.
explic. 59,32. 89,6.
Caper Grammaticus 64,11.
Capitolinus 3,30. 105,36. 215,9. 242,38.
Cariſius 3,34. 27,5. 35,9. 101,22. 123,27. 137,3. 186,27. 235,17,23. 241,25. 261,26. 265,37.
Caſſianus Baſſus 268,6.
Caſſiodorus 286,17. 288,38.
M. Cato 23,24. 73,12. 98,10. 101,22. 241,9.
Catullus 188,8. 141,10. 173,3. 192,9. 219,29. 269,7. 273,35.
explic. 35,26.
Corn. Celſus 273,36.
Cenſorinus 256,32. 257,10.
Chriſtodorus 227,10,15.
Cicero 47,14. 85,7. 86,11. 88,17. 95,26. 119,26,27. 165,38. 166,2. 172,38. 204,32. 211,27. 212,4. 220,16. 223,28,30. 224,21. 236,26. 239,33. 248,8. 257,36. 280,4.
emend. 9,15.
explicatus apud eum vetus Poëta 8,19.
Claudianus 29,20. 105,35. 152,4. 204,1.
Clemens Alexandrinus 54,5. 105,20. 164,13.
Codex Iuſtinianicus 56,3. 74,14. 84,35,36. 106,6. 175,27. 192,31,33,34,35.
explic. 193,6,27. 233,2.
Codex Theodoſianus 60,7. 192,31.
explic. reſtitutus 84,1. 193,23.
Columella 53,18. 98,11. 124,19. 179,15.
Commentator vetus Horatij 3,26.
Concilium Carthaginienſe 129,27.
Cornificius 128,6.
Cteſias 247,3.
Q. Curtius 150,19.

D

DIGESTA IC. 40,5,6. 77,35,36. 84,16,17. 106,5. 113,26,27,28. 135,35. 181,2. 190,4. 232,23,24. 233,23. 265,26,27. 266,34. 270,24.
illuſtr. 93,35.
Dio Chryſoſtomus 168,32.
Diodorus Siculus 268,11.
Diogenes Laertius 118,35. 180,15,28,37. 181,16,22. 184,19,20,24. 185,25,31. 202,11,14,34. 203,4,16,26,34. 204,4,5,17,30,34. 205,3,16. 217,35. 234,18. 237,17. 238,2. 239,4,17. 250,25. 252,29. 256,22.

Diome.

Diomedes Grammaticus 60, 24.176,11. 231,24. 233,16. 264,18.268,33.
Dionyſius Halicarnaſſæus 105 29.141,28. 263,17.
Diphilus 6,25.261,18.
Donatus in Terentium 5,26. 57,10.61,26. 87,11.94,13. 115,14.121,12.137,5.138,8. 168,31.169;19.
emend. 48,35.
Donatusin Virgilium 166,26

E

ENNIVS 18,24.19,3.93, 2.127,13.198,34.
emend. 280,3.
Epigrammatarij Græci 17,2.
illuſtr. 77,21.
Eubulus 249,15.
Eudemus 264,12.
Euripides 115,19.116, 30.149,24.
Euſebius 193,2.254, 14.268,15.
Euſtathius in Homerum 116, 19.159,9.176,5.

F

FESTVS 5,23.7,31. 33,1.56,1.72,24.79, 38,38.98,19.106,29.118, 15.124,36.130,34.164,1. 167,25.179,5.219,11.221, 23.241,9.248,1.249,27. 251,15.253,38.256,8. 257,35.261,32.261,1.284, 13.292,17.
emend. 88,8,9.196, 35.264,30.
illuſtr. 76,27.
reprehenſus 140,12.
L.Florus 292,20.
Fortunatianus 78,19.
Frontinus 240,34.
Fulgentius 3,22.36,1.38,8. 69,7.118,16.235,9.292, 6,11.
emend. 292,12.

G

GANNIVS 256,34.
Gellius 18,15.20, 20.23,25.24,17.58,6.70, 27.80,29.82,22.140,14. 176,27.186,28.187,1.191, 18.195,33.196,12.201,19. 206,38 209,19.223,33.228, 18.233,7.235,9.237,37.242, 2.243,10.244,4,13.245,28. 246,35.251,21.253,14.259, 1.260,28.266,1.268,36. 274,25,36,38.
emend. 16,10.38,28.88, 19.128,29.208,16.240,16.
explic. 139,22.
Gloſſæ veteres 11,7.12, 27.14,1.17,20.19,2.27, 23.32,36.36,4.53,38.54,1. 59,3.62,2,3.75,19.80,34. 83,25.86,15.91,30.98,6. 109,24.118,31.124,16.125, 16.126,20.132,10.138,3, 13.141,12.147,12.151,32. 155,19.155,7.156,4.167. 26,27.173,3.175,29.37.177, 12.180,26.183,22.201,30, 212,1.216,5.222,2.229,10. 234,29.245,33.247,35,37. 251,14.253,18.254,25.260, 10,13,14.264,26.265,12. 282,10.
emendatæ 130,2.251, 4.254,2.

HAR-

H

HARMENOPVLVS explic. 66,25.
Harpocration 174,29.
Heraclides 185,12.
Hermogenianus IC. 229,19.
Herodianus 293,3.
Herodotus 200,30.
Heſychius 85,9. 174,29. 176,19.
D.Hieronymus 11,9.22,38. 156,6.251,11.267,10
Homerus 100,26. 145, 21. 223, 36. 227, 21. 245, 14. 247,22,23,29. 258, 5. 264,1.
Horatius 53,14. 87, 14.112,15. 121,36. 122, 5. 124,18. 166,17, 19. 171,11. 174,35. 184,6. 187,8. 198, 37.211,19. 230,5. 235,1.

I

INSCRIPTIONES 3,14. 7, 17. 10,17. 46,35. 47,1. 154,26.176,30.180,34.190,6
Interpres vetus Iuuenalis 47, 32. 160,22.
Interpres vetus Perſij 213,29.
Irenæus 121,15.
Iſidorus 20,11.26, 11, 38. 32,22. 72,24. 80, 37. 88,7. 136,18. 137,38. 175, 34. 182,28. 217,22. 247,36. 261, 24. 264, 27. 282, 32. 286,13.
emend. 48,38. 113,32. 286,11.
illuſtr. 119,9.188,23.205,9.
Iulianus IC. 261,11.
Iulianus Poëta 115,15.
Iuncus 155,15.
Iuſtiniani Inſtitutiones iuris 25,14.35,10.120,34.
Iuuenalis 13,19. 20,15. 23,9.37,7.80,19.160, 20. 169,8. 262,17.
illuſtr. 47,30. 121,23. 255,34. 267,30.

L

LACTANTIVS 198,28. 223,7.
Leonidas 256,36.
Leges XII Tabularum 121, 33.167,19.
Liuius 57,32.70,30.211, 24. 222,33.224,25.233 15.245,25. 281,14.
Lucanus 65,27. 108, 25. 169,32.
Lucianus 6,31.12, 4.14,15. 28,15.29,7.31,18. 36,14. 37,10. 41,3.42,9.51, 23. 56,25.64,2. 67,8. 72,3. 77,12,24. 80,17. 87,33,35. 88,24. 99,31. 104,32. 106,7. 107,20. 110,25. 111,3. 133, 31,33,34. 144,29. 150,8.151, 21. 154, 10,12,23. 155,20. 173,10,24. 175,20. 176,17, 29. 199,6. 238,24. 244,31. 264,25.
Lucilius 8,12. 17,10. 74, 19.81,34.167,32.201,2.252, 35. 154,4. 257,36.
emend. 17,12 253, 14.284,10.
explic. 27,4. 104,36. 123,29. 201,15.
Fragmenta eius aliquot cõiuncta 123,29. 201,18.
Lucretius 4,21.11,26. 75, 18. 90, 8. 91,17. 93,5. 100,

100,14. 114,19. 124,18. 147, 22. 166,24. 210,9. 211,21. 219,21. 223,27. 233,7. 239, 17,26. 251,6. 254,26. 273, 38. 284,17.
emend. 88,14. 91,24.
Lyſias 161,35.

M

MACEDONIVS 49,20. 221,37.
Macrobius 32,27. 93,8. 130,10.
Manilius 55,23. 81,24. 85,4.
emend. 190,26.
explic. 95,36.
Marcellus IC. 86,3.
Marcianus Capella 28,11. 32,19. 108,4. 208,11. 222, 18. 223,13. 224,34. 240,14. 254,28. 266,37. 286,16.
emend. 5,10. 77,28. 181,32. 222,15.
Marcianus IC. 44,3. 70, 26. 71,27.
emend. 47,34.
illuſtr. 84,33.
D. Marcus Euangel. 121,18.
Margarita Poëtica 13,7. 170 14. 171,21. 186,2. 189,16. 214,25,30. 215,27. 216,24. 220,24. 228,16. 229,2. 230, 29. 241,19. 242,2. 247,24. 253,25,27. 279,23.
Martialis 62,16. 121,6. 124, 18. 130,4. 139,26. 261,6.
explic. 21,14. 47,35. 199,1. 245,2.
Mattius 178,30.
Menander 16,15.
illuſtr. 137,7.
Mimnermus 72,36.
Minutius Felix 64,35. 67,4. 73,4. 80,6. 105,27. 113, 8. 249,27.
Mnaſeas 77,25.
Mneſalcus 162,22.
Modeſtinus IC. 16,3. 258,2.
explic. 281,32.
Moſchopulus 221,29.
Moſchus 74,34.
Myro Poëtria, 68,9.

N

NAEVIVS emend. 100, 30.
Nazarius emend. 74,8. 159,29.
Nemeſianus 258,28.
Neratius IC. 121,3.
Nicarchus explic. 267,20.
Nonius 152,16. 88,14. 107,36. 114,9. 118,16. 138, 5. 167,31. 171,27. 253,38.
emend. 17,13. 63,14. 79,17. 88,11. 100,31. 188, 8. 261,32. 262,2. 284,14.
reprehenſus 246,16.
Nouellarum Interpres Græcus 19,4.
Numenius 268,14.

O

OPPIANVS 150,29.
Oroſius emend. 168, 18.
Ouidius 52,11. 55,7. 73, 38. 76,30. 82,25. 154,15. 162,20. 182,16. 231,20. 273,2.

P

PACATVS 52,23. 122,18.

emend. 68,22.
Pacuuius 101,5.256,11.
emend. 95,33.
Palladius 53,23.
Pandectæ Florentini 107,
26. 61,21. 70,26.
Panegyricus Imp. Conſtanti-
no dictus emend. 68,26.
Papinianus IC. 7,4. 35,34.
explic. 209,26.
Parthenius 11,33. 162.2.
Paullinus 193,1. 157,1.
215,10.
D. Paullus 140,9.
Paullus Diaconus 86,7,9.
196,35.
Paullus IC. 7,4. 12,10. 15,
16. 30,28. 46,4. 65,3. 121,4.
122, 1,4, 8. 233, 24. 235,16.
229,3. 257,30. 266,12.
emend. 59,26.
explic. 84,31. 89,7. 114,
11. 131,28. 169,17. 245,32.
Paullus Silentiarius 49,18.
141,27. 163,3.
Pauſanias 203,14. 271,34.
Perſius 23,7. 70,20. 124,
37. 147,4. 198,25. 213,29.
240,26. 247,37. 260,9.
Petronius Arbiter 14,17.
21,10. 27,25. 38,19, 52,4. 78,
18. 99,6. 125,10,11. 132,12.
136,19. 141,35. 174,37. 221,
15. 246,9.
explic. 204,23. 217,19.
Philetas 244,30.
Philo Iudæus 157,14.
Philoſtratus 283,30.
Pindarus 245,18.
Plato 125,23. 173,9.
205,2,31. 206,4,8,15,21,30,
35. 207,2,4,12,21,24,28,31,
34,38. 208,3,8 27,30. 209,
3, 13, 31, 33, 37. 210,1,17,
20,34 211,2. 212,23,25,28,
31,37. 213,1,5,9. 214,22,24,
33. 215, 17,31. 216, 10, 27.
219, 3, 33. 221, 1. 222,11.
224,9, 35. 227,26,33. 234,
22. 238,12. 239,18. 243,36.
244, 10. 254, 38. 155,9,11.
264,5.
Plato Poëta 35,24.
Plautus 6,17. 9,4,
24,25. 12,28,30,32. 15,2,19,
30,38. 16,15, 22. 18,26,28.
20,3. 22,21,24,28. 30,4. 31,
13,15. 34,11. 35,2,18,35. 40,
17. 42,13,14. 46, 2. 48, 15.
49,23. 51,37. 52,34. 54,13.
57,2,4,5. 58,5,36. 59,1,23,
25. 61,6,9,11,24,27. 64,13.
65,2,18. 67,1,6,12,36. 70,
16,25,36. 71,33. 72,32, 74,
21,26. 76,17. 77,5. 78,11. 79,
10. 83,21,23. 85, 32, 34. 86,
23. 87,15. 88,26,28. 90,7. 91,
14,15. 92,20. 93,18. 95,15.
96,20. 97,2. 98,7 100,5,15,
101, 36. 102,7,15,16. 103,
26. 104 33. 107,32,34. 109,
9. 116, 9. 118, 31. 122, 12.
125,15. 138,26,31. 141,29.
145,22. 158,28,31. 159,1,2.
161,36. 164,32. 165,11. 174,
2. 175,5. 177,10. 181,4,6,9.
189,11. 194,10,26. 195,10.
197,7. 199, 9. 201, 33. 202,
37. 204, 30. 210, 8. 216,18.
218,21,23,25. 222,2. 223,35.
224,36. 233,7. 236,8,11,12.
238,11,29. 241,30. 243,26.

144,

244,8. 245,21,23. 247,24.
250,3,6,32,33,34,36. 255,
13. 256,2. 259,28. 260,21,24.
261,5,14,29,30. 262,5,26,
28. 263,32. 264,28. 266,5,12
268,24. 269,20,26. 282,11.
emendatus 9,11. 15,4.
16,5,7,12. 21,20. 22,12. 29,
28. 30,1. 34,33. 57,6,8. 61,3.
77,3. 81,5. 83,20. 85,35,37. 88,
32. 93,19. 95,8. 103,32. 109,
7. 110,15. 130,6. 138,33. 150,
12. 166,36. 195,2. 196,5,18.
209,7. 246,13. 249,20,31.
250,7,9. 270,3. 277,8.
explicatus & illuſtratus 18,
32. 34,24. 46,14. 48,20. 21,
33. 23,1. 50,6. 51,19. 59,26.
66,16. 76,36. 84,7,8,11. 105,
16. 106,38. 107,3,6. 109,18.
112,13,24,27,30,33. 113,1,5.
114,4. 123,38. 128,3. 151,1.
167,1. 174,10. 198,5. 205,19.
229,21. 237,26. 238,37.
256,14 251,28. 264,32,37.
266,15.
Plinius 6,24. 124,
18. 139,24. 179,24. 179,5.
181,31. 185,9. 236,22. 241,
25. 249,24. 251,34. 268,11.
273,14.
emend. 253,17.
Plinius Secundus 76,24.
89,2. 100,13. 191,35. 209,
24. 245,9. 249,14. 255,30.
257,20.
Plutarchus 52,12. 75,2.
108,12. 124,12. 147,32. 159,
16. 162,27. 169,11. 171,9.
174,8,19. 175,8. 185,14. 203,
1. 217,14. 221,33. 227,37.
236,32. 247,30.
Pollux 29,11. 85,18. 174,
14. 175,3. 183,24. 213,27.
278,16.
Polyænus 264,1.
Polybius 281,18.
Pomponius Attellanarius 144,
14.
Porphyrius 156,17.
Portunianus 32,25.
Priapeiorum auctor 49,26.
234,31.
Priſcianus 60,24. 61,34.
62,27. 95,19. 96,26. 128,3.
133,17. 144,15. 167,7. 178,
18. 210,9. 233,7. 249,33.
260,29. 261,17.
Propertius 35,21. 70,7.
78,24. 120,26. 161,33. 162,
15. 164,28. 234,37. 257,17.
280,7.
emend. 148,8.
explic. 44,22. 153,32.
Prudentius 19,5. 164,4.
249,6. 155,36.
Ptolemæus 273,12,14.

Q

QVADRIGARIVS 30,16.
70,26. 82,21.
Quinctilianus 43,38. 45,
30. 67,31. 133,1. 143,30.
186,23. 195,32. 266,31.
280,30.
emend. 292,34.

R

RVFFINVS Hiſtor. Eccleſ.
155,20,36.

S

I. SALISBERIENSIS 32,
25. 51,2. 168,24. 203,
21,28,38. 204,7,18,36. 205,
27. 228,

27. 228, 3, 21, 24, 27, 33. 35, 38. 230, 28, 31, 32. 231, 1, 2, 7, 9, 18.
Salluſtius 7, 5. 23, 24. 90, 9. 102, 16.
Saluianus 40, 7. 121, 8. 192, 35.
Scæuola IC. 85, 23. 107, 16. 113, 37. 121, 4. 136, 37. 233, 27.
explic. 281, 28.
Scipio Africanus 20, 20.
Scribonius Largus 197, 34.
Seneca 13, 15. 19, 3. 56, 21, 31. 37, 3. 63, 23. 68, 16. 76, 20. 118, 32. 124, 20. 133, 2, 30. 135, 17. 145, 30, 38. 151, 5, 9. 157, 17. 162, 7. 175, 1, 19. 187, 36. 198, 2. 211, 16. 213, 23. 229, 8. 230, 8. 239, 34, 35. 245, 36. 246, 23. 258, 25, 34. 261, 8. 262, 15. 266, 28. 281, 10.
emend. 49, 2. 95, 23. 121, 26. 124, 22. 132, 37. 133, 23. 138, 37. 199, 25. 249, 2.
explic. 21, 16.
Seruius in Virgil. 58, 21. 62, 26. 65, 13. 70, 5. 73, 12. 88, 6. 101, 1. 105, 6. 149, 5. 154, 4. 166, 30. 167, 5. 182, 15. 224, 24. 273, 28, 31.
Corn. Seuerus 244, 6.
Scholiaſtes Aeſchyli 166, 12.
Scholiaſtes Euripidis 116, 37.
Scholiaſtes Theocriti 247, 8.
Siculus Flaccus 164, 9.
Sidonius Apollinaris 19, 7. 25, 35. 27, 16. 63, 27. 66, 19. 68, 18. 72, 8. 118, 29. 122, 20. 140, 4. 142, 10. 155, 30. 175, 32. 177, 4. 181, 2, 38. 190, 24. 212, 4. 217, 24. 246, 26, 29. 266, 35. 267, 33. 268, 35. 269, 33. 282, 12.
emend. 49, 10. 54, 28. 62, 30. 109, 1. 163. 30. 248, 31.
explic. 14, 6.
Silius Italicus 148, 13.
emend. 108, 36.
Simmias 161, 33.
Siſenna 63, 32. 128, 9.
Solinus 105, 34. 219, 19. 249, 8.
Sophocles 245, 16.
Spartianus 122, 17.
Statius 168, 29. 230, 20.
Stephanus 273, 11, 13.
Stobæus 161, 38. 178, 26. 247, 3.
Strabo 169, 28.
Suetonius 52, 15. 85, 26. 89, 2. 243, 16. 266, 12.
Suidas 17, 16. 28, 13. 54, 2. 95, 28. 106, 22. 113, 13. 117, 16. 154, 8. 166, 5. 174, 8. 176, 18, 25. 221, 25. 236, 26. 247, 10. 252, 2. 264, 12, 24. 281, 18.
Symmachus 124, 10. 161, 30. 265, 29, 30, 31, 32.
Syneſius 182, 4. 244, 34.

T

TACITVS 50, 35. 64, 15. 108, 21. 109, 25. 245, 25.
Teles 161, 38.
Terentius 61, 26. 87, 12. 138, 7. 188, 30. 233, 7. 268, 21. 269, 16.
explic. 115, 12. 121, 30.
Tertullianus 11, 8. 12, 12. 16, 14. 25, 37. 29, 19. 45, 35. 55, 3. 58, 11. 63, 25. 65, 33, 34, 37, 38.

37,38. 66,14. 78,29. 84,28. 86,26,33. 99,3,4. 105,29. 109, 36. 110,12,23. 112,18. 119, 11,20. 120,37. 129,28,32, 33,34,36. 139,30. 148,32. 151,15. 156,27. 157,24,32. 158,5. 159,11. 161,29. 167, 28. 170,17. 171,28. 172,18. 175,30. 186,19. 196,1. 198, 23. 203,13. 213,19. 214,1. 229,11,14,24. 233,17,34. 235,25. 245,25. 248,37. 250, 18,29. 251,9,13. 253,34. 254, 27. 255,33. 262,32,33. 263, 2. 266,21,29. 268,4. 270,10. 272,25.
emend. 12,1. 49,4. 71,23.
explic. 9,35. 47,37. 89,8. 113,15. 114,1,35,36. 148,17. 270,18.
Themiſtius 36,33. 156,29. 184,27. 205,13. 251,32.
Theodectes 178,25.
Theopompus 16,29.
Thucydides 17,14.
Tibullus 75,3. 91,16. 95, 21. 256,28.
illuſtr. 117,1.
Titinnius 229,33.
illuſtr. 114,9.
Triphoninus IC. 190,23.
Turpilius 8,12. 67, 15. 246,18.
emend. 261,33. 262,2.

V

VALERIVS ANTIAS 198,8.
Valerius Maximus 209,22. 264,32.
Valerius Probus 233,14.
Varius 95,8.
Varro 23,27. 27,15,23. 29,4. 33,17. 67,17. 68,38. 75,36. 81,21. 86,16,18. 88, 13. 94,17. 103,29. 109,9,35. 118,13. 138,14. 139,10. 142, 34. 147,12. 179,5. 182,36. 183,18. 185,17. 199,12. 237, 23. 251,31. 252,35. 275, 34. 292,25.
emend. 8,15. 30,11. 88,11. 188,12. 197,2.
Verrius Flaccus 140,12.
Virgilius 41,8. 61,17. 64,4. 70,2. 71,18. 81,15. 112, 36. 127,10. 134,8. 140,6. 149, 30. 154,5,6. 155,8. 165,21. 166,21. 182,13. 185,16. 198, 36. 227,21. 230,15,18. 246,4, 6. 259,7. 272,21. 273,32. 274,2
reſtit. 100,35.
Vitruuius 62,5.
Vlpianus IC. 10,16. 23,14. 39,17,27. 65,10. 78,14. 86, 4. 91,36. 98,1. 108,20. 121, 4. 182,3. 199,13. 229,6,7. 230, 3. 241,36. 291,34.
reſtit. 60,19. 70,26. 118,37.
explic. 38,15. 44,1. 84, 13. 190,29. 281,35.
Vopiſcus 85,17.
Vulcatius Gallicanus 215,7.

X

XENOPHON 164,26.

Z

ZONAS 163,9.

FINIS.

Corrigenda in Apuleio.

PAGINA 4. *verſ* 4. noſtro. 9,17 recordabar. 15,4. Iam iam. 8. deducitis. 23,33. equidem. 36.18. dicendi. 46, 12. plumaturam. 59,8. circumferaneæ. 72,29. parietes. 77,2. inuita. 80,26. mendacio. 119,10. conatus. 130,8. adquieſcas. 134,9. ſumma. 141,12. bombycinis. 186,30. plebeiam. 190,14. confarreaturis. 195,32. religioni. 235,6. pæniſſimè. 276,11. mortis. 291,24. citima. 300,17. ſuum. 320,17. rem familiarem. 337,29. nihili. 350,19. Vlixes. 377,27. habeat. 390,24. maria. 400,26. ἄν. 401,10. ſiderea. 410,20. cicurum. 413,21. maxima è

Fehlen angenagelt p. 47. 171.

BIBLIOTECA DE LA
FACULTAD DE LETRAS
DE
GRANADA

[illegible]